2. *In singulis* etc. usque *subdiaconus xiii. anno fiat*. Non<sup>782</sup> a natuitate numerando quia sic esset omnibus canonibus inimicum in quibus dicitur quod ante xx. annum non debet subdiaconus ordinari, sed ab eo tempore numerandum est a quo quis potest fieri clericus, sponsalia contrahere, mortaliter peccare et doli capax esse, post sextum scilicet annum ut in Extra. Accessit<sup>783</sup>. Et ita erit in anno xx. et concordabit canonibus. Et quod a natuitate non sit numerandum sed ab adolescentia in subdito capitulo declaratur, ubi dicitur quod ab accessu adolescentie usque ad xx. annum potest fieri subdiaconus. Vel quod melius est, dicas corruptam esse litteram hic. Sic<sup>784</sup> enim continetur in originali sed sic: 'inter lectores usque ad xx. annos continuata obseruatione perduret. Si maior iam et grandeus accesserit, quod tamen post baptismum statim diuine se militie desiderant mancipari, siue inter lectores siue inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolitus uel subdiaconus quatuor annos sit'.

10 qui] quod **Ba La R** 11 subdit] subditur **Rc**] in conse(nsu) add. **R** et<sup>2</sup>] etiam  
**Ba** 12 sic] in add. **Ba** debet] debeat **A** ut] non add. **Ba** 13 queque]  
unaqueque **Ba A R** 14 inmutandas] imitandas **A**

### <DISTINCTIO LXXVII>

2 singulis] etc. add. **A** anno] annis **F** 3 omnibus om. **Ba La** inimicum-dicitur om.  
**Rc** 6 sextum] vii **R** in-7 Accessit] c.ii. Subdiaconus **R** 9 annum] annos **Ba A La**  
11 hic om. **Rc** sic om. **R** 12 xx.] vigesimum **A** annos] etatis annum **A La P**  
perduret] peruci **Lp**] periuri **R** maior iam] maiori autem **A** iam] autem **Rc**  
grandeus] grandeiori **A** 13 accesserit om. **R** quod] qui **A Rc** 14 teneatur]  
et add. **A** 15 annos] annis **Ba A** annos sit] amisit **R**

<sup>781</sup>Cf. SL D.76 c.11 v. *abundet in suo sensu*, qui-contradicat.

<sup>782</sup>Cf. SL D. 77 c. 2,

Non-subdiaconus <sup>783</sup>1 Comp. 4.2.6 (= X 4.2.5), JL 13887; SL = in extrau. Accessit; cf. SL D.77 c. 2 v. *xiii. annis fiat*. <sup>784</sup>Cf. SL D.77 c. 2, Sic enim- annos sit.

3. *Quicumque usque per quinquennium.* Hinc collige quod si episcopus concederet alicui ecclesie aliqua priuilegia sicut reliquis plebibus, quod non propterea illa esset plebs, arg. ut d.xliii. c.i.<sup>785</sup>, d.lv. c. ult.<sup>786</sup>, C.i. q.ult. c.i.<sup>787</sup>, ut illud, 'et cum eo duo alii latrones'<sup>788</sup>.

#### <DISTINCTIO LXXVIII>

1. *Si quis etatis sue usque si ualde sit dignus.* Hinc collige quod propter fauorem persone non contra communes regulas ueniendum ut supra d.l. Ex penitentibus<sup>789</sup> et d.lxi. Miramur<sup>790</sup>, nisi necessitas uel utilitas hoc suadeat fieri, ut infra C.vii. q.i. Non autem<sup>791</sup>.

#### <DISTINCTIO LXXIX>

1. *Si quis apostolice usque sine canonica concordia.* Hoc ideo dicit uel repetitur; nam ubi aliquorum consensus requiritur non sufficit ut sit concors nisi sit et canonicus, d.xxii. Si quis episcopus uacans<sup>792</sup>, C.xviii. q.ii. Si quis abbas<sup>793</sup>.

2. *Si quis papa usque de pontificali egerit ambitu.* Hinc collige quod in crimine simonie, quod est crimen maiestatis lese, admitti ad accusationem

16 usque om. **Ba** quinquennium] aliud add. **A La** episcopus om. **La** 18 ut] supra add. **A** xlivii] xlvi **A** d.xliii. - q. ult. c.i] d.xlviii. c.i., d. lvi. c.ult. (c.14) Et nisi autem in cenobiis, C.i. q.v. c. ult.(c.3) **Rc** 19 ut] et **A La RcP** illud] est argumentum add. **Rc**

#### <DISTINCTIO LXXVIII>

2 quis] xxx add. **R** usque] **ibi** add. **Rc** dignus] bonus **Rc** 3 non] est add. **Lp La Rc** 5 fieri om. **Lr Lp<sup>ac</sup>**

#### <DISTINCTIO LXXIX>

2 canonica concordia] concordi et canonica **Ba A La R P F**] non concordi et canonica **Rc** dicit uel om. **Ba A La Rc R P** 3 ut sit om. **Ba** 4 d.xxii] ut arg. praem. **A** 6 ambitu om. **Ba** quod om. **A La Rc R** quod est crimen] idest in crimine **Lr** 7 lese] diuine add. **Lp<sup>pc</sup>** **A La Rc R P**

<sup>785</sup>D.44 c.1      <sup>786</sup>D.55 c.13      <sup>787</sup>C.1 q.7 c.1      <sup>788</sup>Cf. Mt 27,38      <sup>789</sup>D.50 c.55      <sup>790</sup>D.61 c.5

<sup>791</sup>C.7 q.1 c.12      <sup>792</sup>D.92 c.7      <sup>793</sup>C.18 q.2 c.15

socium inite factionis, ut infra C.xv. q.iii. Sane<sup>794</sup>.

8. *Si duo.* Hec imperialis constitutio ideo est autentica quia apostolico  
rogante ab imperatore est promulgata, ut infra d.xcvii. Victor<sup>795</sup>. Vsque  
contra fas temeritate concertantium. Ex hoc uerbo colligitur quod in eo  
casu canon iste loquitur quando utraque pars malo zelo ducitur. Si  
uero bono et essent pares uel pene pares in numero et dignitate, tunc  
metropolitano committitur electio, ut supra d.lxiii. c.ul.<sup>796</sup> Si uero maior  
pars concordet etiam non bono zelo, ut De Siracusane supra d.xxviii.<sup>797</sup> et  
pauci contradicant obtinebit sententia plurimorum ut supra d.lxv. c.i. et ii.<sup>798</sup>

9. *Si quis pecunia* etc. usque concessa electo auctoritate etc. Hinc collige  
electum posse prebendas dare, alienationem rerum ecclesiasticarum facere  
et omnia que ad dispositionem temporalium pertinent facere. Suspendere  
etiam clericos potest. Ea uero que ex consecratione prouenient ante  
consecrationem non potest facere. Et hoc in summo pontifice est uerum,  
nam statim cum eligitur confirmatur. Ab eisdem enim eligitur a quibus et  
confirmatur ut supra d.xxiii. c.i.<sup>799</sup> In aliis uero hoc non obtinet antequam  
eorum electio confirmetur, ut infra C.xii. q.ii. Alienationes<sup>800</sup>.

### <DISTINCTIO LXXX>

4. *Illud sane* etc. usque et ante non fuerunt. Hoc uerum est generaliter

8 socium *om. A* inite] mire **Lr** **Lp** inite factionis *om. Rc* ut *om. A* Sane] Et hoc  
est casus ubi licet alicui crimen occultum manifestare et per istud potest illud intelligi quod  
est infra C.xv. q.iii. Nemini (c.5) ut ab illa regula non solum crimen maiestatis sit exceptus  
sed etiam simonie (simonia **A** add. **Ba<sup>pc</sup> A**] infra vi. q.i. Si quis (c.22) (Quisquis **R**) add. **Ba**  
**R** 10 est *om. Lr* **Lp** 12 iste *om. Rc* ducitur] ducatur **A** 16 contradictant]  
contradicunt **A** 17 concessa] concessu **A** 20 clericos] non add. **Rc** potest] et add. **Rc**  
uero *om. Rc* 21 facere *om. Rc* Et] Sed **Ba** hoc *om. Lr* 22 et *om. A* 23 c.i.]  
In nomine **A**] Nomine **La P** uero *om. Ba R* hoc *om. Rc* 24 Alienationes] et infra  
extra add. **La Rc P**] et in extra. Nosti (1 Comp.1.4.18 = X 1.6.9) add. **R**] Sed queritur si electus  
in summum pontificem esset diaconus, an posset in sacerdotem ordinari alio quam ad hoc  
statuto tempore. Quod (tamen add. **A**) non credo. Non enim debet uelle licere sibi quod aliis  
non licet, cum in nullius persona sit pretermittendum quod in statutis generalibus continetur  
nec esset audiendus qui eum uellet ordinationis tempore accusare nisi de heresi add. **Ba<sup>pc</sup> A**

### <DISTINCTIO LXXX>

2 usque] ubi add. **A P**] nisi add. **R**

<sup>794</sup>C.15 q.3 c.4      <sup>795</sup>D.97 c.2      <sup>796</sup>D.63 c.36      <sup>797</sup>D.28 c.13      <sup>798</sup>D.65 c.1,2      <sup>799</sup>D.23 c.1

<sup>800</sup>C.12 q.2 c.37

nisi multitudo hominum ibi excreuerit uel aliqua gens de nouo sit ad fidem conuersa cui pro multitudine necesse sit episcopum uel primatem 5 constitui ut infra<sup>801</sup> d.xcviii. Nulli<sup>802</sup>; quod tamen fieri debet uoluntate proprii episcopi, ut infra C.xvi. q.i Multis conciliis<sup>803</sup>. Quod tamen posset intelligi de uoluntate requisita etsi non habita; uel cum concilium hoc uult facere tunc requiritur consensus episcopi, cum uero pape nequaquam.

#### <DISTINCTIO LXXXI>

6. *Maximilianus* etc. usque *remoueatur ab officio*. Hoc tunc demum obtinet cum de fornicatione conuincitur uel sponte confitetur. Si uero priuatim non deponitur, ut infra d. prox. Presbiter<sup>804</sup>.
- 5 8. *Dictum est* etc. usque *ab ecclesie communione separantur*. Quid sibi uult tanta uarietas canonum? Frequenter enim inuenitur quod primo debet deponi clericus, deinde ponи in monasterio, quod si ibi esse non uult, debet excommunicari. Si hoc contempserit debet sub anathemate ponи, cum autem hec omnia contempserit debet curie tradi et poterit puniri ut laicus 10 ut hic dicitur et infra C.iii. q.iiii. Clericus uero<sup>805</sup> et Bur. lib. ii. Si quis clericus<sup>806</sup>. Et hec forma seruatur quando pro crimine clericus deponitur. Cum uero pro contumacia est puniendus, prius est excommunicandus, deinde suspendendus, postmodum anathemate est feriendus et sic magis ac magis contumacia crescente postremo est deponendus.

3 ibi *om.* **Ba R** 4 *pro*] pre **Lr R P** 5 *ut om.* **A** xcviii] xcix **Ba A SL** 6 proprii episcopi] requisita etsi non habita **Rc** *ut om.* **A** posset] potest **A** 8 consensus] consilium **Ba Rc**] sensus **A** nequaquam] ut C.xvi. q.i Precipimus (c.10) add. **A**

#### <DISTINCTIO LXXXI>

2 *remoueatur*] *remoueantur* **F** 5 *separentur*] *separetur* **A** 7 *si ibi*] *sibi* **Rc** *non uult*] *noluerit* **Ba A La Rc R P** 8 *sub-* 9 *debet om.* **R** (*omoio.*) 9 *hec omnia*] *hoc omnino* **A** 10 ii.] xii. **Ba A** 11 *seruatur om.* **R** quando] *cum Ba R* 12 *contumacia*] *scilicet* *pro inobedientia* add. **Lp<sup>pc</sup>** 13 *deinde om.* **Lr** est *om.* **Ba A La Rc R P** 14 *est*] *eum Lr* *deponendus*] *puniendus* **Rc**] (*ut supra Lp*) arg. d.xxxiiii. (xxiii. **Lp**) c. i., (*et infra add.* **Lp**, *et add.* **A**) C. xxiii. q. v. *De liguribus* (c.43), (*et add.* **A**) d. lxxii. *Honoratus* (c.8), (*et add.* **A**) C. xxiii. q.iii. *Forte* (c.11) add. **Lp<sup>pc</sup>** **Ba<sup>pc</sup>** **A**

<sup>801</sup>Cf. SI D.80 c. 4, infra-Multis <sup>802</sup>D.99 c.2 <sup>803</sup>C.16 q.1 c.51 <sup>804</sup>D.82 c.5 <sup>805</sup>C.3 q.4 c.8 <sup>806</sup>Bur. 2.183; PL 140.655.

## &lt;DISTINCTIO LXXXII&gt;

5. *Presbiter* etc. usque *deponi*, et hoc de iuris rigore. Canones enim apostolorum pro quolibet peccato mortali dicunt clericum deponendum fore. Vsque *sua sponte confessus est*. Non<sup>807</sup> agitur hic de ea fornicatione in  
 5 qua quis capitul uel in iure sponte confitetur uel conuincitur, in quo casu clericus est deponendus, ut supra d. prox. Presbiter<sup>808</sup>, Maximilianus<sup>809</sup>, sed de ea loquitur quam peccator humiliter confitetur, in quo casu post actam penitentiam potest secum episcopus dispensare. Ipse tamen dispensationem hanc non potest petere. Hec autem dispensatio cuilibet prelato conceditur  
 10 facienda ab hoc canone, ut infra in Extra. c. Licet preter solitum<sup>810</sup>.

## &lt;DISTINCTIO LXXXIII&gt;

2. *Nemo* usque *namque hunc redarguere nullus presunit*. Et nota quod hic non negatur subditos honeste prelatos suos posse redarguere, sed quod de facto contingit dicit.  
 5 3. *Error cui non* etc. usque *negligere*. Ordo littere: negligere quippe arguere peruersos cum possis nichil aliud est quam soluere, idest qui negligit peruersos cum possit arguere uidetur eis in malo consentire. Quod uero dicitur 'cum possis', ex suscepto officio, quidam intelligent et dicunt de prelatis hoc tantum intelligendum. Sed melius dicitur ad hanc correptionem faciendam omnes teneri, ut infra C.ii. q.vii. Quapropter<sup>811</sup> et C.xxiiii. q.iii.

---

## &lt;DISTINCTIO LXXXII&gt;

4 fore] Vnde hic habes (habemus P) quod canones apostolorum dispensari possunt in his scilicet que in animaduersione personarum statuerunt, non autem in his que spectant ad ecclesie statum ut ad articulos fidei et huiusmodi add. Ba<sup>pc</sup> A Rc P Vsque ] Presbiter si forte praem. Ba<sup>pc</sup> sua] si praem. Ba A La P est] fuerit Ba ea] illa Ba 5 sponte om. Ba 9 conceditur - 10 canone om. P

## &lt;DISTINCTIO LXXXIII&gt;

3 honeste om. Lr Lp<sup>ac</sup> 6 cum] tamen add. Ba soluere] fauere Ba ] fouere A La Rc P  
 idest om. A 8 quidam om. Lr Lp

---

<sup>807</sup>Cf. SL D.82 c.5, Non- ...dispensare

<sup>808</sup>D.81 c.12

<sup>809</sup>D.81 c.6

<sup>810</sup>1 Comp. 5.12.1

(X 5.14.1= Porro si clericus), JL 14091; SL = extrau. Licet preter.

<sup>811</sup>C.2 q.7 c 47

Tam sacerdos<sup>812</sup>. 'Cum possis' autem ideo dicitur quia sepe eum non potest corripere, ut puta cum peccator est absens uel testibus non potest probare delictum.

### <DISTINCTIO LXXXV>

1. *Archidiaconum Florentinum* etc. usque *senio iam fractum*. Quod quidem impedit promouendum ut hic, sed non deicit iam promotum ut infra C.vii. q.i. Petisti<sup>813</sup>. Vsque *ab omnibus fuerat electus*, idest a duabus partibus, nam 5 omnes dicuntur facere quod due partes faciunt. Vel omnes Anconitani clerici istos tres elegerant ut si aliquis eorum in examine reperiretur minus idoneus, esset alius in quem posset eorum electio declinare. Vnde ex hoc innuitur semper tres debere eligi. Sed hoc ibi forte obtinet ubi electionis confirmatio ad principem pertinet, sicut in nonnullis prouinciis obseruatur. Vsque *quod prefato archidiacono*. Nota quod cum duo de ecclesia et tertius esset electus extraneus, primo illorum facta est examinatio qui erant de sinu ecclesie ut si examinati inuenirentur idonei ipsi deberent extraneo preponi. Vnde per hoc illud potest intelligi quod alibi est obscure dictum, ut supra d.lx. Nullus inuitis<sup>814</sup>, ubi dicitur quod primo illi sunt reprobandi, idest eligendi 10 et electi examinandi et si tunc inueniantur reprobi ipsis reprobatis tunc de alia ecclesia elegantur. Vsque *quantos psalmos minus tenet*. Hoc non dicitur quod si duos uel tres nesciret cordetenus, eius deberet electio infirmari, sed si omnes uel maiorem partem psalmorum non haberet memoriter uel 15 scrutabiliter nesciret, ut supra d.xxxviii. Omnes<sup>815</sup>.

---

11 Tam *om. Ba R* Cum ] quod *praem. A* autem *om. Ba R* ] aut *A* ] quod *praem. Rc* non *om. Rc* 13 delictum ] § Dictum *Rc*

### <DISTINCTIO LXXXV>

2 *Archidiaconum om. Ba R* *Florentinum om. A La Rc P* *fractum* ] *confactum A F* 5 omnes ] auctoritate add. *Lr Lp* clerici *om. Ba R* 6 eorum ] eum *Lr Lp<sup>ac</sup>* examine ] examinatione *P* 7 esset *om. Lr Lp* in *om. Ba* posset ] possent *Lr Lp* eorum *om. Lr Lp* declinare ] declarare *Lr Lp Ba P* 8 tres *om. Lr Lp* 9 *quod* ] de *A* 12 deberent ] debent *A* 13 ut *om. A* lx. ] lxi. *A La* 15 inueniantur ] inueniuntur *A* 16 alia *om. Lr Lp* elegantur ] eligatur *A* minus ] unus *Lr Lp* ] memoriter *R* non ] ideo add. *Ba A La Rc R P* dicitur *om. Ba A R* 18 si ] uel add. *Ba A La Rc P*

---

<sup>812</sup>C.26 q.7 c.6    <sup>813</sup>C.7 q.1 c.17    <sup>814</sup>D.61 c.13    <sup>815</sup>D.38 c.6

## &lt;DISTINCTIO LXXXVI&gt;

4. *Quando* etc. usque *ut a subditis ueniam postuletis*. Dominus tamen subdito quodam modo se supposuit cum a Ioanne discipulo uoluit baptizari ut sic adimpleret omnem humilitatem, quod tunc faciendum esset prelati si mali causa non esset cum ob hoc superbientibus frangeretur subditis regendi auctoritas in prelati.
5. *Cum multa* etc. usque *minime ualeremus*. Hinc collige prelatum iustas<sup>816</sup> teneri preces honesti subditi adimplere, ut infra C.xxxv. q.ix. Veniam<sup>817</sup>, C.xii. q.ii. Religiosam<sup>818</sup>.
- 10 11. *Esau* etc. usque *in scripturis*, scilicet Noui uel Veteris Testimenti ut casset oppositio de Eustachio qui etsi uenator tamen sanctus fuit<sup>819</sup>, quod in agiographis inuenitur uel coniunctim intelligas quod hic dicitur, non diuisim. Non enim sanctus fuit quamdiu deditus fuit uenationi.
- 15 19 - 21. *In singulis* usque *fame occidisti*. Et nota quod tribus modis dicitur homicida, beneficia subtractione ut hic et in ult. capitulo, prox. d.<sup>820</sup> et infra C.xiiii. q.v. Immolans<sup>821</sup> et supra d.xliii. Ephesiis<sup>822</sup> et qui gladio occidit et detractione ut infra C.xxxiiii. q.ii. Homicidiorum<sup>823</sup>.
- 20 23. *Si quis uero* etc. usque *quod te iuste possit offendere*. Hoc tunc obtinet cum iniuria episcopi redundat in detrimentum ecclesie; nam pro iniuria que tantum tangit personam episcopi non debet aliquem punire, ut infra C.xxiii. q.iii. Inter querelas<sup>824</sup>. Vel *te*, quia iudex es, usque *facile non credas*. Quod hic dicitur uidetur pati contrarium, infra C.xxii. q.iii. Innocens<sup>825</sup>,

## &lt;DISTINCTIO LXXXVI&gt;

3 discipulo] suo add. Ba R 4 prelati om. Rc 8 infra] arg. add. A 11 fuit om. Ba 11-12 quod in agiographis] uel sicut in paragrapho Ba 12 in agiographis] non agiografo R uel] non Ba R non] sed Ba R 13 fuit<sup>1</sup>] erat Ba R fuit<sup>2</sup>] erat Ba A La Rc R P 14 In om. Ba A F dicitur] quis add. A La Rc P 17 Homicidiorum] Aliis etiam tribus modis dicitur quis homicida, uerbo ut crucifigit dicit, mente ut qui odit fratrem suum homicida est, exemplo ut C.xii. q.iii. c.iii. add. Ba<sup>pc</sup>] Qui odit fratrem. Scilicet his etiam aliis tribus modis, mente verbo exemplo. Crucifige crucifige, de hoc infra, xi. q.iii. c.iii. Precipue (c.3) add. R 18 quis] quid A F 19 pro] de Ba 20 tantum] tamen A aliquem] ecclesiam R ut om. A

<sup>816</sup>Cf. SL D.86 c. 5, iustas- Religiosam<sup>817</sup>C.35 q.9 c.5<sup>818</sup>C.12 q.2 c.75; cf. SL D.86 c.5 <sup>819</sup>Cf. SL D.86 c.11 v. *non inuenimus*<sup>820</sup>D.86 c.26<sup>821</sup>C.14 q.5 c.2<sup>822</sup>D.43 c.4<sup>823</sup>C.33 q.2 c.24<sup>824</sup>C.23 q.4 c.27<sup>825</sup>C.22 q.4 c.23

ubi dicitur quod non est uituperanda facilitas. Solutio: hic prohibetur credendi facilitas in danda sententia, ibi uero laudatur in aliis que non sunt uerisimilia, non tamen contra fidem ubi non interest decipere posse uel decipi, ut infra C.xvi. q.i. Si cupis<sup>826</sup>. Vsque *canonica districtio culpam feriat delinquentis*. Hinc<sup>827</sup> uolunt quidam colligere episcopum cum suis clericis quemlibet clericum posse deponere et per hunc canonem omnibus derogari canonibus in quibus hoc fieri inhibetur. Solutio: hic loquitur de archiepiscopo qui cum suis episcopis hoc facere possit quod ex eo innuitur quia Corintus cuius episcopo hic scribitur metropolis est Achaie. Vel ex ui littere solutio colligitur ubi dicitur canonica. Aliter enim non esset canonica depositio nisi cum adiunctis sibi episcopis fieret. Vel in causa pecuniaria clericorum hoc habet locum non in criminali. Vel solus episcopus clericum ferire potest non depositionis sed suspensionis sententia.

24. *Tanta nequitia etc. usque sed filius noster Ciriacus abbas a nobis requisitus ita se cognouisse perhibuit.* Hinc uolunt quidam colligere unius testimonium esse recipiendum, ut infra arg. C.xx. q.iii. Presens<sup>828</sup>, C.xxxi. q.ii. Si uerum<sup>829</sup>, C. xi. q.i. Quicumque<sup>830</sup>, d.xcvii. Nobilissimus<sup>831</sup>. Sed unius testimonium non ualet nisi ad presumptionem inducendam. Vsque sed quia simplicitatem tuam. Hinc habes unum effectum simplicitatis. Varia enim operatur simplicitas; quandoque dispensationem inducit ut hic, quandoque promotum deicit ut d.lxiii. Episcoporum<sup>832</sup>, quandoque promoto aliquid adicit ut infra C.vii. q.i. Quia frater<sup>833</sup>, quandoque promotionem impedit ut d.xlvii. De Petro<sup>834</sup>. Item nota triplicem circa personam fieri dispensationem, nam pena diminuitur, usurpatum toleratur et uetitum conceditur ut hic et C.i. q.ult. Maximum et Donatum<sup>835</sup> et infra C.vii. q.i Non tantum<sup>836</sup>. Et hanc triplicem dispensationem triplex causa inducit, intrinseca meritorum

23 hic] ibi Rc      24 non<sup>1</sup> om. Ba<sup>ac</sup> La Rc P ] tantum A      26 *districtio*] *distinctio* A  
 29 hoc] aliquid R      inhibitetur] iubetur R      30 episcopis om. Ba      possit] potest Ba  
 A La Rc R P      31 Corintus] Corinthum A      hic om. Lr Lp      Achaie] Archadie A  
 32 ui littere] alia littera Lp      Aliter] et *praem.* Ba      34 Vel] Sed A      38 esse om.  
 Ba      ut om. A      41 Hinc] Hic La R      effectum] officium Ba      42 quandoque<sup>1</sup>]  
 quando Rc] enim add. A La Rc P      ut] infra add. Lr Lp La Rc R P      43 lxiii. ] lxxiiii. A  
 aliquid] aliquem A Rc R      44 adicit] adducit Rc      infra om. A      ut] infra add. Lr Lp  
 La Rc R P      45 personam] simplicem Rc      46 toleratur] tollitur Ba      47 infra om. A  
 q.i] Si quem add. Ba<sup>pc</sup>      tantum] autem F      Et om. Ba R

<sup>826</sup>C.16 q.1 c.5      <sup>827</sup>Cf. SL D.86 c.23, Hinc- canonibus      <sup>828</sup>C.20 q.3 c.5      <sup>829</sup>C.31 q.2  
 c.1      <sup>830</sup>C.11 q.1 c.35      <sup>831</sup>D.97 c.3      <sup>832</sup>D.73 (74) c.5      <sup>833</sup>C.7 q.1 c.18      <sup>834</sup>D.47 c.4  
<sup>835</sup>C.1 q.7 c.19,20      <sup>836</sup>C7 q.1 c. 12 (Non autem hoc tantum)

50 prerogatiua et extrinseca habitus uel potestatis consideratio ut in predictis exemplis et C.xxiii. q.iiii. Non potest<sup>837</sup>.

### <DISTINCTIO LXXXVII>

3. *Quisquis* etc. usque *nostri nominis intercessione sperantibus sibi remedia posse conferri.* Hinc collige quod proposit alicui confirmationis epistolam ab apostolico suscipere prebendarum, hoc uidelicet quia cum omnes teneatur defendere, illos specialius quos specialiter sua in tuitione suscepit, ut in Extra. c. Licet uniuersis Dei fidelibus<sup>838</sup>.

9. *Si expositus* etc. usque *contestationis ponatur epistula*, in qua contineatur ut si is qui collectus est intra x. dies a die facte contestationis numerando uel ab eo tempore quo dominus scire potuit. *Securus habeat qui colligit*, nam postea non audietur. Si quis in eo aliquid uoluerit uendicare tum quia non potest petere quem preeuntem contempsit tum quia non ei licuit quod publice factum fuerit ignorare ut infra C.xi. q.iii. Cure<sup>839</sup>, C. xii. q.ii. Qui et humanis<sup>840</sup>, d.xcv. c. ult. <sup>841</sup>, d.liii. Nulli<sup>842</sup>, d.xvi. c.ul. <sup>843</sup> Si uero paupertate compulsus seruum suum dominus exposuit non fit ei ex hoc preiudicium ut Cod. lib. vii. In quibus causis cessat longi, l. ult<sup>844</sup>.

---

50 Non potest *om. R*

### <DISTINCTIO LXXXVII>

2 *Quisquis*] *Si quis R sperantibus*] *sperat F* 3 quod] *quid A* 4 apostolico] *apostolo Lr* prebendarum] *prebendarumque A omnes om. Rc* 5 specialius] *specialibus Ba<sup>ac</sup>*] *spiritualiter Rc tuitione*] *dictione Lr Lp<sup>ac</sup>*] *iurisdictione R* 6 Dei fidelibus] de infidelibus *La Rc* 7 in qua contineatur *om. P* 8 est *om. R P* 9 *colligit*] *collegit Ap<sup>c</sup> La F* 10 in eo *om. A uendicare*] et add. *Lp Ba<sup>pc</sup> A La* 11 potest - quia *om. P* preeuntem] *petentem Lp*] *precantem Ba<sup>pc</sup> A non*] enim add. *P* 12 fuerit] *fuit Ba A La Rc R P infra*] *arg. A* 13 ult.<sup>1</sup>] *contra add. Ba P Nulli*] *contra add. Ba R* ult.<sup>2</sup>] *contra add. Ba* 14 seruum *om. Lr* suum *om. Lp* exposuit] *depositus Lr Lp* 15 vii.] viii. *A quibus*] *eos di. lxxxvi. add. Lp cessat longi, l. ult om. Lr Lp*

---

<sup>837</sup>C.23 q.4 c.32      <sup>838</sup>2 Comp.2.2.1 (= X 2.20.23), JL 13974; SL = si tractus fuerit in causam, iudex delegatus cognoscere non poterit, ut in extrau. In litteris.      <sup>839</sup>C.11 q.3 c.20      <sup>840</sup>C.12 q.2 c.24      <sup>841</sup>D.16 c.14      <sup>842</sup>D.54 c.2      <sup>843</sup>D.16 c.14      <sup>844</sup>Cod. 7.34.5

**<DISTINCTIO LXXXVIII>**

1. *Decreuit* etc. usque *aut pensiones conducere*, idest fieri procuratorem familie alicuius potentis ut inde possit lucrari. Vsque *aut secularibus negotiis se immiscere*, que scilicet sunt secularia tribus modis, scilicet secularium 5 rerum, secularium hominum et causa lucri fit. Que autem duobus primis modis sunt secularia tractare non prohibentur ut infra C.xv. q.iii. c.i.<sup>845</sup>
5. *Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.* Et nota quod hic non dicitur episcopum non posse defendere testamentum cum constat firmum esse et iniuste improbari, sed potius interdicitur ne debeat in foro contendere 10 et disputare ut aduocatus, probando illud legitime esse factum, cuius etiam causas proprias per se ipsos tractare non possunt excepta criminali, ut C.v. q.iii. Quia episcopus<sup>846</sup>.

**<DISTINCTIO LXXXIX>**

2. *Volumus* etc. usque *omnis clericus eius adhiberi debet*, non propria sed canonis auctoritate. Cum enim subditis aliquid contra prelatos disponendum mandatur, subditi sine maioris auctoritate id facere non 5 possunt. Prelati uero contra subditos sua auctoritate disponere possunt quod eis conceditur faciendum ut infra C.ix. q.iii. Cum simus<sup>847</sup>.

**<DISTINCTIO LXXXVIII>**

2 *aut om. Ba pensiones ] possessiones F* 4 scilicet - modis *om. Lr Lp* 4–5 secularium rerum *om. Rc* 6 sunt] fiunt **Ba** ut *om. A* 7 *tuitionem ] ordinationem R* non *om. Rc* 10 cuius] cum **A La Rc P** cuius - 11 ipsos] cuius non causas per se ipsos cum etiam proprias causas **Ba** 11 ipsos] ipsas **P**

**<DISTINCTIO LXXXIX>**

2 *clericus ] clerus F* 4 *sine ] si in Rc* id facere *om. Rc* 5 *Prelati ] Plano Rc* 6 *simus ] et C. xviii. q. ii. Ab his (c.18, Abbatibus) add. R*

<sup>845</sup>C.15 q.4 c.1      <sup>846</sup>C.5 q.3 c.3      <sup>847</sup>C.9 q.3 c.3

## &lt;DISTINCTIO XC&gt;

3. *Neque ad Caim usque inexpiabilis et grauis est culpa discordie.* Si de impenitentibus intelligitur, hoc de quolibet peccato est uerum; si de penitentibus, non est uerum cum omne peccatum est remissibile. Vnde ad exaggerationem et odium huius criminis et simonie hoc dicitur ut infra C.i. q.i. Cito<sup>848</sup>.
4. *Alienus usque qui murmurans extiterit.* Hoc illi faciunt qui quicquid prelati faciant in malam partem interpretantur ut in Israelitis<sup>849</sup> appetat. Vsque perierunt ab exterminatore, idest ab angelo extra terminos terre promisse eos percutiente<sup>850</sup>.
5. *Si quis monachus etc. usque uel manifestum fratri conuicium.* Nam si eis occulte detraheret, secus<sup>851</sup> esset cum non habeant occulta peccata uindictam, ut infra C.xxi. q.v. c.ult.<sup>852</sup>
7. *Studendum est usque ad pacem magis,* idest ut pacifice inter se componant quam ad iudicium ueniant ut infra C.v. q.ii. Si primates<sup>853</sup>.
9. *Placuit etc. usque primitus arguantur.* Admonitio<sup>854</sup> enim semper debet uindictam precedere ut infra C.xii. q.ii. Indigne<sup>855</sup>, nisi in quibusdam casibus aliter dicatur. Et de accusatione facienda similiter est dicendum, ut infra C.ii. q.vii. Accusatio<sup>856</sup>.
- 20 10. *Si quis contristatus.* Hic queritur an sit aliquis cogendus reconciliari inimico sibi non satisfaciensi. Quod uidetur, quia dicitur 'nisi hominibus dimiseritis'<sup>857</sup> etc. Vnde colligitur quod nullus potest iniuriam agere quin contra euangelium ueniat. Solutio: duobus modis dicitur quis peccatum dimittere, quoad odium ex iniuria conceptum quod mandatur in euangelio

## &lt;DISTINCTIO XC&gt;

3 impenitentibus] penitentibus **Rc**      si] sed **Lr**      4 est<sup>2</sup>] sit **Ba A La Rc R P**      7 qui  
*om. Ba*      11 etc. *om. A*      *fratri om. A La Rc P*      12 occulta] licentia **Ba** ] latentia  
**A La Rc R P**      13 ut *om. A*      14 pacifice] magis add. **R**      16 arguantur] arguatur  
**A**      19 Accusatio] Accusationes **Lr Lp**      21 hominibus *om. R*      22 quin] qui **Ba R**  
23 ueniat] non *praem.* **Ba R**      24 dimittere] committere **Lr Lp<sup>ac</sup>**

<sup>848</sup>C.1 q.1 c.16      <sup>849</sup>Gn 4,25.      <sup>850</sup>Ex 33,1-2; cf. SL D.90 c.4 v. *ab exterminatore*      <sup>851</sup>Cf. SL  
D.90 c.5, secus- c.ult.      <sup>852</sup>C.23 q.5 c.49      <sup>853</sup>C.5 q.2 c.4      <sup>854</sup>Cf. SL D.90 c.9, Admonitio-  
Indigne      <sup>855</sup>C.12 q.2 c.21      <sup>856</sup>C.2 q.7 c.15, Accusatio      <sup>857</sup>Mt 6,14-15

- 25 et quoad accusationem iniuriarum quam reo non satisfacente quis exequi non prohibetur, non tamen debet omnimodam satisfactionem exposcere.

#### <DISTINCTIO XCI>

1. *Eleutherius usque uigilie*, idest mortuorum exsequie que in quibusdam ecclesiis cotidie celebrantur. Sicut etiam secundum uulgare Francorum<sup>858</sup> appellantur.
- 5 4. *Clericus quilibet usque degradentur*. Subaudi si admoniti noluerint resipiscere. Quociens enim pro leui culpa iubetur deponi clericus, in hoc casu oportet intelligi ut infra d.prox. c.ul.<sup>859</sup>

#### <DISTINCTIO XCII>

6. *Si qui episcopi* etc. usque *quod si noluerint in presbyterii ordine*. Hinc collige quod si diaconus uel presbiter alicuius ecclesie fuerit ordinatus episcopus et non recipiatur in sua ecclesia poterit in prima ecclesia esse in eo ordine in
- 5 quo prius fuerat et etiam in ea dignitate si ipsa uacaret. In episcopali uero sede non recipietur quia simul duos esse episcopos ratio non permittit, licet in maiori ordine possit quis in priori ecclesia recipi quam in primo habuerit ut supra d.lxxiiii. Quorundam<sup>860</sup>.

---

25 accusationem ] actionem **P**      26 non<sup>2</sup> *om. Rc*

<DISTINCTIO XCI>

2 exsequie ] ex requie **Lr** ] exsequiarum **A**      que ] ubi **Ba**      4 appellantur  
*om. Ba*      6 enim *om. Lr Lp<sup>ac</sup>*

<DISTINCTIO XCII>

3 et - 4 recipiatur ] eos non recipiat **Rc**      5 etiam *om. Ba R*      uacaret ] uacauerit **Ba R**  
 7 ordine *om. Lr Lp*      habuerit ] habuerint **A**      8 lxxiiii. ] lxxiii. **A R P**

---

<sup>858</sup>Lex Francorum, saec. VII. Cf. Lex Ribuaria et Lex Francorum Chamavorum. Ex Monumentis Germaniae Historicis recusae, ed. Rudolphus Sohm, Hahn, Hannoverae 1883, 112 - 123, Cf. Lex Salica.      <sup>859</sup>D.92 c.9      <sup>860</sup>D.74 c.6

## &lt;DISTINCTIO XCIII&gt;

2. *Miratus usque ne particeps obligationis existeret.* Hinc collige quod in hiis que ualde sunt horrenda, non excusat aliquem socia multitudo. Multitudinis<sup>861</sup> enim ratio releuat penam sed non absorbet culpam.
5. 5. *A subdiacono usque subditi sint,* quoad reuerentiam saltem. Virtus enim obedientie in tribus consistit, in mandatis, iudiciis et reuerentia. Quilibet ergo inferior culibet superiori est subditus quoad reuerentiam nisi administratio maior impedit, ut in archidiacono et archipresbitero, ut supra d.xxv. c.i.<sup>862</sup> Soli uero episcopo quoad omnia sunt subditi.
10. 11. *Diaconi qui quasi usque ne ipse ab insidiatoribus.* Ordo<sup>863</sup> littere: ne ipse episcopus infestetur aut ledatur a suis insidiatoribus, quod forte tunc temporis erant heretici qui eum lederent predicanem. Vsque *aut uerba diuina detrahendo.* Hinc ratio redditur quare circa episcopum debent esse diaconi, scilicet ne episcopus timore hereticorum quorum rabies tunc temporis circa ecclesiam feruebat, 'detrahendo populo uerba diuina', idest non predicando, 'polluatur', idest peccato taciturnitatis coinquinetur, cum ipse tenetur ex suscepto officio predicare aut etiam 'insinuando uerba diuina' et aperiendo populo, idest predicando 'despiciatur' dum solus audet ascendere pulpitum; nam dignitas sine subiectis contemptibilis est. Vel sic: 'ne ipse ledatur a suis' clericis uel parochianis qui in ipsa processione uel etiam cum uult ascendere pulpitum possent eum opprimere pre nimia multitudine, nisi hinc inde diaconibus esset circumdatus 'aut ab insidiatoribus quoquo modo infestetur', hoc non mutatur. 'Aut polluatur', ab eisdem subditis suis sordibus et pedum conculatione dum non habet qui

## &lt;DISTINCTIO XCIII&gt;

6 in<sup>1</sup> om. R in<sup>2</sup> om. Ba A R 8 maior] maiorum Ba et] in add. A 9 episcopo] clerici add. Lp subditi] subiecti La R 10 qui quasi om. A 11 quod] quia A 12 eum om. R predicanem] Vel sic distingue: ne ledatur ab insidiatoribus hereticis aut infestetur a suis, scilicet subditis, quasi dicat (ut add. A) debent (debeant A) vii diaconi turbam irruentem arcere add. BaPc A P 13 Hinc] Hic A R P quare] episcopo add. P episcopum] ipsum Ba] papam R debent] debeant A 14 ne] ut A 15 circa] contra A 16 taciturnitatis] non add. Ba R 17 tenetur] teneatur A 20 ipse] episcopus add. Ba A La Rc R P 22 esset om. La 24 sordibus] fortibus Ba R et pedum] impedit R

<sup>861</sup>Cf. SL D.93 c.2, Multitudinis-culpam

<sup>862</sup>D.25 c.1

<sup>863</sup>Cf. SL D. 93 c. 11, v. Diaconi, Ordo-detrahendo ei

- 25 eum a populi oppressione liberet. Ipse dico 'insinuando' uerba diuina, idest predicando, 'aut despiciatur' ab eisdem propter solitudinem detrahendo ei.
22. *Illud autem usque mapulis.* Mapule sunt quedam linteamina quibus equi senatorum olim cooperiebantur, quod etiam Constantinus cardinalibus concessit ut eorum equi certis diebus sic ornati incederent in quodam 30 Extra. quod sic incipit, Constantinus imperator<sup>864</sup>. Vsque *nec sibi preiudicium generari*. Hinc collige quod ea que nullo iure licet possidere alicui, non potest sibi prescriptione uendicare ut infra d.c. Contra morem<sup>865</sup>, C.i. q.i. Nullus episcopus<sup>866</sup>, C.xxxiii. q.ult. Quod Deo<sup>867</sup>. Prescriptio enim ius nouum non creat sed creatum aduocat.
- 35 23. *Diaconi* etc. usque *nec differtur ultionis sententia*. Hinc<sup>868</sup> collige quod iudex non tenetur causam differre sed citius quam potest liti debet debitum imponere finem ut infra C.ii. q.i. Sicut sine<sup>869</sup>, C.x. q.ult. Quia<sup>870</sup>.
24. *Legimus in Isaia* usque *diaconi autem eligant de se quem industrem nouerint et archidiaconum nuncupent*. Et nota quod hic diaconorum electio in eligendo 40 archidiacono non excludit episcopum. Vel distingue tempora et concordat scriptura. Vel secundum diuersitatem ecclesiarum intelligitur hec uarietas canonum. Vsque *orbis auctoritas maior est urbe*. Quid est ergo quod alibi dicitur, nullum debere Romane ecclesie consuetudinem contempnere sed eam omnes tenentur imitari ut supra d.xi. Nolite<sup>871</sup>? Solutio: ibi de ea 45 consuetudine loquitur quam ipsa seruat et ceteris mandat seruandam; hic de ea quam sola seruat nec uult ab aliis obseruari. Vnde et ibi dicitur quod Romanam ecclesiam et sequi uiderint et docere.
26. *Precipimus* etc. usque *ante presbiterum sedeat*. Hoc uerum est generaliter nisi<sup>872</sup> forte ratione administrationis presbitero sit maior, ut archidiaconus

---

26 solitudinem] sollicitudinem R 29 certis] cunctis Lr Lp<sup>ac</sup> 30 Constantinus  
imperator om. Lr Lp Ba A La Rc R imperator] infra d.xvi. add. P Vsque *nec* ] ut  
non Ba nec] non A Rc R 31 generari] generaret Ba A ] grauari Rc 32 sibi] igitur  
Ba om. A prescriptione] per prescriptionem Ba infra] arg. add A 34 creatum]  
tantum Ba 36 citius quam] quanto citius A debitum om. P 37 infra] arg. add. A  
40 concordat] concordabit Ba A La R P ] concordabis Rc 41 scripture] scripturam Rc  
42 auctoritas] queritur add. F 43 sed] etiam add. Rc 45 hic] uero add. Ba A La Rc R P  
46 et om. Ba R P 46–47 dicitur quod Romanam om. Lr Lp 47 quod] quoniam La]  
quam Rc R P et<sup>2</sup> om. Lp 48 ante] quando P 49 ratione] Romane A

---

<sup>864</sup>Coll. II Parisiensis 92 c.un. <sup>865</sup>D.100 c.8 <sup>866</sup>C.1 q.1 c.124 <sup>867</sup>C.33 q.5 c.4 <sup>868</sup>Cf.  
SL D.23, Hinc-Quia <sup>869</sup>C.2 q.1 c.3 <sup>870</sup>C.10 q.3 c.6 <sup>871</sup>D.11 c.3 <sup>872</sup>Cf. SL D.26,  
nisi- d.xxv. c.i.

50 archipresbitero est maior, ut supra d.xxv. c.i.<sup>873</sup> Vsque *tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur*. Iste enim legatus omnia que ex administratione proueniunt potest facere ut prebendas dare, clericos suspendere et huiusmodi. Ea uero que ex consecrationis uirtute proueniunt exercere non poterit, ut consecrare uel degradare episcopum, qui tamen potest dare  
 55 auctoritatem episcopis hoc faciendi si ei specialiter a summo pontifice fuerat concessum. Vnde hinc<sup>874</sup> habes quod quedam possumus ex persona alterius que ex nostra perficere non ualemus. Simile infra C.ii. q.vi. Si quis episcopus<sup>875</sup> et Extra. Sicut Romana<sup>876</sup>.

### <DISTINCTIO XCV>

1. *Peruenit* etc. usque *etiam in fronte baptizatos crismate tangere*. Si autem queratur an eis hoc concedere potuerit, dici potest eum concedere potuisse. Hoc enim in<sup>877</sup> primitiua ecclesia poterant episcopi facere qui nichil pre  
 5 ceteris sacerdotibus inunctionis habebant. Eadem forte ratione posset concedi quod eis ipsum crisma conficere concedere potuisset quod tamen quibusdam displicet, quia ab ipsis apostolis institutum legitur ut nonnisi ab episcopis possit crisma confici, ut infra de con. d.iii. Manus<sup>878</sup>, contra quorum instituta summo pontifici uenire non licet, ut infra C.xxv. q.i. Sunt  
 10 qui<sup>879</sup>.
3. *Illud superfluum adiectum*, ab eis qui Innocentium consulebant. Vsque *de episcopo ambigatur, quod licere presbiteris non est dubium*. Hinc<sup>880</sup> collige quod si quid ex officio minor potest facere, id multo magis et maior, ut infra C.xxxii. q.vi. Si ducturi<sup>881</sup>. Vsque *crismate*, idest unctione, oleo scilicet infirmorum. Crisma enim hic non proprie ponitur, sed potius secundum

---

56 fuerat] fuit **Ba**] fuerit **A La Rc R P** quedam] quid **Lr Lp<sup>ac</sup>**

<DISTINCTIO XCV>

2 in] *etiam praem.* **P** fronte] *frontibus* **Ba A Rc R P F** 3 hoc *om.* **Ba A P** 4 pre *om.*  
**Lr Lp** 5 inunctionis] *unctionis* **A** 7 institutum- episcopis *om.* **Lr Lp R** 8 possit]  
 posset **A** 9 q.i. *om.* **A** 11 *superfluum*] uidetur add. **Ba R**] uidemus add. **A La P** eis]  
 eo scilicet **Ba A La Rc R P** consulebant] consulebat **Ba A La Rc R P** 13 potest]  
 poterit **A** ut *om.* **A** 14 ducturi] dicturi **P** 15 hic *om.* **P**

---

<sup>873</sup>D.25 c.1      <sup>874</sup>Cf. SL D.26, hinc-ualemus      <sup>875</sup>C.2 q.6 c.36      <sup>876</sup>1 Comp. 1.21.6 (= X  
 1.29.5 = Preterea super hoc), JL 12293.      <sup>877</sup>Cf. SL D.95 c. 1, in-displicet      <sup>878</sup>De cons. D.5  
 c.4      <sup>879</sup>C.25 q.1 c.6      <sup>880</sup>Cf. SL D.95 c.3, Hinc-ducturi      <sup>881</sup>C.32 q.6 c.2

nominis ethimologiam, nam episcopus pro superintendentे ponitur ut infra C.vii. q.i. Petisti<sup>882</sup>. Vsque *nam non penitentibus*. Et agitur ibi de penitentibus non baptizatis quibus omnia sacramento negantur, illo sacramento excepto quod facit hominem christianum, ut baptismus. Istud autem nam non continuatur predictis, sed pendet ex superiori parte huius capituli unde hoc est tractum. Ex<sup>883</sup> fine huius capituli collige quod excommunicatus non potest contrahere matrimonium, cum ei omnia sacramenta negantur et istud quod est magnum sacramentum in Christo et in ecclesia<sup>884</sup>.

6. *Ecce ego usque preteriti temporis error non potest reuocari.* Hinc collige quod ea que per errorem sunt introducta, ex diuturna approbatione utentium ius faciunt et ratione multitudinis excusant a pena non a culpa, ut supra d.iii. Denique<sup>885</sup>.

#### <DISTINCTIO XCVI>

1. *Bene quidem* etc. usque *perlegatur*<sup>886</sup>, quasi diceret ille Venusinus episcopus, permittite totam legem recitari et ea lecta si quid fuerit reprehensione dignum, reprehendatis. Nam nisi tota lege perspecta inciuile est de qualibet particula eius iudicare: Vsque *ne in exemplum remaneret*. Hinc collige quod ea que etiam de ratione possunt fieri, ne sint res mali exempli, postponi debent, arg. ut infra C.i. q.i. Principatus<sup>887</sup>, C.xxvii. q.i. Quod sit<sup>888</sup>, d.l. De hiis<sup>889</sup>, C.xxx. q.i. Si quis<sup>890</sup>.

4. *Vbinam* etc. usque *imperatores sinodalibus conuentibus interfuisse.*

17 *nam om. F non ] in Lr penitentibus*] In originali alia ponitur littera, scilicet 'nam penitentibus' add. **Lp Ba<sup>pc</sup> A La P penitentibus**] solempniter uel de add. **A La Rc P** 18 *omnia ] ecclesie R sacramento om. Ba A La Rc R P* 19 *baptismus ] baptizatus Rc 20 predictis*] prope dictis **A Rc P** 21 *hoc om. Ba tractum ] contractum R 22 cum ] enim add. A Rc 23 quod ] quidem A R et ] non Lp non ] in add. Lp<sup>pc</sup> et in ] non Lr in om. A 26 non ] uel Ba 27 d.iii. ] d.iiii. A*

#### <DISTINCTIO XCVI>

2 *Venusinus ] ueneratissimus Lr Lp 4 nisi ] ubi P inciuile ] uile Ba 5 particula eius om. Lr ] eius parte Lp particula ] parte P remaneret ] remanet Lr ] remanerent A 6 de om. R ne] tamen *praem.* Lp Ba A R P sint] fiant R 7 Quod sit] Nec aliqua (C.27 q.1 c.4) Ba SL sit] si A 9 usque om. Lr Lp*

<sup>882</sup>C.7 q.1 c.17      <sup>883</sup>Cf. SL D.3, Ex-negantur      <sup>884</sup>Eph. 5,32      <sup>885</sup>D.4 c.6      <sup>886</sup>Cf. SL D.96 c. 1 v. *perlegatur*, quasi-iudicare; Hinc-C.xxx. q.i.      <sup>887</sup>C.1 q.1 c.25      <sup>888</sup>C.27 q.1 c.5  
<sup>889</sup>D.50 c.36      <sup>890</sup>C.30 q.1 c.9

10 Subaudiendum est nisi uocati, ne sit contrarium quod dicitur C.xxxv. q.v.  
Ad sedem<sup>891</sup>, ubi dicitur laicos interfuisse concilio. Vel ille antiquior forte  
fuit Alexandro.

5. *Denique usque per quos diuina ministrantur iudicare presumant.* Quid  
est quod hic dicitur cum legibus imperialibus clerici iudicentur? Solutio:  
15 imperatores<sup>892</sup> potestatem condendi leges habuerunt in clericos, sed non  
exercitum uel executionem.

6. *Cum ad uerum.* Sic accedas ad litteram: ante confusa et indistincta erant  
omnia iura, sed 'cum uentum est ad uerum', idest ad ueri discussionem  
20 uel ad uerum pontificem, idest Christum, 'ultra sibi nec imperator iura  
pontificatus arripuit', idest quod non deberet arripare patuit<sup>893</sup>, nec pontifex  
nomen imperatorum. Ante enim imperatores pontifices imperatores  
uocabantur ut supra d.xxi. Cleros<sup>894</sup>. *Quoniam idem mediator*, idest non  
dicitur Christus medius sed mediator. Medius est qui extrema disiungit.  
Vsque propriis actibus, idest actus utriusque potestatis uel que in sua persona  
25 fecit. Pauit enim turbas, uidentes etiam de templo eiecit, quod ad regis  
officium spectat et seipsum in ara crucis immolauit et pro inimicis orauit  
dicens: 'pater ignosce illis quia nesciunt quod faciunt'<sup>895</sup> quod sacerdotis  
est officium. Hinc habes, quod<sup>896</sup> imperator non habet potestatem gladii.  
30 Distincte enim sunt hec potestates nec una pendet ex altera. Vnde in huius  
rei figuram dictum fuit, 'ecce gladii duo hic'<sup>897</sup>. Vsque et pontifices pro cursu  
temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. Hinc<sup>898</sup> collige  
tantum in causis secularibus utendum est legibus imperatoris, non ergo  
in spiritualibus ut supra d.i. c.ult.<sup>899</sup>, C.xxxiii. q.ii. Inter hec<sup>900</sup>, C.xi. q.i.  
Continua<sup>901</sup>.

11 Vel] Sed R ille] iste Lp A La Rc R P 17 indistincta] distincta Lr A P 21 enim  
om. R pontifices] et praem. A add. Ba A La Rc P 22 Cleros] *Cum ad uerum* usque  
add. Ba<sup>Pc</sup> idest] om. A La Rc R idest - 23 mediator om. Ba<sup>ac</sup> 23 est qui] enim  
A La Rc P 24 actus] actibus A ] arg. add. R<sup>ac</sup>] auctus R 25 etiam] et ementes Ba R  
26 inimicis] etiam add. A La Rc 27 faciunt] faciant A 28 gladii] a papa add. Ba<sup>Pc</sup> ]  
ab apostolico add. A La Rc R P ] a summo pontifice add. SL 29 Distincte] Discrete A Rc  
hec om. A Rc una] altera La Rc 30 figuram] figura A 32 est] esse Ba A La Rc  
R P ergo om. Lp Ba R 33 supra] arg. add. A

<sup>891</sup>C.35 q.5 c.2      <sup>892</sup>Cf. SL D.96 c.5, imperatores-exercitium      <sup>893</sup>Cf. SL D.96 c.6 v. *Cum  
ad uerum*, ante-patuit      <sup>894</sup>D.21 c.1      <sup>895</sup>Lc 22,38      <sup>896</sup>Cf. SL D.96 c.6, quod-potestates  
<sup>897</sup>Lc 23,34      <sup>898</sup>Cf. SL D.96 c.6, Hinc-Continua      <sup>899</sup>D.1 c.12      <sup>900</sup>C.33 q.2 c.6      <sup>901</sup>C.11  
q.1 c.5

- 35 7. *Satis euidenter usque deum appellatum ab ipso Constantino<sup>902</sup>, qui clericos deos legitur appellasse ut C.xi. q.i. Continua<sup>903</sup> et Sacerdotibus e. q.<sup>904</sup> et C.xi. q.i. Futuram<sup>905</sup>.*
8. *In scripturis usque uerecundiam contegatis. Hoc<sup>906</sup> de occultis peccatis intelligendum relinquitur. De manifestis uero cogimur appellare uel accusare, premissa tamen familiari admonitione ut infra C.ii. q.vii. Quapropter<sup>907</sup> et C.v. q.v. c.i.<sup>908</sup>*
10. *Duo sunt usque quibus principaliter hic mundus regitur, idest a quibus, nam ab ecclesia mundus regitur iure diuino, ab imperatore humano, ne obuiet illud, 'humanum genus' etc., supra d.i.<sup>909</sup> Vel dicitur quod istis duobus regitur mundus et principaliter, sicut littera sonat, illud uero secundario. Vsque *beatus<sup>910</sup> etiam Ambrosius*. Si queratur an licuit ei imperatorem excommunicare, cum eius parochianus non esset imperator; uidetur quod ei licuit quia homo tante religionis indebita non presumeret. Sed si licuit, ergo similiter cuilibet episcopo licet imperatorem excommunicare. Solutio: non ei licuit, non tamen indebita usurpauit. Non<sup>911</sup> enim ipse fecit auctoritate propria, sed iubente concilio. Dicitur tamen ipse fecisse, quia in concilio maior erat uel ipse denuntiauit sententiam<sup>912</sup> et hoc secundum illum tropum loquendi quo dicitur fieri res cum innotescit quod fit<sup>913</sup>.*
- 55 11. *Si imperator usque a quo<sup>914</sup> propriam consecutus est potestatem. Hinc collige imperatorem non ab apostolico sed a Deo potius gladii potestatem accipere et in temporalibus eo esse maiorem, arg. ut supra d. e. Cum ad uerum<sup>915</sup>, C.xi. q.i. Magnum<sup>916</sup>, C.xi. q.i. Sacerdotibus<sup>917</sup>, C.xi. q.iii. Si*

---

35 *ipso*] pio F      36 deos om. Lr      ut om. A ] infra add. A Rc P      C.xi.- e.q. om. Lr  
 Sacerdotibus] Sacerdotalibus Lp Ba La      37 xi] xii A Rc R P      39 appellare uel om. Ba  
 A La Rc R P      41 q.v.] q.i. SL      42 principaliter- regitur om. R      idest - 43 regitur om. Rc  
 (omoio.)      44 humano] in omnibus add. Lp<sup>pc</sup>] moribus Ba A La Rc P      obuiet] obiciat  
 Ba R      supra om. A      dicitur] dicas Ba A La Rc R P      46 Si] Sed Ba      queratur]  
 queritur Ba      48 quod] non add. Lr Lp      licuit] licuerit A      50 ei om. Lr      53 quo  
 om. Lr Lp      fieri] sciri Ba      res om. A      54 fit] fecit Lr Lp R      55 a quo] scilicet Lr  
 Lp<sup>ac</sup>      57 accipere] admittere P      58-59 iiii. Si autem om. R

---

<sup>902</sup>Cf. SL D.96 c.7, *Constantino-appellasse*      <sup>903</sup>C.11 q. 1 c.5      <sup>904</sup>C.11 q.1 c.41      <sup>905</sup>C.12 q.1  
 c.15      <sup>906</sup>Cf. SL D.96 c.8 v. *clamidem*, Hoc-...c.i      <sup>907</sup>C.2 q.7 c.47      <sup>908</sup>C.5 q.5 c.1      <sup>909</sup>D.1  
 a.c.1      <sup>910</sup>Cf. SL D.96 c.10 v. *magnum imperatorem excommunicans*, *beatus-excommunicare*  
<sup>911</sup>Ibidem, Non-sententiam      <sup>912</sup>Cf. SL D.96 c. 10 v. *magnum imperatorem excommunicans*  
<sup>913</sup>Cf. C.8 q.1 c.6 n.4; C.11 q.3 c.46 n.173.      <sup>914</sup>Cf. SL D.96 c.11, *a quo-...spiritualibus*      <sup>915</sup>D.96  
 c.6      <sup>916</sup>C.11 q.1 c.28      <sup>917</sup>C.11 q.1 c.41

autem<sup>918</sup>. Quod coram imperatore in causis pecuniariis dicunt quidam  
60 propter hoc posse apostolicum conueniri sicut in spiritualibus potest  
imperator ab apostolico uicaria recompensatione excommunicari.

15. *Sicut*<sup>919</sup> usque *prerogatiuam presentis regni sic imperator non minuit*, idest  
sicut parua ciuitas non potest mutare dignitatem totius regni sic imperator  
non potest mutare dignitatem uel constitutiones ecclesie, idest canones.

### <DISTINCTIO XCVIII>

2. *Transmarinos*<sup>920</sup> usque solet euenire. Hinc collige quod si quedam non  
sint illicita, sunt tamen cauenda quia mala esse solent ut infra C.xvi. q.i.  
c.i.<sup>921</sup>, C.viii. q.i. Si ergo<sup>922</sup>, d.xxviii. De Siracusane<sup>923</sup>.

### <DISTINCTIO C>

1. (a.c.) *Episcopos autem usque ante pallium acceptum*. Hic queritur quare  
ante susceptionem pallii archiepiscopus<sup>924</sup> non possit episcopum cum  
reliquis episcopis tribus ordinare, cum tres episcopi sine pallio hoc possint.  
5 Solutio: si hoc fieret, non minus esset ille episcopus, etsi uterque esset  
ob hoc deponendus. Sed ideo fuit constitutum ut magis essent solliciti  
ad suscipiendum pallium, quod non facerent si ante pallii acceptancem  
hoc eis liceret. Dicunt tamen quidam quod ante pallii susceptionem cum

59 autem] contra add. Lp Ba A La Rc Quod] Vnde Ba A La Rc P ] Inde R quidam om.  
Lr Lp 62 sic imperator om. La Rc R P imperator] imperialis F minuit] nominauit R idest  
om. R 63 ciuitas] cunctas P mutare] uel add. Lp dignitatem uel om. Ba A La Rc R P

### <DISTINCTIO XCVIII>

2 solet] solent A SL F si] etsi A La Rc P 3 quia] eo quod R infra] arg. A q.i.] q.ii. A

### <DISTINCTIO C>

2 quare] om. Lr Lp an Ba 3 susceptionem] acceptancem A 4 tribus om. Ba A La Rc  
P ] aliis duobus SL pallio om. P possint] ut supra di. lxxiii. add. Lp 5 si] ubi A  
hoc om. Ba fieret] foret A etsi] sed si Lr Lp 7 acceptancem] susceptionem A  
pallii acceptancem] susceptum pallium A La Rc

<sup>918</sup>C.11 q.3 c.11      <sup>919</sup>Cf. SL D.96 c.15, *Sicut-...canones*      <sup>920</sup>Cf. SL D.98 c.2, *Transmarinos-*  
Siracusane      <sup>921</sup>C.16 q.1 c.1      <sup>922</sup>C.8 q.1 c.16      <sup>923</sup>D.28 c.13      <sup>924</sup>Cf. SL D.100 c. 1 v.  
*episcoporum consecratio protelatur*, archiepiscopus-simplex

duobus aliis posset episcopum ordinare, non tamen ut archiepiscopus, sed  
10 ut episcopus simplex.

1. *Quoniam quidam usque sitque metropolitanus licentia aliis*<sup>925</sup>. Hoc ideo dicit forte quia in ea prouincia forte omnes decesserant uel nondum electi erant consecrati ut supra d.lxv. Si forte<sup>926</sup>, uel ad eius ignominiam fit. Vsque *consilio Romani pontificis*. Nota quod cum canones aliquid precipiunt  
15 subditis uel equalibus contra equales uel prelatos facere, non possunt illud sine maioris auctoritate facere ut hic et supra, d.lxxv. c. ult.<sup>927</sup> Cum uero aliquid prelatis precipitur contra subditos faciendum, tunc potestate ipsius canonis uel propria hoc possunt, ut infra C.xxviii. q.i. Abbatibus<sup>928</sup> et C.viii. q.iii. Cum simus<sup>929</sup>. Vsque *quod si ultra v menses*. Mirum uidetur quod hic  
20 dicitur quod episcopus si ultra v. menses ordinari distulerit deponetur, archiepiscopus uero si ultra tres menses pallium accipere distulerit, deponi debet. Diuersitatis hec est ratio, quia quanto alicuius negligentia magis nocet ecclesie, tanto citius eius contumacie est obuiandum, ut infra C.xi. q.iii. In cunctis<sup>930</sup>. Vsque *uiduatam ecclesiam*. Hinc collige electum non esse pastorem  
25 ecclesie. Vnde uidetur quod nec prebendas dare nec potest disponere, quod de eo potest intelligi cuius electio non est confirmata, ut supra d.xxiii. c.i.<sup>931</sup>, contra. Vsque *metropolitani suo iudicio cedat*. Hoc est deponi potest a metropolitano cum sex episcopis ut sacerdos quilibet sit electus, ut supra d.xxiii. Illud<sup>932</sup>.
- 30 4. *Optatum*<sup>933</sup>, idest 'quod tibi nos dare optamus', non 'quod tu optasti' suscipere sed quod tu 'optasti, non ut unde precesses'. Sic et episcopatus

---

9 aliis] episcopis add. A posset] possent A 11 *metropolitanus*] *metropolitanis*  
F 12 forte<sup>2</sup> om. Ba A La Rc R P 13 ad eius ignominiam] ex ignominia Lp<sup>ac</sup>  
14 *consilio*] *cum praem.* SL quod cum] quando Lp Ba cum] /// Rc 16 lxxv.]  
lxv. Ba A La R SL 18 xxviii.] xxxii. A ] xviii SL q.i] q.ii. SL 19 v] vi Ba  
20 ordinari] destiterit uel add. Ba deponetur] debet deponi Ba 21 *ultra-menses*]  
in mense Ba] in tertio mense A La Rc P 23 iii. ] iii. Ba A La Rc R 25 nec<sup>2</sup>] non A  
26 ut om. A xxiii] xxx Lr Lp 27 suo] sui Ba A Rc R (F) 28 sex] septem Lr Lp  
Rc sit] licet *praem.* Ba A La Rc R P 29 xxiii] xxxii P Illud om. P 30 quod]  
illud quid R tibi om. Ba R nos om. R optamus] optauimus Lp<sup>pc</sup> A La Rc R  
tu om. Ba 31 suscipere - optasti om. Rc R (omoio.) sed] uel Lp Ba A La P quod]  
quia A unde] inde A La precesses] sed ut (ut om. Lp<sup>pc</sup> La Rc P) prodesses add. Lp<sup>pc</sup>  
Ba A La Rc P Sic] Et *praem.* R et] etiam R

---

<sup>925</sup>Ibidem, v. *metropolitanis aliis*, Hoc-fit <sup>926</sup>D.65 c.9 <sup>927</sup>D.75 c.7 <sup>928</sup>C.18 q.2 c.18

<sup>929</sup>C.9 q.3 c.3; cf. SL D.100 c. 1 v. *cum consilio Romani pontificis*, Nota- ...Illud <sup>930</sup>C.11 q.3  
c.52 <sup>931</sup>D.23 c.1 <sup>932</sup>D.23 c.5 <sup>933</sup>Cf. SL D. 100 c. 4 v. *Optatum*, Idest- Episcopatum

optari potest, ut infra C.viii. q.ii. Episcopatum<sup>934</sup>.

5. In ea sinodo usque scriptis discurrētibus<sup>935</sup>, idest planis, manifestis, non scrupulosis et obscuris, ne per obscuritatem in captionem<sup>936</sup> contineant ut supra d.iii. Erit autem.

8. Contra morem usque quod a nobis absit iniusta correptio<sup>937</sup>, quod est dicere, etiamsi iniuste te corrigat, quod absit, tu tamen debes patienter tolerare, ut supra d.xix. In memoriam<sup>938</sup> et C.xi. q.iii. Sententia<sup>939</sup>. Vsque nobis in subditis<sup>940</sup> transmisistis, idest in inferiori parte sue epistole. Vsque usurpasse te comprobet quod fecisti. Sed<sup>941</sup> nec etiam prescriptione tutus esse potes, cum enim talia communi iure non possideantur nec prescriptione tolli possunt. Prescriptio enim ius nouum non creat, sed creatum aduocat, ut supra C.i. q.i. Nullius<sup>942</sup>, C.xxxiii. q.v. Quod Deo<sup>943</sup>, d.xcii. Illud autem<sup>944</sup>.

10. Pallium<sup>945</sup> etc. usque et uices suas sedis apostolice agere, quia forte summus pontifex hunc archiepiscopum legatum suum fecit uel hoc ideo dicit quia omnes uocantur ab eo in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

32 viii. ] vii. Lr q.ii. ] q.i. SL Episcopatum] Qui praem. Ba A Rc R P 33 planis] et add. A La Rc R P 35 iii. ] ivi. SL autem] lex SL 36 absit] fit Lr etiam add. R correptio] preceptio Ba A La Rc P 37 corrigat] corrigeremus Ba A Rc R P 38 et] infra add. A 39 Vsque om. A 42 supra] arg. A 43 Nullius] Nullus Ba q.v.] q. iii. A xcii. ] xciii. A SL 44 suas] uos Ba A La Rc P F om. R 45 hoc om. R 46 dicit] fecit Lr ab eo om. A R

<sup>934</sup>C.8 q.1 c. 11      <sup>935</sup>D.4 c.2; cf. SL D. 100 c. 5 v. *scriptis discurrētibus*, idest-autem      <sup>936</sup>Cf. D.4 c. 2 notae 17 et 20; D.50 c.25, n. 20.      <sup>937</sup>Cf. SL D.100 C.8, v. *iniusta correptio*, etiamsi-Sententia      <sup>938</sup>D.19 c.3      <sup>939</sup>C.11 q.3 c.1      <sup>940</sup>Cf. SL D.100 c.8 v. *in subditis*, idest-epistole      <sup>941</sup>Ibidem, Sed-Illud autem      <sup>942</sup>C.1 q.1 c.124      <sup>943</sup>C.33 q.5 c.4      <sup>944</sup>D.93 c.22      <sup>945</sup>Cf. SL D. 100 c. 100, *Pallium-potestatis*



## SVMMÆ SIMONIS PARS II - CAVSAE

### <CAVSA I>

*Quidam habens filium.* Postquam de officiis et ordinibus Magister tractauerat, de negotiis et litigiis interserit que inter clericos et priuatos tractantur et ante omnia de crimine simonie que inter omnia crimina magis spernit  
 5 et detestatur ecclesia, ut infra C.i. q.i. c.ult.<sup>1</sup> In hac ergo simoniacorum concertatione prius de spiritualibus tractat probans multipliciter spiritualia non esse uendenda et in uenditione spiritualium gratiam non conferri, nam donum Dei non donatur nisi gratis conferatur. Dicit ergo:

### <Q. I>

1. *Gratia si non gratis datur* etc. Hec littera dupliciter in summa legitur et idcirco superfluum esset alibi iam dicta referre. Vsque *que maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur*. Facit enim ipsa gratia ut in ordinibus ipsis  
 5 digne quis ualeat administrare. De ipsis autem nomine gratie queritur quo nomine ipsam possimus exprimere interroganti quid sit ipsa gratia. De qua quidam dicunt eam nullo speciali nomine appellari, sicut de nonnullis consimilibus dicitur a Cipriano, infra de con. d.iii. Nec quemquam<sup>2</sup>. Alii dicunt gratiam illam esse uirtutem que appellatur sacerdotii dignitas uel  
 10 sanctitas, ut infra C.e. q.e. Eos qui<sup>3</sup>. Hec autem gratia omnibus in ecclesia ordinatis confertur exceptis simoniacis. Gratia tamen est uirtus et idcirco etiam uitiosis confertur. Vsque *spiritum ueritatis*, idest a ueritate, hoc est

### <CAVSA I>

2 *Quidam habens filium om. Ba A La Rc R P*      4 *que] quod La*      5 *q.i.] q. ult. Lp*  
*simoniacorum om. P*      6 *concertatione] contractatione Rc ] contestatione R*      8 *donum]*  
*dona R*      *donatur] donantur R*      *Dicit om. Ba A ] dicto La*      *ergo om. Ba A D*

### <Q. I>

2 *datur om. R*      4 *operatur - ipsis om. Rc*      *gratia om. Lp<sup>ac</sup>*      5 *autem om. R*      6 *quo]*  
*scilicet add. Ba A*      *possimus] possumus A*      *exprimere] exponere Rc*      6-7 *De qua*  
*om. Lr Lp<sup>ac</sup>*      8 *Nec quemquam] Nequaquam A*      9 *dignitas uel om. Ba A La Rc R P*  
 11 *ordinatis] ordinibus Rc*      *Gratia]* *Licet enim sit praem. Ba A La Rc P*      *tamen]* *uero*  
*P non add. Ba A La Rc P*

<sup>1</sup>C.1 q.1 c.130

<sup>2</sup>De cons. D.4 c.127

<sup>3</sup>C.1 q.1 c.21

a Filio procedens. Dei enim Filius ueritas dicitur in euangelio: 'Ego sum uia, ueritas et uita'<sup>4</sup>. Vel quia Spiritus Sanctus dicit uera, dicitur Spiritus ueritatis. Omne enim uerum est a Spiritu Sancto, sicut dicit Expositor super illum locum Apostoli: 'Nemo dicit Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto'<sup>5</sup>. Vsque gratis accipitur. Ibi enim testatur ueritas quod Spiritus Sanctus gratis accipitur, ut ait discipulis: 'Gratis accepistis, gratis date'<sup>6</sup>.

2. *Quicumque studet.* Hoc ideo additur quia nisi studiosa cupiditate quis spiritualia emat, non dicitur proprie simoniacus nominis scilicet ethimologia considerata; nam simonia dicitur studiosa seu affectata cupiditas emendi uel uendendi aliquid spirituale. Vsque sacerdos non est, de uite merito etsi de officio suscepto. *Sed inaniter dici tantummodo concupiscit*, non directo, sed hoc inde sequitur.

25 3. *Presbiter si ecclesiam usque sed sacerdotii honore spolietur*, in quo per ingratitudinem collatorum ordinum ipse peccauit<sup>7</sup>. Qui enim in uno offendit, factus est omnium reus. Propter hanc expositionem queritur quare hic priuatur sacerdotio quod canonice acceperat, licet sacerdos factus ecclesiam simoniace acquisisset, cum Deus neminem puniat antequam quis 30 peccet et in eo solo debeat quis puniri in quo peccauit, ut infra C.xvi. q.ult. Inuentum est<sup>8</sup>. Solutio: regulariter obtinet quod proponitur. Contra hanc tamen regularitatem casualia inueniuntur in quibus sine delicto suo quis punitur. Et hoc inducit sequens perpetratio criminis, ut hic; alterius rei fauor ut d.xxii. Renouantes<sup>9</sup>; sacerdotii dignitas, ut d.liiii. Frequens siquidem<sup>10</sup>; 35 transgressio plebis, ut C.xxxii. q.vii. Illi<sup>11</sup> et uxoris fornicatio ut d.xxxiiii. Si cuius uxorem<sup>12</sup> et C.xxiiii. q.i. Non turbatur<sup>13</sup>.

4. *Benedictio usque hereticus*, idest sacramentorum peruersor<sup>14</sup>. Cum enim sic institutum sit ab ecclesia ut gratis beneficia ecclesiastica et ordines

13 dicitur] et uita add. **Lp** 15 dicit expositor] exponitur **R** 17 Ibi - 18 accipitur om. **R** (omoio.) 21 studiosa om. **A** affectata] affectuosa **Lr Lp** 22 aliquid] aliquod **A** 25 sed] et **A** 27 omnium om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** propter] preter **A** hanc] autem add. **A** **La Rc P** 29 quis om. **Ba A La Rc R P** 30 peccet] ante peccatum **Ba** peccauit] peccatum **Lp**] committit add. **Lp<sup>pc</sup>** 31 quod] ut **Ba** proponitur] postponitur **Lr R**] deponatur **Ba** 32 tamen om. **Ba**] tantum **P** 33 sequens] littera add. **Lr Lp<sup>ac</sup> om. R** 34 siquidem] equidem **Ba A La Rc R P** 35 ut q.vii. - d.xxxiiii. om. **R** xxxiiii] xxx **Lr Lp**] xxiiii **Ba** 36 uxorem] delictum socii add. **Ba<sup>pc</sup>** et] ut **Ba** 37 *Benedictio*] illi add. **Ba A La Rc R P** 38 sic om. **Lp<sup>ac</sup>** ab] in **Lp**

<sup>4</sup>Io 14,6      <sup>5</sup>1 Cor. 12,3      <sup>6</sup>Mt 10,8      <sup>7</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.3      <sup>8</sup>C.16 q.7 c.38      <sup>9</sup>D.22 c.6  
<sup>10</sup>D.54 c.10      <sup>11</sup>C.32 q.7 c.22      <sup>12</sup>D.34 c.11      <sup>13</sup>C.24 q.1 c.7      <sup>14</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.4 v. qui ad hoc, ut fiat hereticus, promouetur.

conferantur, hunc ordinem peruerunt simoniaci cum nonnisi pretio dato hec  
 40 largiantur. Hereticus pluribus modis dicitur: et sacramentorum peruersor ut  
 hic; et ille qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque  
 sui causas falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequitur, ut infra C.xxiiii  
 q.iii. Hereticus<sup>15</sup>. Is etiam hereticus dicitur qui per anathema ab ecclesia fuit  
 separatus, ut infra C.iiii. q.i. c.ii.<sup>16</sup>

45 5. *Quisquis per pecuniam etc. usque non exarserit.* Subaudi odio criminis et  
 amore siue iusticie zelo inflammatus, ipsos simoniacos accusando, si potest  
 probare. Vnde hic habetur: quod quis teneatur alium accusare ut infra C.ii.  
 q.vii. Quapropter<sup>17</sup> uel contra ipsos testimonium perhibendo. Vnde hinc  
 50 potest colligi testes esse cogendos ad testimonium perhibendum, ut infra  
 C.vi. q.i. Illi<sup>18</sup>, C.xxii. q.i. Si quis<sup>19</sup>, C.ii. q.vii. Quapropter<sup>20</sup>, C.ii. q.iii. Qui  
 ueritatem<sup>21</sup>, C.xiiii. q.ii. Quamquam<sup>22</sup>, de con. d.ii. Si non sunt<sup>23</sup>, infra  
 Extra. Dilecti filii<sup>24</sup>, C.xv. q.iii. § Paulus<sup>25</sup>, infra Extra. Quamuis simus<sup>26</sup>,  
 C.xxxv. q.vi. Notificamus<sup>27</sup>. Vsque cum eo, idest Simone. Se non dubitet  
 55 habere portionem in pena qui, scilicet Simon. Prius, quantum ad Nouum  
 Testamentum. *Commisit hoc piaculare flagitium.* Simonia dicitur piaculare  
 flagitium quia non est minus crimen illis criminibus que piaculo, idest pena  
 sanguinis puniuntur. Vel a ciuili iudice potest simoniacus depositus pena  
 capitali puniri cum per ecclesiasticam disciplinam ad correctionem teneri  
 60 non potest, ut infra C.e. q.ult. c.ult.<sup>28</sup> Per hoc etiam potest haberi quod  
 hoc crimen in laicis possit per ciuilem iudicem puniri<sup>29</sup>. Illud autem quod  
 superius pretermissum est, scilicet pro officii sui loco, sic exponas, ut qui

40 Hereticus] autem add. **Ba A La Rc R P** 41 qui] aliter quam Spiritus Sanctus add.  
**Ba** et - glorie om. **P** 41–42 que sui om. **R** 42 causas - uel<sup>1</sup>] causam falsam  
 nouam opinionem **A** uel<sup>2</sup>] aut **A** 43 q.iii] q.iiii. **A** Hereticus] est add. **La Rc**  
 fuit] fuerit **A La P** 45 exarserit] arserit **F** 46 iusticie] et add. **R** 47 Vnde om. **R**  
 habetur] dicitur **R** ut om. **A** infra] arg. add. **A** 50 C.xxii. q.i. Si quis om. **A La Rc**  
 quis] per ca. (pillum) add. **Ba R** ii<sup>2</sup>] xi **Ba** q.iii] q.iiii **Rc** 52 Quamuis simus]  
 Quam iussimus **Rc** simus] contra add. **A La Rc** 53 Notificamus] contra add. **A La**  
**Rc** Simone] simonie **Lr Lp** 54 habere] habiturum **F** in pena om. **P** in pena qui]  
 portionem **F** 55 Commisit om. **A** hoc om. **R** Simonia - 56 flagitium om. **Ba A Rc R**  
 57 Vel om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** iudice] propter add. **Ba** 59 ut om. **A** 61 pro om. **Ba A**

<sup>15</sup>C.24 q.3 c.28      <sup>16</sup>C.4 q.2 c.2      <sup>17</sup>C.2 q.7 c.47      <sup>18</sup>C.6 q.1 c.3      <sup>19</sup>C.22 q.1 c.10

<sup>20</sup>C.2 q.7 c.47      <sup>21</sup>C.11 q.3 c.83      <sup>22</sup>C.14 q.2 c.2      <sup>23</sup>De cons. D.2 c.15      <sup>24</sup>Collectio

Wigorniensis 6.37; 1 Comp. 2.20.1; JL 13934.      <sup>25</sup>C.15 q.3 c.3      <sup>26</sup>1 Comp. 2.13.13 (= X -),

JL 14156.      <sup>27</sup>C.35 q.6 c.3      <sup>28</sup>C.1 q.7 c.27      <sup>29</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.5 v. *piaculare flagitium.*

potest contra hereticos uel simoniacos<sup>30</sup> accusator esse, sit accusator et sic de testibus. Et ita quisquis tenebit in iudicio locum sui officii. Quod et sic debeat hoc intelligi ex eo probatur quod est infra, C.iii. q.iii. c.ii.<sup>31</sup> Vel sic  
65 pro officii sui loco. Iuxta qualitatem enim personarum que alios corrigunt uaria est adhibenda forma correctionis. Aliter namque debet prelatus delinquentes corrigere quia increpando et puniendo, et aliter socius, quia tantum admonendo, ut infra C.xxiii. q.iii. Recedite<sup>32</sup>, Forte<sup>33</sup>.

6. *Quos constiterit indignos meritis.* Per contrarium sensum huius canonis  
70 quidam colligunt eum non esse simoniacum qui cum sit dignus pro rebus spiritualibus largitur munera, arg. infra C.e. q.e. Quisquis<sup>34</sup> et c. Quibusdam<sup>35</sup>. Sed hec non proueniunt. Tunc per contrarium sensum legis uel canonis potest argumentum efficaciter sumi cum contrarius sensus canonis alii canoni non est contrarius<sup>36</sup>.

75 7. *Reperiuntur* etc. usque *quod frequenter exstat maiorum mucrone excisum*, idest gladio anathematis quod dicitur mucro episcopi quia eo nullus potest uti preter episcopum. Nemini enim licet aliquem sub anathemate ponere nisi soli episcopo et presbitero si ei ab episcopo fuerit imperatum, C.xvi. q.ii c.i.<sup>37</sup>, C.xxiii. q.ult. Corripiuntur<sup>38</sup>. Vsque *condempnatum*. Hinc  
80 colligunt quidam simoniacos ipso iure esse condempnatos et a communione fidelium esse separatos, secundum quorum sententiam funditus potest quis sibi ab aliquo familiaritatem abscindere ex quo eum simoniacum esse comperit. Alii sunt qui dicunt eos ipso iure a sacramentis esse separatos quia de hac excommunicatione sequens littera exemplificat dicens: 'atque a participatione corporis et sanguinis Christi alienum'<sup>39</sup>. Tandem uero

62 hereticos uel *om.* **Lp** **Ba<sup>ac</sup>** simoniacos *legit Ba<sup>ac</sup>* hereticos *legit Ba<sup>pc</sup>* 63 in iudicio *om.* **Lp** et *om.* **A** 64 hoc *om.* **Lr** probatur] probatum est **R** 65 alios] aliquos **La Rc P** 66 correctionis] decretionis **R** namque] enim **R** 69 *constiterit*] constituerunt **Lp** 71 arg.] est *add.* **A** et] C.e. q.e. *add.* **A** c.] e. q. ult. **Lp** 72 hec *om.* **R** non] bene *add.* **R** Tunc] enim *add.* **Ba A La Rc R P** 74 alii] alicui **A P** 75 *maiorum*] *minorum* **A** *excisum*] *succisum* **Ba A La Rc R P F** 76 anathematis *om.* **P** 79 C.xvi.] arg. *praem.* **A** q.ult.] Vllis *add.* **A** Corripiuntur] Corripiantur **R**] infra xi. q.ii. Cum nemo episcoporum (q.3 c.41) *add.* **R** 80 colligunt] uolunt colligere **Ba A La Rc R P** 81 esse<sup>2</sup> *om.* **A P** quorum] quorundam **Lr** 82 esse *om.* **Ba**] ecclesie **R** 84 exemplificat **R** atque *om.* **Rc**

<sup>30</sup>Cf. C.2 q.5. c.14      <sup>31</sup>C.4 q.2 c.2      <sup>32</sup>C.23 q.4 c.9      <sup>33</sup>C.23 q.4 c.11      <sup>34</sup>C.1 q.4 c.11

<sup>35</sup>C.1 q.1 c.117      <sup>36</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.6 v. *Quos usque indignos.*      <sup>37</sup>C.16 q.2 c.1      <sup>38</sup>C.24 q.3 c.17      <sup>39</sup>1 Cor 10,16

anathemate percuti debent<sup>40</sup> sicut infra C.e. q.e. c.iii.<sup>41</sup> Vsque eius accusator extiterit. Sic ergo necessaria est in hoc crimine accusatio quam etiam debet admonitio trina precedere, ut infra C.ii. q.vii. Accusatio<sup>42</sup>. Vnde ex hoc potest colligi in crimine simonie iudicium esse seruandum<sup>43</sup>.

90 8. *Si quis episcopus usque promouerit dispensatorem aut defensorem.* Et nota quod administrationes istas uendere tunc demum est simoniacum cum spirituale aliquod habent sibi adnexum. In quibusdam enim ecclesiis personis istis, propter ea que exercent officia, beneficia canonice conferuntur que eis non possunt subtrahi nisi eorum promerente delicto. In quo 95 casu loquitur presens auctoritas. Cum uero nullum sibi habent spirituale adnexum, secus est; nam et principes uidemus prourationem urbium et uillarum uendere quos tamen ob hoc peccare non credimus. Indistincte quidam dicunt eos simoniacos, qui talia uendunt. Hec autem officia annexa sunt spiritualibus quia nisi a clericis exponi possunt, ut infra C.xvi. q.ult. In 100 nona<sup>44</sup> et C.e. q.iii. Saluator<sup>45</sup>.

11. *Qui studet usque in sacro ordine.* Hoc ideo asserit quia in ordinibus retinendis quos quis propria cupiditate ductus emit, nulla admittitur dispensatio, ut infra C.e. q.e. Erga simoniacos<sup>46</sup>, cum in illis etiam ordinibus nisi ex magna benignitate ecclesie quis ualet ministrare quos, ignorante filio, paterna malitia emit, ut infra C.e. q.v. c.ult.<sup>47</sup> In beneficiorum uero retentione secus in canonibus inuenitur<sup>48</sup>. Cum quis enim empto beneficio abrenuntiauerit, poterit ei idem beneficium uel aliud concedi, si tamen eius merita id indulgentie episcopus uiderit promereri, ut infra C.e. q.v. c.i.<sup>49</sup> Giezi. Nota est historia. *Gratiam sanitatis Naaman Siro uendidit.* Sed 110 queritur cum Giezi Naaman nichil sanitatis contulerit, quomodo dicitur

86 sicut] dicitur add. **A La Rc R** 88 Accusatio] Accusatores **A** Vnde] Et praem.  
**Ba A** 89 iudicium] ordinem iudiciarium **Ba A La Rc R P** 90 promouerit] etiam  
add. **A P** dispensatorem] dispensationem **Lr Lp** 96 prourationem] procuratorem **Rc**  
97 Indistincte] Indiscrete **A**] tamen add. **Ba A La Rc P** 98 dicunt om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** eos]  
esse add. **Ba A La Rc R P** autem] enim **Ba A La Rc R P** 99 nisi] non nisi **Ba La Rc**  
**R** exponi] expleri **Ba A La Rc P** 100 et om. **A** 101 asserit] dicit **A** 102 quos  
quis] quisquis **Ba La Rc R P** 103 cum] nec add. **R** 104 nisi] nonnisi **Ba A La Rc R P**  
105 emit] emittitur **Rc** uero om. **R** 107 poterit] enim add. **Lp** ei] om. **Lp<sup>ac</sup>**  
**R** 108 id indulgentie] ad indulgentiam **Lr**] ad indulgentem **R** 110 Giezi] Iezi **A**  
dicitur] ei add. **Lp A La**

<sup>40</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.7 v. *condemnatum* <sup>41</sup>C.1 q.1 c.4 <sup>42</sup>C.2 q.7 c.15 <sup>43</sup>Cf. SL C.1q.1c.7  
v. *accusator* <sup>44</sup>C.16 q.7 c.22 <sup>45</sup>C.1 q.3 c.8 <sup>46</sup>C.1 q.1 c.110 <sup>47</sup>C.1 q.5 c.3 <sup>48</sup>Cf.  
SL C.1 q.1 c.11 v. *Qui studet usque ordinem* <sup>49</sup>C.1 q.4 c.11

gratiam sanitatis uendidisse. Item cum gratia sanitatis inter munera spiritualia numeretur, utroquo modo est impretiabilis. Sed uendidisse dicitur quantum in eo fuit uel quia pro sanitate per Elisei ministerium collectam ipse pecuniam accepit. Vsque *eandem gratiam sanitatis*. Simplex est  
 115 hic relatio et est sensus: Naaman sanitatem quam non habebat uendicauit et Giezi sanitatem perdidit quam habebat. Similis est relatio ibi: mulier que dampnauit, saluauit. Vsque *Iudas omnium Redemptorem uendidit*. De Iuda autem hic queritur an in uenditione Dominici corporis simonie crimen commiserit, quod quibusdam placet propterea quia spirituale corpus Christi uendidit<sup>50</sup>. Sed uidetur melius dicendum esse quod non simonie sed potius sacrilegii commisit crimen. Tunc enim demum simonia committitur cum spiritualia uel spiritualibus adnexa uenduntur.

12. *Quicumque sacros* etc. usque *sacerdotes esse non possunt*, idest digne exercere officium sacerdotis. Vel 'non possunt'. Ideo dicit quia in empto  
 125 ordine simoniacus tolerari non potest, ut supra, c.i. sequitur<sup>51</sup>. *Vnde scriptum est*. Subaudi in Nicena sinodo<sup>52</sup> unde hoc fuit tractum. *Anathema dandi, anathema accipiendi*. Subaudi sit, quia hec est simoniaca heresis. Et hec est uera littera ut habetur infra e. q. Placuit<sup>53</sup>. Vsque *santificare alios possunt*, de uite merito, etsi hoc possint ex officio suscepto. *Et in Christi corpore*, idest  
 130 in ecclesia que est corpus Christi spirituale cuius corporis ipse est caput et rector. *Non sunt*, merito uite et uinculo caritatis, licet sint ibi corpore et sacramentorum participatione. *Quomodo*, scilicet de uite merito, ut fuit corpus Christi quod traxit de Virgine.

13. *Cum liqueat usque ante omnia*. Ante omnia crimina, simonie crimen  
 135 dicitur subrepisse contra ecclesiam ad ipsius criminis exaggerationem et odium uel ideo quia nullum fere est adeo dilatum per exemplum.

111 Item ] Tunc enim **La** munera ] prima **Ba A La Rc R P** 112 spiritualia ] spiritualia *legit Ba<sup>ac</sup> om. Ba<sup>Pc</sup>* 113 fuit ] erat **A** 114 collectam ] collata **Ba A La Rc R P** 115 Naaman ] ei add. **Ba A** 116 Giezi ] Iezi **A** ] quam add. **Lr** 117 saluauit, dampnauit *tr. A* 118 an ] utrum **R** 119 commiserit ] commisisset **A** 121 sacrilegii crimen ] sacrilegium **Rc**  
 123 *Quicumque*] *Qui F esse non om. Ba A* 128 littera *om. P* 129 ex] *de A La*  
*Et*] *cum add. Ba A La Rc P F Cum praem. R* 130 in *om. A* corporis *om. R* 131 *Non*]  
*Quia praem. A* 132 fuit ] supra **A Rc P** 134 *omnia*] *omnes F* Ante *omnia om.*  
**Lp<sup>ac</sup>** Ante *omnia om.* **Lr Ba** *omnia*] alia add. **Lp** 135 subrepisse ] subrepisse **A**  
 136 ideo ] dicit add. **Ba**

<sup>50</sup>Cf. SL C.1q.1 c.11 v. *Giezi, eandem gratiam, Iudas.*

<sup>51</sup>C.1 q.1 c.11

<sup>52</sup>Concilium

Oecumenicum anni 325; cf. *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, edidit Istituto per le scienze religiose, Bologna 1973 (COD) 4-15

<sup>53</sup>C.1 q.1 c.22

Vsque *in ipsa sua origine* Hoc quantum ad Nouum Testamentum. In Veteri autem Testamento non apostolica sed prophetica fuit hoc crimen sententia condempnatum<sup>54</sup>.

140 16. *Cito.* Factum Giezi reducas ad animum et patebit tibi littera huius capituli. Vsque *et pecunia male quesita*, ab ipso Giezi, quia simoniace commaculauit animam ipsius sorde et labe criminis et corpus eiusdem uulnere lepre. *Facto auctoris*, scilicet Giezi qui prius simoniam commisit. *Successio heredis dampnatur*, idest dampnanda ab Eliseo ostenditur. Et agitur hic non de successionis et propagationis filii sed imitationis<sup>55</sup>. *Inexpiabilis*, si in eo casu hoc intelligitur cum de hoc crimine quis non penitet et de quolibet peccato est uerum. Si enim cum penitet non potest sane intelligi. Nullum enim peccatum est irremissibile, de quo quis uult in hac uita penitere. Sed ad exaggerationem et odium criminis huius dicitur specialiter quod de omnibus aliis in hoc casu generaliter est uerum, ut supra d.xc. Neque<sup>56</sup>. Vel dicitur hec culpa inexpiabilis quia numquam per satisfactionem aliquam potest quis illum ordinem retinere quem uendit aut emit. Vsque *in tertiam et quartam*, idest nisi habeat fidem Trinitatis et quatuor genera uirtutum sine quibus nullus adultus et discretus habet uitam eternam<sup>57</sup>. Vsque *nisi ut uitiorum*. Hic ostenditur de quibus filii superius dixit.

20. *Cum omnis usque fidem quam negant.* Simoniaci enim etsi aperte non impugnant ecclesiam, fidem tamen dicuntur negare contrariis factis. Habitu enim interdum sine uoce loquitur et simulatis operibus sine uoce

139 condempnatum ] dampnatum A 140 Giezi ] Iezi A 141 *et* ] *om. Ba P quesita* ]  
*acquisita Ba Giezi* ] Iezi A simoniace ] simonia Lr 142 commaculauit ] commaculat  
A 143 *Facto* ] Vsque *praem. Ba A R* Giezi ] Gezi A commisit] admisit Ba<sup>ac</sup>A  
144 *heredis* ] *heredi Lr* 145 imitationis sed filii *tr. A* imitationis ] criminis *add. Lr*  
Lp 146 *et om. Ba A La P* et - 147 penitet *om. Rc (omoio.)* 147 enim ] uero A  
enim cum ] uero de eo R non ] nam Rc sane *om. R* 149 exaggerationem ]  
aggregationem Lp 150 Neque ] Nobis Ba 152 quis ] aliquis A 153 habeat ]  
habeant Ba A 154 eternam ] *Ex fine capituli (om. Ba<sup>pc</sup>) usque donec culpam.* Hinc potest  
colligi quod // temporis penitus alleuiatur et licet pater alicuius male possederit aliquid et  
filius idem possiderit, tamen mitius est puniendus quam pater *add. Ba (fol. 21ra, in margine*  
*inferiore a)* 156 usque *om. Lr* fidem *om. Ba A La Rc R P* quam ] uel Ba<sup>pc</sup> negant ]  
neglit Lp<sup>pc</sup> Ba<sup>pc</sup> F 157 impugnant ecclesiam ] impugnarent ecclesias Lr ecclesiam ]  
ecclesiasticam Lp 158 loquitur ] locuntur Lp ] loquimur A La Rc R

<sup>54</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.13 v. *Cum liqueat ante omnia, apostolica facto auctoris, successio dampnatur heredis*

<sup>55</sup>Ibid. C.1 q.1 c.16 v. *male quesita, 56D.90 c.8* 57Cf. SL C.1 q.1 c.16 v. *ut simplicius*

mentiuntur, ut supra d.xliii. Sit rector<sup>58</sup>, C.xxii. q.ult. c. antepenult.<sup>59</sup>, d.xlvi. c.i.<sup>60</sup>, d.l. In capite<sup>61</sup>, d.lxxxi. c. Nemo<sup>62</sup>.

21. *Eos qui usque efficiunt seruum suum*, quantum in ipsis est. Vsque non gratia Spiritus Sancti, idest sacerdotii sanctitas. Hic exprimitur quo nomine debet appellari gratia que in ordinatione confertur<sup>63</sup>.

23. *Iudices, inquit eius usque et super Dominum requiescebant*, idest quantum ad eorum opinionem eius gratiam habebant. Vsque nemo ambigat. Hec sunt uerba expositoris Ieronimi. Vsque quinque tantum obolorum sint mercede contenti, quia forte tunc apud ecclesiam minus punirentur ut Bur. lib. xi. Si quis furtum<sup>64</sup>, etsi non quantum ad Dominum, ut infra C.xiiii. q.ult. c.ult.<sup>65</sup> Vel hoc ideo dicitur quia rei mediocritas ab illicita acceptione eos reprehendendo retrahet. Pro re enim minima nollet aliquis tam graui facinore inquinari. Vel non permittitur quinque obolorum susceptio, sed comparatis sibi duobus malis ostendit hoc esse leuius. Vsque obsecro ut accipias. Hinc collige in uno eodemque facto secundum intentiones diuersas unum peccare et non alterum, ut infra C.xxxii. q.v. Proposito<sup>66</sup>. Peccauit ergo Giezi credens gratiam uendere nec peccauit Naaman munera offerens, quia non propter collatam gratiam sed propter prophete reuerentiam et benedictionem dedit, ut littera dicit.

24. (p.c.) *Quod de Christo dicitur usque in cruce supplicauit*, dicens Patri: 'Ignosce illis quia nesciunt quid faciunt'<sup>67</sup>.

25. *Principatus usque etsi moribus non offendaret*, sed si aliis dignus esset inuasor. Vsque perniciosus est exemplo. Hinc collige quod ea que de ratione fieri possent ne sint res mali exempli cassari debent, ut arg. supra

159 mentiuntur] mentimus A      supra] arg. add. A      161 qui om. R      suum om. F  
 Vsque om. R      non] est add. Ba A La Rc R P      163 debet] debeat A      164 Iudices] Duces F      166 quinque om. A      167 minus] mitius Ba A La P      ut - 168 Dominum om. Rc      170 reprehendendo] reprehendere Lr Lp om. A La Rc      retrahet] retraheret A La      171 quinque] ut Lp      174 ut om. A      q] // ed quod sine aliquando ut add. R 175 Giezi] Iezi A      peccauit] peccatum Rc      offerens] conferens Lp Rc      178 Patri] Pater A Rc      179 nesciunt] non enim sciunt P      180 offenderet] offendit Ba F      sed] idest etiam Rc P      sed si] idest etsi Ba La R ] idest etiam si A      alias Lp A La Rc ] alia R      181 que] etiam add. Ba P ] praem. A La R      182 ne] tamen praem. A La Rc P cassari] cessare Lr Lp<sup>ac</sup>

<sup>58</sup>D.43 c.1      <sup>59</sup>C.22 q.5 c.21      <sup>60</sup>D.46 c.1      <sup>61</sup>D.50 c.64      <sup>62</sup>D.81 c.2      <sup>63</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.21 v. sacerdotii sanctitas      <sup>64</sup>Bur. 11.58; PL 140.870      <sup>65</sup>C.14 q.6 c.4      <sup>66</sup>C.32 q.5 c.4

<sup>67</sup>Lc 23,34; cf. SL C.1 q.1 p.c.24 v. supplicauit

185 d.xcvi. Bene quidem<sup>68</sup>, d.l. De hiis<sup>69</sup>, C.xxviii. q.i. Quod<sup>70</sup>, C.xxvii. q.i. Si quis<sup>71</sup>. Vsque *ut bono peragantur exitu que mala sunt*, d.xviii. Regula<sup>72</sup>, d.lxi. Miramur<sup>73</sup>, C.e. q.e. Vulnerato<sup>74</sup>, C.xvi. q.iii. § Potest<sup>75</sup>, C.xvi. q.iii. Si sacerdotes<sup>76</sup>, C.i. q.ult. Exigunt<sup>77</sup>, C.e. q. e. Maximum<sup>78</sup>, d.xxvii. Quidam nubentes<sup>79</sup>.

190 26. *Cum Paulus* etc. usque *quod est Christus Jesus*, idest fides Christi que posita in fundamento neminem perire sinit. Vsque *nullius boni operis super edificium*. Hinc collige eum non posse ordines accipere, qui sacramentum baptismi non accepit, C.e. q.e. Si quis confugerit<sup>80</sup>, C.e. q.e. Si quis per ignorantiam<sup>81</sup>.

195 27. *Non est putanda elemosina*. Subaudi que sibi proposit ad uitam. Vsque *quod ex illicitis rebus adquiritur*. Et nota quod non est simpliciter concedendum quod hic dicitur ex rebus illicite acquisitis non posse elemosinas fieri. Ex quibusdam enim illicite acquisitis potest fieri elemosina, ut infra C.xiv. q.v. c.ult.<sup>82</sup> De simonia uero, furto, rapina et usuris elemosine fieri non possunt, ut hic et C.xiv. q.v. c. Scriptum<sup>83</sup>. Diuersitatis hec est ratio, quia per hos acquirendi modos non transfertur dominium et ita res alienae sunt. Vnde tamquam de alienis elemosinas facere non possunt, ut C.xiv. q.iv. Quid dicam<sup>84</sup> et q.v. c.ult.<sup>85</sup> Vsque *ut bene dispensem*, quantum ad eius opinionem ut in sequentibus exponetur, ubi dicitur ‘ut quasi bene dispensem’. In modo enim intelligitur opus ut ibi: Cain recte obtulit, sed non recte diuisit, non recte quia non ex caritate. Id enim solum dicitur recte fieri quod ex caritate fit. Sed talis ibi est sensus: recte obtulit, idest rectum et bonum fuit quod obtulit, quia creaturam, spicam scilicet, obtulit Creatori; sed non recte

183 quidem] arg. add. Lp xxviii] xxvii Lp A P Quod] arg. add. Lp] si add. A P xxvii] xxx A Lp P 184 mala] malo F sunt] inchoata principio add. Lp] ut arg. add. A xviii.] xvii. A 186 sacerdotes] contra A La Rc C.i] C. e. A La Rc 189 operis om. Ba] est add. A P 190 non] ubi A accipere] suscipere Ba A 191 accepit] accipit Lr] infra add. Ba] infra arg. add. A 194 ex om. A 195 non - fieri] potest fieri elemosina R fieri] facere Lp 197 furto] et add. A non possunt] nequeunt Ba A La Rc R P 198 ut] infra A 202 sequentibus] sequenti A exponetur] exponet A dispensem] quasi dicat in ueritate non (non om. A) bene dispensat add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La Rc P 203 enim] non add. La opus om. Lr Cain] enim add. Ba P obtulit] sed non recte diuisit add. Lp

<sup>68</sup>D.96 c.1      <sup>69</sup>D.50 c.34      <sup>70</sup>C.27.q1.c.5      <sup>71</sup>C.27 q.1 c.6      <sup>72</sup>D.17 c.2      <sup>73</sup>D.61 c.5  
<sup>74</sup>C.1 q.1 p.c.28      <sup>75</sup>C.16 q.3 p.c.7      <sup>76</sup>C.16 q.3 c.10      <sup>77</sup>C.1 q.7 c.18      <sup>78</sup>C.1 q.1 c.19  
<sup>79</sup>D.27 c.2      <sup>80</sup>C.1 q.1 c.52      <sup>81</sup>C.1 q.1 c.59; cf. SL C.1 q.1 c.26 v. *Cum Paulus usque Jesus Christus*      <sup>82</sup>C.14 q.5 c.15      <sup>83</sup>C.14 q.5 c.11      <sup>84</sup>C.14 q.4 c.11; cf. SL C.1 q.1 c.27 v. *Non est putanda elemosina, illicitis*      <sup>85</sup>C.14 q.5 c.15

diuisit, quia se ipsum Creatori subtraxit.

28. *Fertur.* Hic Gregorius scribit regibus Francorum, non quod eorum sit iudicare et dampnare simoniacos, sed auctoritate sua reprimere et retrahere.  
 210 Vel forte reges isti munera accipiebant in promotionibus episcoporum et per pecuniam ecclesias aliquibus dabant<sup>86</sup>. Vsque *prima*, idest ante omnes alias hereses dampnata est in suo ortu quantum ad Nouum Testamentum. Vsque *et dum uitia honor remunerat*, idest dum uitiose remunerantur. *In locum ultoris*, episcopi qui aliorum crimina debet ulcisci. *Vlciscendus*, idest propter  
 215 commissa crimina puniendus.

30. *Si fuerit iustus usque sed non contaminabitur donum Dei per illum.* Ex hoc c. et nouem sequentibus uolunt quidam colligere quod in sacrificiis et in sacramentis ecclesie nichil a bono magis, nichil a malo minus, perficitur sacerdote. Quidam etiam sunt qui asserunt post quantamcumque  
 220 dampnationem sacerdotes in heresim constitutos sacramenta conficere cum in ipsa heresi ordines ipsos retineant. Alii sunt qui contra asserunt, in quorum sententiam declinamus, dicentes hereticum per schisma uel heresim ab ecclesia separatum corpus Domini non conficere. Nam Augustino teste: 'si ueritatis luce dirigimur, non est corpus Christi quod schismaticus conficit'<sup>87</sup>. Cum enim sacramentum corporis Christi sacramentum sit unitatis, extra unitatem et ab unitatis impugnatoribus confici non potest. Hec ergo capitula et omnia que in hunc modum loquuntur uel de malis catholicis et omnibus sacramentis possunt intelligi uel de hereticis et de

209 et] uel A 210 promotionibus] promotione R 211 pecuniam] aliquam add. Lp  
 ] pecunias R ecclesias om. Lr Lp<sup>ac</sup> omnes om. Ba A La Rc R P 212 est om. Rc  
 R 213 uitiose] uitiosi Ba A La Rc R P 214 ultoris] ultiionis A ] idest add. Ba A La Rc  
 R P idest] est A 216 Dei] Christi quia F illum] illud uero R 218 in om. A  
 219 perficitur om. Lr Lp<sup>ac</sup> Quidam] Qui Ba A La Rc R P sunt qui om. Ba A La Rc R  
 P post om. R 220 heresim] heresi A sacramenta om. R conficere] efficere  
 R 221 retineant] Et uirtus consecrationis ex ordine solo non autem ex (ex om. Ba) ordinis executione (indicatione R) habetur; nam (rem Rc) secundum eos (secundum eos] sacerdos R) suspensus etiam (etiam om. A Rc R P) et non (non om. R) (et non] sicut A) exauktoratus conficit (est sacerdos R) add. Ba A La Rc R P Alii] autem add. R contra] econtra A  
 223 Domini] Christi A non om. A Augustino] Pelagio R teste] ait Ba A  
 224 si] teste add. Ba A luce] duce Ba A dirigimur] diriguntur Lr Ba 225 conficit]  
 ut xxiii. add. Ba<sup>pc</sup> A ] infra xxiii. q. i. S(iquidem) scisma (c.34) add. R corporis Christi  
 om. Rc

<sup>86</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.28 v. *Fertur*  
 PL 43.165. Cf. C.24 q.1 c.34

<sup>87</sup>Augustinus Hipponensis, *De baptismo contra Donatistas*,

230 sacramento necessitatis quod, dum in forma ecclesie conficiatur<sup>88</sup>, datur ab omnibus et ab heretico est accipendum mortis instantis periculo, ut infra C.xxiiii. q.i. c. antepenult.<sup>89</sup>

34. *Sacmenta*, necessitatis. *Que non mutastis*, idest non in alia forma datis quam in ecclesia dantur<sup>90</sup>. Vsque *sacrilegam faciamus iniuriam*. Sacrilega iniuria tunc dicitur sacramentis fieri cum ipsa sacramenta reiterantur.

235 37. *Nonne Sodomite usque talia erant*, eis uel tam digne ab eis ministrabantur quam digni erant ipsi. Vsque *que Dominus ipse suscepit*, ut circumcisionem et quando cum hostiis fuit in templo representatus.

38. *Multe autem operationes sunt*, idest multa sunt dona que Spiritus Sanctus operatur. *Quodam loco*, scilicet in epistola ad Corinthios<sup>91</sup>.

240 39. *Remissionem usque per columbe genitum*, idest ecclesie orationes que gemit in penitentibus suis uel per Spiritum in columba significatum, qui et gementes nos facit et peccata dimittit. Vel *per columbe genitum*, idest per baptismum Spiritus Sancti uirtute collatum<sup>92</sup>.

245 39. (p.c.) *Si ergo usque alia sunt dignitatis*, ut ordines sic dicta quia ad ea non nisi digne persone possunt accedere uel quia a dignioribus ecclesie conferuntur. Vsque *uel foris quidem nec ligari*. Hinc collige hereticum nec catholicum nec hereticum posse ligare. Nec catholicum quia quilibet catholicus quolibet heretico maior est et minor non potest maiorem ligare uel absoluere, ut supra d.xxi. Inferior<sup>93</sup>; hereticum non, quia cum uterque 250 sit extra ecclesiam, alter alterum ligare non potest, cum ibi nec ligari possit aliquis, nec absoluui, ut hic dicitur. Ligandi enim et soluendi potestas non nisi

229 dum] modo add. **Ba La Rc R P** conficiatur datur om. **P** 230 ut om. **A**  
 231 antepenult.] Qui uero contrariam (contra eam **A**) tenent sententiam sic omnia que (que om. **R**) pro nobis et contra eos (nos **R**) faciunt (facere **A**) exponunt (exponi **R**), hereticum (hereticus **A Rc R P**) non sibi confici (faci **R**, conficit **P**), subaudi (subaudi om. **A**) ad suam uidelicet (scilicet **R**, om. **A**) utilitatem add. **Ba A La Rc R P** 232 non om. **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
 236 *Dominus*] quoque add. **A P** 237 fuit] fuerat **Lp**] erat **Ba** 238 autem om. **R**  
 sunt om. **Ba A Rc R** 239 *Quodam*] *In praem.* **A La Rc R P** 244 *Si -* 246 conferuntur om. **R** ut ordines om. **Ba A** 245 a om. **Ba A** ecclesie] qui sunt in ecclesia **Lp<sup>pc</sup> Ba A La Rc P** 246 uel om. **Ba A La Rc R P** foris] fortis **A** 247 catholicum] hereticum **Lr** Nec] Nam **Lr**] Non **Lp P** Nec catholicum om. **R** 248 est] ut xxxii. q. vii.  
 Quid in omnibus (c.16) add. **Ba A R** minor] etiam add. **R** 249 absoluere] soluere **A** quia] qui **A** cum om. **Lr** 251 nec] uel **A Rc R** et] uel **Ba A**

<sup>88</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.30 v. *Si fuerit* (in fine)    <sup>89</sup>C.24 q.1 c.40    <sup>90</sup>Cf. SL C.1 q. 1 c.34 v. *Sacmenta que non mutastis*    <sup>91</sup>1 Cor 3,16    <sup>92</sup>Cf. SL C.1 q.1 c.39 v. *per columbe*    <sup>93</sup>D.21 c.4

in ecclesia potest haberi. Nec obuiat quod Augustinus uidetur dicere infra, C.xxiii. q.i. Quisquis<sup>94</sup>. Illud enim non fit propter momentum sententie sed in odium criminorum, scilicet ut non promoueantur ad ordines in ecclesia qui in heresi non timuerunt detestandis criminibus maculari, ut in subdito paragrapho<sup>95</sup> Magister bene determinat.

45. *Vilissimus usque precellat scientia et sanctitate*, idest nisi habeat precellentem, idest magnam scientiam et sanctitatem. Non tenetur prelatus ecclesie cunctos subditos in uirtutibus superare.
- 260 52. *Si quis configurerit usque inculpati*. Hic uite examinatio non fit ut talis examinatus baptizetur, cum propter uitia baptismum nemini denegetur in quo plena fit remissio peccatorum, sed ut post baptismum ordinetur examinatus, nec peccatorum fit remissio sed examinatio que post baptismum non impedit promouendum<sup>96</sup>, ut supra d.l. Si quis uiduam<sup>97</sup>, d.xxvi. 265 Acutius<sup>98</sup>, sed propter persone irregularitatem que post baptismum obstaculum generat promouendo. Isti enim ordinati non fuerunt uel quia baptismum non acceperunt, quo non habito ordines non conferuntur uel quia ab hiis ordinati fuerunt qui ultimam manus impositionem in heresi acceperunt. Vsque *deponi eos*, non ab ordine quem acceperant sed quem apud hereticos accipere uidebantur.
- 270 53. *Paulianiste usque nominibus tremendis*. Tremenda dicuntur Trinitatis nomina quia cum timore et tremore sunt inuocanda uel quia in inuocatione

---

255 qui] se add. Lp in heresi om. Lp<sup>ac</sup> ut - 256 paragrapho om. R subdito] subiecto A Rc 256 determinat om. P ] *Si ergo usque alia sunt dignitatis, ut ordines sic dicta*, quia ad ea nonnisi digne persone possunt accedere uel quia dignioribus qui sunt in ecclesia conferuntur add. R 257 *et sanctitate*] etc. R 258 Non] enim add. Lp Ba A La Rc R P 262 peccatorum] hoc add. La ] hic add. Rc P 263 fit] hic add. A remissio sed om. La Rc P examinatio add. Lp que] autem Lr Lp 264 impedit] impediunt Ba A La Rc P 264–265 d.xxvi. Acutius om. Lp<sup>pc</sup> Ba A La Rc P 265 propter om. R irregularitatem] utilitatem (?) R baptismum] etiam add. Lp Ba A La Rc R P 266 promouendo] ut supra di. xxvi., Acutius (c.2), Deinde (c.3), (et add. Ba) di. xxxiiii., Si quis uiduam (D.50 c.8). *Rursus etiam ab episcopo catholice ecclesie ordinentur (ordinetur A) add. Lp<sup>pc</sup> Ba<sup>pc</sup> A La Rc P fuerunt om. Lr quia] per add. Lr 267 acceperunt] acceperant A 268 fuerunt] fuerant A ultimam] ultimo Lr impositionem] non add. R heresi] ecclesia R 269 eos] ab ordine add. Lr quem acceperant] ne quem non habentur Ba acceperant] habuerant A La Rc P quem om. Ba 270 accipere] accepisse Lp ] habere Ba A La Rc R P 271 usque] non in add. Lr Lp*

---

<sup>94</sup>C.24 q.1 c.38    <sup>95</sup>C.24 q.1 c.38    <sup>96</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 484    <sup>97</sup>D.50 c.8    <sup>98</sup>D.26 c.2

ipsorum nominum demones tremunt et contremiscunt<sup>99</sup>.

53 (p.c.). Vsque *quam nullus sine fide consequi potest*. Adultus subaudias  
 275 et discretus. Paruuli etiam, ut quidam asserunt, fidem habent, non in actu  
 sed in habitu. Vsque *non poterat facere signum*. Non tamen in hoc fuit Dei  
 coarctata potentia, sed dicitur non posse quia eius non conueniebat potentie  
 ut coram infidelibus signa sue potentie faceret qui eum non credebant esse  
 potentem. Simile est quod dicit Ieronimus, infra C.xxxii. q.v. Si Paulus<sup>100</sup>:  
 280 'uirginem post ruinam suscitare non potest'<sup>101</sup>. Quod non ita debet intelligi  
 quod non possit integratatem corporis corrupte restituere, sed quia dicitur  
 hoc non Dominus posse facere, quia iustitie eius non congruit ut sponte  
 corrupte coronam uirginum tribuat.

54. *Detrahe uerbum*. Sic aptatur capitulum questioni. Cum enim fuerit  
 285 superius dictum quod non poterat Dominus in patria sua mirabilia facere,  
 hic dicit quod peccata in baptismo non dimittuntur nisi credantur dimitti<sup>102</sup>.  
 Ergo: 'retrahe uerbum'. Verbum hic uocatur inuocatio Trinitatis et est  
 sensus: noli nomen Trinitatis inuocare super fontem. Vsque *accedit uerbum  
 ad elementum*, idest inuocatur nomen Trinitatis super aquam<sup>103</sup>. Vsque *nisi  
 290 faciente uerbo*, idest nisi uirtute uerborum. Vel *ipso uerbo*, idest Filio Dei  
 faciente uel operante qui uim regeneratiuam contulit aquis, ut infra de con.  
 d.iii. Si quis autem<sup>104</sup>. Vsque *sed quia creditur*. Si hoc uerum est generaliter,  
 ergo paruulis non dimittuntur peccata in baptismate cum peccatorum  
 remissionem in baptismo fieri propter etatis infirmitatem non credant. De  
 295 adultis autem sine questione potest intelligi. Paruuli autem non in sua  
 sed in fide parentum baptizantur et patrinorum, ut infra de con. d.iii.

274 Vsque ] *Alii praem. R*      Adultus - 275 discretus ] Subaudi se dictus **R**      275 et *om.*  
**Ba La Rc**      quidam asserunt fidem ] fidem quidem **Lr Lp<sup>ac</sup>**      asserunt ] dicunt asserendo  
**Ba A**      276 in hoc *om. Rc*      fuit ] seruat **A**      278 ut *om. Lp*      281 possit ] ita  
*praem. La*      282 Dominus *om. Rc*      facere *om. Rc*      284 *Detrahe* **Lr A La**  
**Rc**      285 mirabilia ] miracula **Lp Ba A La Rc R P**      287 Ergo ] dicit *praem. Ba A La Rc R P*  
 uocatur ] dicitur **P**      288 fontem ] frontem **Lr** ] etc. add. **A**      *uerbum* ] *ad elementum* idest  
*om. Ba A*      289 aquam ] et fit sacramentum, uel ipsa aqua uel immersio ibi facta add. **Ba A**  
 291 faciente uel *om. Ba A La Rc R P*      uel operante *om. Lp*      292 Vsque *om. Ba A R*  
*creditur* ] *cum dicitur P*      294 etatis *om. A*      credant ] credatur **La**

<sup>99</sup>Jc 2,20; cf. Augustinus Hipponensis, *Epistolae 1*, PL 33.533; cf. SL C.1 q.1.c.1 v. *nominibus*  
*tremendis*

<sup>100</sup>C.32 q.5 c.11      <sup>101</sup>(Auctor incertus) Hieronymus Stridonensis, *Index  
 generalis*, PL 30.1089; cf. Ps 106,6.      <sup>102</sup>Cf. SL C.1q.1 c.1 v. *Detrahe*      <sup>103</sup>Augustinus  
 Hipponensis, *In Joannis evangelium tractatus*, PL 35.1840.      <sup>104</sup>De cons. D.4 c.14

Paruuli<sup>105</sup>, Cum pro paruulis<sup>106</sup>. Si autem hoc patrini non credant, in cuius fide baptizantur paruuli, solet queri. Et dicimus eos tunc in fide ecclesie baptizari uel in uirtute sacramenti si nullus hoc crederet, ut de con. d.iii.

300 Queris<sup>107</sup> et C.i. q.i. Sicut urgeri uideor<sup>108</sup>.

56. *Teneamus usque et non faciebat miracula.* Hinc collige non preiudicare alicui in sua causa religionem alterius. Non enim credendus est aliquis alio melior quia signa et miracula facit, cum et hec malis sint communia, ut infra C.iii. q.viii. c. ult.<sup>109</sup>, d.viii. c. Noli<sup>110</sup>, d.viii. Ego<sup>111</sup>, d.l. Si quis prepostera<sup>112</sup>, C.iii. q.iii. c.ii.<sup>113</sup> Vsque sed inde gaudebant quia nomina eorum scripta erant in celo. In celo aliquem scribi est secundum Dei prescientiam aliquem ad uitam predestinatum esse. Sed in libro uite duobus modis sunt homines scripti et duobus modis dicuntur inde deleri: secundum prescientiam sicut nomina discipulorum qui retro abierunt erant scripta in libro uite propter iustitiam cui deseruiebant, non secundum prescientiam quam in numero saluandorum eos non habebantur. Et de talibus per prophetam dicitur: 'deleantur de libro uiuentium'<sup>114</sup>. Qui autem secundum prescientiam ibi est scriptus non continget eum inde deleri. Vnde ueritas: 'non perdam quemquam ex omni dato'<sup>115</sup>. Et alibi: 'non peribit unus de pusillis, pro quibus Christus mortuus est'<sup>116</sup>. Pusillos predestinatos appellat, ut infra de pen. d.iii. § Eorum uero<sup>117</sup>.

57. (p.c.) *Nemo usque baptismum accepit, in necessitate uel ignoranter, ut infra C.xxiiii. q.i. c. antepenult.*<sup>118</sup>

---

297 autem *om.* **Lp<sup>ac</sup>**      *hoc om.* **Lp<sup>ac</sup> Ba A**      298 baptizantur ] baptizentur **A**      Et *om.* **R**      in fide *om.* **R**      299 *ut* ] *infra add.* **A**      300 *urgeri* ] *ut queri Rc*      *uideor* ] *Vel non quia dicitur tantum sed etiam quia creditur.* Adultus uero et furiosus et fice accedens si remissionem peccatorum accipient in baptismo queri solet et potes ita credere *add.* **Ba<sup>pc</sup>**

301 *et non* ] *tantum Ba A*      *preiudicare* ] *posse iudicare Rc*      302 *enim* ] *ideo add.* **Ba A** **La Rc R P**      303 *cum om.* **La**      304 *infra* ] *arg. A*      *c. ult.* ] *Necesse R*      *Noli* ] *Nolim Lp*      305 *ii.* ] *et i. add.* **Ba A**      308 *modis om.* **Ba**      *inde om.* **Rc R**      310 *prescientiam* ] *uel presententiam add.* **Ba**      311 *in -* 312 *libro om.* **A**      *eos om.* **Ba A R**      *habebantur* ] *habebat A La Rc P*      *per -* 312 *dicitur* ] *propheta dicit R*      312 *uiuentium* ] *et cum iustis non add.* **Lr** ] *etc. add.* **Lp** ] *uite Rc*      313 *continget* ] *cogitet Lr Lp<sup>ac</sup>*      *inde om.* **R**      314 *omni om.* **R**      *dato* ] *datis R*      315 *pusillis* ] *istis add.* **Ba**      316 *ut om.* **A**      *uero om.* **Lr**

---

<sup>105</sup>De cons. D.4 c.74      <sup>106</sup>De cons. D.4 c.77      <sup>107</sup>De cons. D.4 c.129      <sup>108</sup>C.1 q.1 c.47  
<sup>109</sup>C.3 q.9 c.21      <sup>110</sup>D.9 c.3      <sup>111</sup>D.9 c.5      <sup>112</sup>D.50 c.27; cf. SL C.1 q.1 c.56 v. *non faciebat miracula*      <sup>113</sup>C.4 q.4 c.2      <sup>114</sup>Ps 68,29      <sup>115</sup>Io 6,39; cf. Io 18,9      <sup>116</sup>Mt 18,14      <sup>117</sup>De poen. D.4 p.c.7      <sup>118</sup>C.24 q.1 c.40

58. (p.c.) *Ecce quando usque iterari baptismum non debere.* Et nota quod hic  
 320 soluitur questio in qua non fuit ausus Augustinus<sup>119</sup> precipitare sententiam  
 in qua erat quesitum an sit baptismus qui mimice et ludicre confertur. Quod  
 utique ita est dummodo qui baptizat baptizare intendat, ut infra de con.  
 d.iiii. Solet queri.<sup>120</sup>

59. *Si quis per ignorantiam usque ulterius non ordinetur.* Hic uidetur innui  
 325 quod non baptizato ordines possint conferri, quod est contra illud, Si  
 quis confugerit<sup>121</sup>, Cum Paulus<sup>122</sup>, supra ea q. Sed quidam distinguunt  
 an promotionis tempore crederet se esse baptizatum uel ignoraret. In casu  
 primo accepit ordines, in secundo non, ad similitudinem illius qui saltu  
 330 accessit ad sacerdotium, ut supra d.lii. c.i.<sup>123</sup> Tamen quicquid uerisimiliter  
 dicatur, non eum credimus ordinatum qui baptismum non accepit, sed  
 iterum debet ordinari, ut Bur. lib. iii.<sup>124</sup> Si quis presbiter ordinatus  
 deprehendit se non esse baptizatum, iterum baptizetur et ordinetur<sup>125</sup>. Et  
 hec est correcta littera.

68. *In ecclesia* etc. Et est sensus, apud ecclesiam Dei; aliter non dicuntur  
 335 *sacerdotia rata*, quo ad executionem, nec *sacerdotia uera*, quo ad efficaciam,  
 nisi qui conficiunt sint in ecclesia habentes fidem mediatoris<sup>126</sup>.

72. *Superueniente usque perfidiam dignis increpationibus repulit.* Hic autem  
 queritur an esset corpus Domini quod Arrianus offerebat Erungildo an  
 non. Si erat, ergo in nullo ministro debuit contempni. Solutio: non fuit  
 340 corpus Christi quia si ueritatis luce dirigimur, non est corpus Christi quod

319 quod] hinc potest colligi quod si in scripto uel decreto uel contractibus aliquid  
 pretermissum est non debet totum irritari sed pretermissum suppleri per hoc quod dicit sed  
 adimpleri add. Ba<sup>pc</sup> (fol.22rb, margine inferiore b) 321 erat] fuit A mimice] et  
 ioculatorie add. Ba 322 ut om. A 323 queri] Aliis (uero add. A) placet semper dari  
 sententia ante suum iudicem non fuerit dicta. Forte sine preiudicio potest  
 dici quod non erat necessarium omnia ista hic inuestigare. Sed Gregorius  
 uoluit plenissime ordinem iudiciarum hic assignare. *Si uero de crimine*  
*maiestatis*. Ex hoc colligitur quod non indistincte etiam in crimine lese  
 90 maiestatis accusatores infames debeant admitti. Distinguitur enim cuius  
 fame antea fuerit qui super tali crimine accusatur.

9. *Legum* usque *in causis gestorum*, idest in causis gestis; uel sic in causis  
 semper scripturam gestorum requirit. Vnde ex hoc potest colligi quod tam  
 uoces testium quam accusatorum sunt inscribende.

66 illud] istud **Ba A La Rc R P** 68 fuit] fuerit **A** 70 culpa] pena **Ba** 71 etiam *om.*  
**Ba** 72 loco *om.* **Ba** quis] aliquid **A** 73 contraxit] traxit **Lr Lp** 76 Authentico]  
 Autenticis **A La R P** § Hinc autem *om.* **Lr Lp Ba La R P** 77 *Comisciolius* - 78 simus *om.*  
**Rc** 78 simus] Cum autem add. **Lr**] Hinc autem add. **Lp La** 83 tamen] non **Lr Lp A La**  
**Rc** 84 fuerit<sup>1</sup>] fuit **A** 86 non erat *om.* **Rc** ista *om.* **A**] hec **Rc** 91 *Legum*] *Regum*  
**A** 92 semper - requirit] gestorum inquirit **Lp**, super scripturam add. **Lp<sup>Pc</sup>** scripturam]  
 per *praem.* **R** requirit] inquirit **R**

<sup>25</sup>C.1 q.1 c.16      <sup>26</sup>Auth. Nov. 5 (Coll. I, tit. 5, De monachis c. II)      <sup>27</sup>1 Comp. 2.10.2 (=X 2.14.2); 4.14.2 (=X 4.14.1), JL 14069      <sup>28</sup>1 Comp. 1.21.7 (=X 1.29.6), JL 14156

- 11 Nemo episcopus usque ut quod iniuste fecit iuste patiatur. Ex hoc potest  
 95 colligi quod nemo debet aspernari ius sibi dici quod aliis dixerit. Vti enim  
 quis debet eo iure quod aduersus alios statuit, iuxta illud: 'patere legem  
 quam ipse tuleris'. Simile C.vi. q.ii. Placuit<sup>29</sup> et C.xxiiii. q.iii. De illicita<sup>30</sup>.
12. Nomen usque ut pendente relatione, idest nondum recepto responso a  
 maiore, ut C.iii. q.vi. Multum<sup>31</sup> et C.iii. q.vi. Appellationes<sup>32</sup>.
- 100 18. Multi corriguntur usque quamuis hec prohibitio, qua scilicet aliquos ab  
 ecclesie introitu prohibemus. Nondum sit mortalis, idest non ea intentione  
 fit ut sit eis causa mortis sed medicine ut spiritus saluus fiat in die iuditii,  
 ut infra C.xxiiii. q.iii. Corripiantur<sup>33</sup>. Vsque siue seculari. Ex hoc uidetur  
 posse colligi sufficere ad depositionem clerici eum in seculari iudicio fuisse  
 105 conuictum de crimine, infra C.xxiiii. q.i. Quisquis<sup>34</sup>, Subdiaconus<sup>35</sup>, quod  
 forte non prouenit. Nam si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint uel  
 confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo episcopo aliqua sententia  
 condempnandi, ut in Extra. Licet preter solitum<sup>36</sup>. Seculare enim iudicium  
 dicitur hic quod coram ecclesiastico iudice de rebus secularibus est habitum.
- 110 19. Si peccauerit usque tu scis. Non dicitur tu solus scis. Tunc enim iuxta  
 euangelicam admonitionem deberes primo eum inter te et illum corrigere<sup>37</sup>.  
 Si uero te audire contempneret non esset quod tibi de cetero posset  
 imputari. Si uero eum tunc accusares, cum testibus probare non posses,  
 115 non esses correptor sed proditor criminis. Intelligamus ergo sic preceptum  
 euangelicum: ecce quis commisit crimen, me et duobus aliis scientibus,  
 quod tamen adhuc occultum dicitur. Tunc inter me et ipsum solum eum  
 debedo admonere ut resipiscat. Si me audire noluerit tunc adhibeo michi

97 quam ] tu add. Ba tuleris ] tu. Lr<sup>pc</sup> 98 ut om. A 99 maiore ] iudice Ba  
 100 Multi ] Clerici Lr 101 Nondum om. Lr ] Non Lp<sup>pc</sup> A P 102 fit] fiat A iuditii ]  
 Domini Ba A La Rc R P 103 siue ] seu A 104 colligi om. Lr 105 i.] ii. R Quisquis  
 om. Ba 106 Nam - 108 solitum om. Rc 107 confessi ] fuerint add. A 108 ut - solitum  
 om. La 109 habitum ] Vsque qui foris sunt iudicare, scilicet iudicio excommunicationis quo  
 illi qui extra ecclesiam sunt iudicari non ualent. Aliis uero penis corporalibus per ecclesiam  
 Iudei et pagani puniri possunt, ut infra C.xvii. q.iiii. Constituit (c.31) et C.xxviii. q.i. Sepe  
 (c.12) add. Ba 110 dicitur ] dicit A 111 illum ] ipsum Ba A La Rc R P 112 non ] ut  
 R de cetero om. Rc 113 imputari - posses om. Rc 114 esse ] esse Rc criminis  
 om. Rc 116 Tunc ] Et cum Rc eum om. Lr A 117 tunc - 119 uoluerit om. Lp<sup>ac</sup>  
 (omoio.)

<sup>29</sup>C.6 q.2 c.3    <sup>30</sup>C.24 q.3 c.6    <sup>31</sup>C.3 q.6 c.8    <sup>32</sup>C.3 q.6 c.2    <sup>33</sup>C.24 q.3 c.17    <sup>34</sup>C.24  
 q.1 q.38    <sup>35</sup>C.24 q.2 c.39    <sup>36</sup>1 Comp. 4.4.3 (=X 4.4.3), JL 14091    <sup>37</sup>Cf. Mt. 18,15

duos illos quibus scientibus ipse peccauit et sic coram eis iterum arguam.  
 120 Si nec me nec illos audire uoluerit tunc dicam ecclesie et illum accusabo  
 hiis duobus testibus contra ipsum introductis. Hoc autem non solum prelati  
 sed alii facere compelluntur. Exponitur istud et aliter sed stultum est super  
 quorumlibet sententiam esse sollicitum.

20. *Deus omnipotens usque manifeste.* Hinc uidetur posse colligi secundum  
 allegata esse iudicandum, ut arg. C.iii. q.vii. Iudicet ille<sup>38</sup>, C.xi. q.iii.  
 125 Quamuis uera<sup>39</sup>, C.xi. q.iii. Eorum qui<sup>40</sup>, C.e. q.e. Multi<sup>41</sup>, C.xv. q.v. c. ult.<sup>42</sup>,  
 C.vi. q.ii. Si tantum<sup>43</sup>, Placuit<sup>44</sup>; C.xi. q.iii. Tunc uera<sup>45</sup>, C.ii. q.i. In primis<sup>46</sup>,  
 C.xi. q.iii. In cunctis<sup>47</sup>, C.xvi. q.iii. Placuit<sup>48</sup>, d.viii. Qui contempta<sup>49</sup>. Vsque  
 130 qui uenit. Hinc<sup>50</sup> collige etiam propter famam publicam non debere aliquem  
 sine testibus condemnari. Contra, infra C.e. q.v. Presbiter<sup>51</sup>. Sodomitarum  
 enim crimen usque ad celum ideo ascenderat et omnium hominum sonabat  
 in ore quos tamen Dominus punire noluit antequam descendenter et uideret.  
 Vsque descendam, per angelos meos quos ad inquirendum mittam. Ipse  
 namque nequit descendere cum descendere sit superiorem locum deserere  
 et inferiorem occupare, quod ei non conuenit qui est ubique iuxta illud  
 135 propheticum: 'si ascendero'<sup>52</sup> etc. Vsque uidebo, idest uideri facio uel more  
 humano in hiis omnibus loquitur.

21. *Scelus* etc. usque *totus orbis*. Hinc<sup>53</sup> uidetur posse colligi propter famam  
 publicam sine testibus aliquem posse condemnari cum archiepiscopi isti  
 sine testibus uideantur esse depositi quia fama publica laborabant. Simile

---

118 illos ] testes alias **Ba** ] alias **R** ipse ] iste **P** sic *om.* **Lr** eis ] his **A** 119 *Si*]  
 uero *add.* **Ba A La Rc P** illum ] ipsum **Ba A La Rc R P** 121 alii ] etiam aliis **A** istud  
 et ] et illud **Lr** ] et istud *tr.* **Lp** est *om.* **A** 123 uidetur *om.* **Ba A** posse colligi ]  
 collige **Ba** 124 ille *om.* **P** 126 vi. ] xvi. **Lr** q.ii. ] q.iii. **Lr** Si *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
 tantum *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** Placuit; ] contra *add.* **Ba A Rc P** 127 Qui *om.* **Lp** 129 v. *om.* **A**  
 Presbiter] *om.* **Lr** ] c. ult. **Lp A Rc R P** 130 crimen] iam *add.* **A La Rc R** ideo *om.* **Ba A**  
**R P** ascenderat] ascenderint **Rc** 132 meos *om.* **A** inquirendum] querendum **Ba**  
 133 namque] autem **Ba A La Rc R P** 134 ei] sibi **A** 134–135 illud propheticum] hoc  
**Lp<sup>pc</sup>** 135 etc.] in celum **Lp Ba A La Rc P**] tu ibi (illic **A La Rc R**) es (in celum - etc. *add.*  
**R**) et (et *om.* **A Rc**) si descendam (descendero **La Rc P**) in (ad **A**) infernum ades *add.* **Ba A La**  
**Rc P** Vsque] et *add.* **A** facio] faciam **Ba A La Rc R P** 136 omnibus] duobus **Lp**  
 138 aliquem *om.* **Rc** condempnari] dampnari **A La Rc** 139 esse *om.* **A**

---

<sup>38</sup>C.3 q.7 c.4    <sup>39</sup>C.11 q.3 c.75    <sup>40</sup>C.11 q.3 c.76    <sup>41</sup>C.2 q.1 c.18    <sup>42</sup>C.15 q.5 c.2    <sup>43</sup>C.6  
 q.2 c.2    <sup>44</sup>C.6 q.2 c.3    <sup>45</sup>C.11 q.3 c.62    <sup>46</sup>C.2 q.1 c.7    <sup>47</sup>C.11 q.3 c.52    <sup>48</sup>C.16 q.3 c.8  
<sup>49</sup>D.8 c.6    <sup>50</sup>cf. GS 99, 383    <sup>51</sup>C.2 q.5 c.13    <sup>52</sup>Ps 131,3; 138,8    <sup>53</sup>cf. GS 100, 383-84

140 infra C.xxxv. q.vi. Si duo<sup>54</sup>; contra supra e. q. Deus omnipotens<sup>55</sup>. Solutio:  
uerum est et tenendum quod ibi dicitur. Isti autem archiepiscopi non propter  
famam publicam fuerunt depositi sed quia sponte fuerant in iure crimen  
confessi, ut infra C.xi. q.iii. Teugaldum<sup>56</sup>. Vsque *sacerdotali*. Hic reprobatur  
eorum opinio qui dicunt quod isti fuerant depositi ab episcopali dignitate et  
145 non ab ordine sacerdotali, ut C.xi. q.iii. Teugaldum<sup>57</sup>.

## &lt;Q. II&gt;

§ *Quod autem.*

5. *Nullus potest usque quia non habet priuilegium.* Hinc potest colligi  
clericum expoliatum etiam post litis contestationem posse restitutionem  
5 petere. Nam hoc est tale priuilegium quod non possunt clerici amittere. Vnde  
sic lege litteram: quia habent priuilegium quo non possunt exui iam nudati.

## &lt;Q. III&gt;

§ *Qua autem.*

2. *Calumpniator usque talionem.* Hoc de personis equali honore et

143 ut *om.* **A** Vsque - 145 Teugaldum *om.* **La** (*omoio.*) *sacerdotibus*  
**Rc** 144 quod-depositi] istos esse fuisse depositos **Lp** fuerunt] fuerunt A  
145 ut] infra add. **A** Teugaldum] arg. expoliatus quia iste non restituitur ante cause  
cognitionem quia constabat ei crimen probatum esse, licet diceret quod non legitime quod  
dicit propter inquirendum eo non restituto vel de dilapidatione accusatus fuerat ubi non  
est restituendum ante cause cognitionem ut C. iii. q. ii. Quia (c.9) add. **P** (*glossa fol. 69va,*  
*in margine a*) Vsque *criminalis*. Cum soli Romano pontifici liceat episcopum depонere, eo  
ipso iste episcopus restitui debuit, tamquam sine ordine spoliatus, quod non ab apostolico  
est degradatus. Solutio: tunc temporis licebat primatibus episcopos depонere ut supra ii.  
c. Vel forte. Vel factum propter scandalum papa toleratuit ut C. iii. q. vi. Hec quippe (c.10);  
simile C. xvi. q. vi. Si episcopum (c.2) add. **P** (*glossa fol. 69va, in margine superiore a*)

## &lt;Q. II&gt;

2 *Quod*] *Idem* **A** 3 *quia non*] *qui* **Lr** **Lp** 4 *expoliatum*]  
iam nudatum **Ba** 5 Vnde *om.* **La**

## &lt;Q. III&gt;

2 *Qua autem. om.* **R** *autem*] *pena add.* **P**

<sup>54</sup>C.35 q.6 c.4

<sup>55</sup>C.2 q.1 c.20

<sup>56</sup>C.11 q.3 c.10

<sup>57</sup>C.11 q.3 c.10

dignitate decoratis oportet intelligi quod possunt talionem recipere quia fiet  
 5 recompensatio in pena, ut infra C.v. q.vi. Quia iuxta<sup>58</sup>.

6. *Paulum usque tamen hanc culpam ei ignoscimus.* Non hoc ideo dicitur quia  
 huius exemplo impune liceat cuique non impetrata abolitione ab accusatione  
 desistere. Huic enim Paulo specialiter a summo pontifice fuit indultum unde  
 10 non potest ad consequentiam trahi. Personalia enim beneficia personam non  
 transgrediuntur, ut in Inst. lib. i. tit. de iure naturali, § Plane<sup>59</sup>, supra d.xxiii.  
 In nomine Domini<sup>60</sup>.

7. (p.c.) *Hinc autem colligitur usque que infra tempus luctus nubit.* Hec autem  
 secundum leges infamis dicitur<sup>61</sup> et prohibetur eo tempore nubere propter  
 confusionem sanguinis, quia nesciretur cui potius partus deberet ascribi.  
 15 Alia quoque ratio in Authenticis redditur, Coll. iiiii., tit. de restitutionibus<sup>62</sup>.  
 Ibi enim dicitur quod aliqua maligne suspicionis causa fuit eo quod uelociter  
 ad secundum uirum festinauerit. Hodie tamen auctoritate Alexandri iii. hec  
 potest infra tempus luctus sine infamia nubere, c. In litteris<sup>63</sup>.

### <Q. V> (Q. IIII)

#### § Deficientibus.

4. *Si quis presbiter usque sine personarum acceptione.* Subaudi quo ad  
 diffinitiuam sententiam proferendam, ut infra C.xi. q.iii. Summopere<sup>64</sup>.  
 5 *Vsque per sanctam consecrationem.* Credimus istud capitulum quantum ad  
 hunc articulum esse euacuatum. Referendum est enim quod hic dicitur ad  
 antiqua tempora quando tante erant perfectionis sacerdotes et clerici quod  
 credendum erat simplici eorum assertioni.

4 intelligi] uel (et A) de inequalibus potest intelligi add. **Ba A R P**      quod] non add. **Lp**  
 5 pena] penis **Ba**      6 dicitur *om. Lp*      9 non potest *om. P*      beneficia] non transferuntur  
 uel add. **Ba**      10 in] infra **A**      iure] lege **A**      11 Domini] vii. q.i. Petisti (c.17), xvi. q. i. (Hinc  
 est *om. R*) (c.39) add. **Ba R**      12 Hec] Hoc **Rc**      autem] que **Ba R P**] quidem **A Rc om. La**  
 14 deberet] deberetur **A**      17 Hodie - 18 litteris *om. Rc*      18 In] Decretalis est *praem. Ba*  
 <Q. V> (Q. IIII)  
 5 *per sanctam*] *perfectam Lp*      istud] illud **A**      8 erat *om. P*

<sup>58</sup>C.5 q.6 c.3      <sup>59</sup>Inst. 1.2.6      <sup>60</sup>D.23 c.1      <sup>61</sup>Cod. 10.59      <sup>62</sup>Auth. Nov. 39 (Auth. 41  
 Coll. IV tit. 6)      <sup>63</sup>1 Comp. 4.22.2 (=X 4.21.4), JL 14219      <sup>64</sup>C.11 q.3 c.70

6. *Antiqui hostis usque ex abundantia*, quo ad nos qui diligenter sciebamus  
 10 eum esse innocentem uel ultra hoc quod deberet uel quia ex confictione  
 inimicorum fuerat infamatus. Vel 'ex abundantia', idest ita ut abundantius  
 eius innocentia appareat uel aliter quoniam inspecto iuris rigore superfluum  
 est purgationem exigere a reo, actore non probante. Vsque *ne aliqua cordibus*  
 15 *remaneat dubietas*. Ex hoc colligitur quod postquam quis se purgauit debet  
 denuntiari bone fame esse et opinionis integre nec aliqua debet esse de  
 eius uita dubietas, ut infra C.xv. q.v. c.i.<sup>65</sup> Vsque *in eius persona*. Ex hoc  
 colligitur quandoque aliquem in persona alterius honorari. Simile supra  
 d.xcvii. Nobilissimus<sup>66</sup>, C.i. q.i. Filium<sup>67</sup>.

7. *Mennam*. Queritur si iste se purgauerit coram apostolico, quare  
 20 tenebatur coram regina iterum se purgare cum bis eidem non sit purgatio  
 indicenda. Sed forte propter bonum pacis et uitandum scandalum factum  
 est ut iste qui coram apostolico purgatus fuerat coram regina iterum  
 purgaretur. Vnde cum in hac parte honoratur cum bis fuit coactus se  
 25 purgare, ex alia tamen parte releuatur qui in numero illorum cum quibus  
 tenebatur se purgare detrahitur; uel ideo cum duobus se purgauit et non  
 cum pluribus quia hodie in arbitrio et uoluntate iudicis consistit quota manu  
 se debeat infamatus purgare, ut infra e. q. Omnibus<sup>68</sup>. Vsque *si accusator*  
*cessauerit*, non ille qui in probatione defecit, cum ipse de eodem crimine  
 tamquam calumpniator accusare non possit, sed aliis qui de nouo accusauit.

30 8. *Quanto usque de inobedientia sua*, quia suspensus scilicet celebrare diuina  
 presumpserit in quo filius inobedientie denotatur ut d.lxiii. Salonitane<sup>69</sup>.

9. *Que de causa usque tantummodo requisitus*. Hinc colliguntur duo, scilicet  
 quod qui grauioribus impetratur criminibus sacramento se debet purgare et  
 qui leuioribus nuda responsione.

9 quo - 11 abundanti om. Rc (omoio.) sciebamus om. La 10 deberet] debent Ba  
 11 ita om. Rc ] prima R 12 eius] ex Lr ] eorum A Rc ] inspecta R ] eos P appareat]  
 appareat Ba ] appareret A La Rc P om. R 18 C.i.] praem. A 19 Mennam] usque  
 purgationem tamen add. Ba A La Rc R P purgauerit] purgauit Rc 20 se om. Ba  
 eidem] eadem La 23 cum] quia Ba A Rc R P honoratur] honeratur R P 24 parte  
 om. Lr 27 Omnibus] uel ante coram papa se purgauit cum /// et post coram regi cum  
 duobus, ut infra q. unica Sit purgatio, add. Lp<sup>pc</sup> (fol.23va in margine a) si] sed in /// coram  
 papa ut sit /// temporis non /// Lp<sup>pc</sup> (fol.23va in margine a) 29 nouo] eum add. A La Rc  
 P 30 usque] et add. A diuina] officia add. Ba 31 presumpserit] presumpsit A  
 32 scilicet om. La Rc 33 grauioribus] grauibus A Rc

<sup>65</sup>C.15 q.5 c.1

<sup>66</sup>D.97 c.3

<sup>67</sup>C.1 q.1 c.122

<sup>68</sup>C.2 q.5 c.19

<sup>69</sup>D.63 c.24

- 35 10. *Mandatis usque nostra auctoritate.* Si ergo alicubi inuenias imperatores  
sinodus congregasse, cum licentia et auctoritate summi pontificis factum  
fuisse intelligas, qui nec etiam interesse sinodo possunt uel debent nisi  
inuitati, ut supra d.xcvi. Vbinam<sup>70</sup>. Vsque *formam dans*. Hinc potes colligere  
apostolicum successorem suum posse ligare sua sententia. Videtur enim  
40 innuere se uolentem formam talem aliis posse prescribere, infra C.xii. q.ii.  
Non liceat<sup>71</sup>.
11. *Super causas usque sine omni controuersia.* Speciale fuit in isto quod  
infamatus se non purgauit uel de iure se purgare non debuit cum infamia  
ex confictione maledicorum hominum esset exorta, ut infra C.xi. q.iii. In  
45 cunctis<sup>72</sup>. Vel sicut quibusdam placet iste suam purgauit innocentiam etsi  
non exprimatur. Intelligitur enim eum sic fecisse prout fieri debet et solet.  
Vnde et hic dicitur 'dictante iustitia' cum iustitia dictet infamatum se debere  
purgare, ut infra e. q. c.ii.<sup>73</sup> et C.xv. q.v. c.i.<sup>74</sup> *Si legitimi*, idest legitime  
examinati.
- 50 13. *Presbiter si a plebe usque et episcopus approbare non poterit.* Hinc collige  
aliquem in eodem negotio posse esse accusatorem et iudicem. Hic enim  
dicitur quod, si episcopus, non potest probare quod est accusatoris. Vnde  
sic exponitur ut oppositio cessen: 'probare non poterit', idest uiderit sibi non  
posse probari.
- 55 16. *Si mala usque denominatis sibi*, non ab episcopo sed a canone. Vel  
denominatio non ad nomina sed ad numerum potius sociorum debet referri  
ut scilicet in causa sacerdotis septem, in causa diaconi sint tres.
19. *Omnibus usque consultu*, idest per eius scripta. Sic enim mortui  
consuluntur, infra C.xxiiii. q.ii. Si forte<sup>75</sup>. Vsque *et hoc canonice diiudicetur*,  
60 scilicet ut talionem recipiat si hoc ex calumpnia fecerit. Vsque *aut incredibilis*  
*suo episcopo*. Istud sane debet intelligi. Non enim si suspectum habet

---

35 imperatores] imperatorem **Ba A Rc R** 37 fuisse *om.* **Ba** qui] quod **Lp**] quia **Ba**  
43 se<sup>2</sup> *om.* **Ba Rc** debuit] tenebatur **Ba A La Rc R P**] purgare *add.* **R** 44 confictione]  
confictione **A** infra *om.* **A** 46 Intelligitur] Intelligi debet **Ba A La Rc R P** eum  
*om.* **Lr Lp** 47 cum iustitia *om.* **Rc** 48 ut *om.* **A** e. q. *om.* **Lr Lp A P** 51 negotio]  
iudicio **A** 55 *mala*] *fama add.* **Ba La** usque] *cum add.* **A** 56 nomina] *omnia Lr*  
**Lp<sup>ac</sup>** **A** potius *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** 57 tres] *tribus Rc* 58 *Omnibus*] *Modis praem.* **Rc**  
idest *om.* **A La Rc P**

---

<sup>70</sup>D.96 c.4; cf. SL C2. q.5 c.10 v. *Mandatis usque nostra auctoritate* <sup>71</sup>C.12 q.2 c.20; cf. SL  
C.2q.5 v. *formam dans* <sup>72</sup>C.11 q.3 c.52 <sup>73</sup>C.15 q.5 c.2 <sup>74</sup>C.15 q.5 c.1 <sup>75</sup>C.24 q.2 c.6  
§ 1

quemquam suus episcopus tenetur se suspectus ille purgare. Supple ergo si suspiciosus fuerit episcopo aut pro et clero et populo. Tamen propter disiunctiuam particulam uolunt quidam quod quilibet istorum sufficiat ut infamatus se teneatur purgare, ut in Extra. Ex parte<sup>76</sup>, d.xxx. c.ult. <sup>77</sup> Vsque exemplo Leonis pape. Istud per omnia non est simile. Is enim cum duodecim se purgauit, sacerdos autem cum paucioribus se purgare debet. Similitudo ergo consideratur in purgatione non in numero eorum cum quibus se debuerit purgare.

- 70 20. *Consuluisti usque superstitionis*. Hinc collige quod licet canones aliquid non statuant, tamen si illud est licitum potest fieri. Hic enim dicitur quod non est presumendum quod canones non statuant. *Superstitionis adiumentione*, quasi aliter licet. Propter onus enim et suspicionem quedam respuuntur ut supra d.xii. *Omnia*<sup>78</sup>.
- 75 22. *Monomachiam usque in legem non assumimus*, scilicet in personis ecclesiasticis quibus arma mouere non liceat, ut infra C.xxiii. q.ult. Quicumque<sup>79</sup>. Et secundum hoc non peccant principes qui hoc fieri mandant. Vsque *Deum solummodo temptare uidetur*. Hinc collige monomachiam esse prohibitam cum Deum temptare sit illicitum. Scriptum est enim: 'non temptabis Dominum Deum tuum'<sup>80</sup>. Et hoc intelligas 'dum habent aliquid rationabili consilio faciant', ut infra C.xxii. q.ii. Queritur<sup>81</sup>.
26. *Si episcopo usque quinquennio*. Ex hoc colligitur quid fieri debeat de eo qui se uult purgare cum nequit, quod forte propter inopiam testium euenit.<sup>82</sup>

---

63 pro et] prodest Lp Tamen] Plura praem. Lp] puta praem. R Tamen - 65 ult. om.  
 La Rc 64 particulam] que hic ponitur add. Ba A P quilibet] quodlibet A ut]  
 quod A ut infamatus om. P 65 parte] et add. A 68 ergo] enim A ] autem  
 P 68-69 se debuerit] debet Lp A P 71 statuant] precipiant Ba A La ] prohibeant  
 Rc P 72 statuant] non est presumendum dico add. Ba<sup>pc</sup> adiumentione] admonitione  
 La 73 quasi] quia Rc suspicionem] superstitionem A P quedam] que Rc  
 75 Monomachiam] Monoma genera Rc in legem - 78 Vsque om. La Rc 77 Quicumque]  
 et His a quibus (C.23 q.8 c. 30) add. A 78 uidetur] uideantur A 79 cum Deum  
 temptare] stare Rc 80 Et] Ex Lr Et hoc - 81 Queritur om. La Rc dum] non Lr Lp  
 81 aliquid] quid A Queritur] Qua re Lp] Vnde actori debent negari sacramenta, non  
 reo qui inuitus ad pugnam accedit add. Ba 82 Ex hoc] Hinc Lp 83 cum] dum A  
 euenit] atque contigit add. Ba A La Rc P] et contingit R

---

<sup>76</sup>1 Comp. 1.23.7 (=X 1.31.5), JL 13919 <sup>77</sup>D.30 c.17 <sup>78</sup>D.12 c.12 <sup>79</sup>C.23 q.8 c.6 <sup>80</sup>Dt  
 6,16; Mt 4,7; Lc 4,12 <sup>81</sup>C.22 q.2 c.22 <sup>82</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 411-418

## &lt;Q. IIII&gt; (Q. V)

§ *Quod uero v. loco usque testimonium meum, idest de me et Patre a prophetis dictum.*

2. *Presul uero usque in lxiii. testibus.* Huic autem constitutioni de pluralitate testium uerba euangeli uidentur esse contraria, quibus dicitur 'in ore duorum uel trium'<sup>83</sup> etc. Solutio: auctoritas euangeli per negationem est intelligenda, idest non minus quam duorum uel trium testium potest quis testimonio condempnari, quia licet quedam sint cause que plus quam duos exigant testes, ut Inst. lib. ii. t. de testamentis ordinandis<sup>84</sup>, nulla tamen est que unius tantum quantumcumque legitimo testimonio rationabiliter terminetur ut in Extra. c. Licet uniuersis<sup>85</sup>. Vel in ore duorum stat uerbum ad hoc ut eis credatur, non tamen stat ut semper sententia proferatur. Sepe enim uerbum stat, idest certum est iudici, non tamen potest dictare sententiam nisi cetere sollempnitates adhibeantur, ut C.xi. q.iii. Quamuis uera<sup>86</sup>.

## &lt;Q. VI&gt;

§ *Sequitur sexta. Liceat.*

3. *Omnis oppressus.* Hinc uolunt quidam colligere a seculari iudicio appellari posse ad ecclesiasticum, quod falsum est ut in Extra. c. continetur,  
5 Cum sacrosancta<sup>87</sup>. Ibi enim dicitur quod si a iudice civili ante uel post iudicium ad sedem apostolicam appellatum fuerit, appellatio tenet in hiis qui sue temporali iurisdictioni sunt subiecti. In aliis uero etiam si

## &lt;Q. IIII&gt; (Q. V)

2 v.] *iiii. Lp<sup>pc</sup> 4 usque] nisi add. A R P lxiii] lxiii A R P 6 trium]* testium (om.  
R) stabit (stet A Rc R stat P) commune (omne A Rc R) uerbum add. Ba A Rc R P etc. - 7  
testium om. La (omoio) etc. Solutio om. P per negationem om. Lr Lp 7 testium  
om. Ba A Rc P 8 quia - 11 uniuersis om. Rc 9 ut] in add. A 10 que om.  
Lr Lp<sup>ac</sup> 11 uerbum] omne praem. A 12 stat] ad hoc add. Ba 14 ut - uera om. Rc

## &lt;Q. VI&gt;

2 *Liceat]* questio Ba om. A La Rc 4 ad ecclesiasticum] ecclesiastico Ba ut - 9 credimus  
om. Rc

<sup>83</sup>Cf. Dt. 15, 6 et 19,15; 1 Cor. 13,1. Cf. infra C.5 q. 6 c. 3. n. 4; C.11 q. 1 cc. 35-36, n. 56      <sup>84</sup>Inst. 2.10      <sup>85</sup>2 Comp. 2.2.1 (=X 2.20.23), JL 13974      <sup>86</sup>C.11 q.3 c.75      <sup>87</sup>1 Comp. 2.20.5 (=X 2.28.5) JL 12020

secundum ecclesie consuetudinem teneat, secundum iuris rigorem tenere non credimus. Sed talis potest esse casus capituli: si laicus oppressus fuerit  
 10 a potente aliquo qui per ciuilem iudicem ad satisfaciendum ei non possit cogi, tunc oppressus ille potest rogare episcopum ut oppressorem illum ad satisfactionem compellat. Vel potius hoc tractum est de decretalibus epistulis Anacleti ubi de appellatione facienda tractauit docens clericos ad sacerdotum appellare iudicium, laicos uero ad seculare ut sic in foro suo  
 15 quisquis audiretur. Sic etiam hoc debere intelligi sensus presentis capituli. Distinguit et distinguendo declarat. Vsque *summorum congregatio*. Hinc uidetur posse colligi quod in eadem causa ter possit appellatio interponi. Dicitur enim quod primo potest quis ad iudicium sacerdotum appellare,  
 20 deinde ad sedem maiorem, tertio ubi summorum fuerit congregata congregatio. Sed dici potest quod ad secundam sedem et tertiam non refertur conquestio per appellationem sed per consultationem, ut C.xxi.  
 q.ii. Lotharius<sup>88</sup>.

6. *Ad Romanam usque aut excommunicationem.* Hoc tunc intelligitur quando ante sententiam appellatur. Si autem post excommunicationis uel suspensionis sententiam appellatur usque ad cognitionem suspensus et excommunicatus permanebit, quia in hiis pena comitatur sententiam, ut C.xi. q.iii. Si episcopus forte<sup>89</sup>. Secus uero in aliis sententiis inuenitur quod usque ad decimum uel trentesimum diem non debet executioni mandari, ut infra e. q. Anteriorum<sup>90</sup> et C.xi. q.iii. Cum apud Thessalonicanam<sup>91</sup>.
- 30 11. *Decreto nostro usque ut nichil prius.* Ex hoc uolunt quidam colligere quod non licet alicui ad apostolicum appellare nisi postquam appellauerit ad primates propter hoc quod dicit 'post'. Sed non optinet nec credimus uerum esse. Semper enim licet. Etsi non sentiat quis se pregrauari, potest ad apostolicum appellare, quod notatur ex illo c. Qui ad Romanam ecclesiam<sup>92</sup>

---

9 casus] enim add. Ba<sup>pc</sup> A 10 ei om. Ba 11 tunc] tamen Rc ille] iste Ba A  
 Rc R P potest] episcopus *praem.* A 12 hoc tractum] tractatum Lr est om. A  
 13-14 ad sacerdotum om. Rc 15 etiam] in Ba sensus] finis Lp<sup>pc</sup> Ba La Rc R P  
 21 conquestio] questio Ba A La Rc R P ut] infra add. A 24 Si - 25 appellatur om. Lr  
 Lp La 26 permanebit om. Rc ut] infra add. A 27 uero om. A 28 trentesimum]  
 uicesimum Lr Lp<sup>ac</sup> debet] debent A 29 Thessalonicanam] Salonicam Lp 30 hoc]  
 uerbo add. Ba A La Rc R P 32 Sed om. Lr Lp<sup>ac</sup> 33 Etsi] Etiamsi A se om. Rc  
 potest] tamen add. Ba A La Rc R P ad om. Ba A La Rc R 34 c.] eiusdem q. add. Lp  
 A Rc Qui] Que Lp<sup>ac</sup> om. A

---

<sup>88</sup>C.31 q.2 c.4; cf. SL C.2 q.6 c.3 v. *summorum*      <sup>89</sup>C.11 q.3 c.4      <sup>90</sup>C.2 q.6 c.28      <sup>91</sup>C.11  
 q.3 c.69      <sup>92</sup>C.2 q.6 c.6

- 35 et semper appellationi deferendum, licet pro minimis causis appellatio interponatur, ut in Extra. c. Super eo quod a nobis<sup>93</sup>. Secus uero in episcopis. Non enim licet clerico sine causa rationabili contempto episcopo ad metropolitanum appellare, arg. et C.ix. q.iii. Conquestus<sup>94</sup>, ut dicitur infra e. q. Quisquis<sup>95</sup> et q.vii. Metropolitanum<sup>96</sup>.
- 40 13. *Arguta.* Sic construe: sapientia tua utinam in bono esset cognita, *arguta*, idest uelox que assumpsit materiam depositionis in Rotaldum et *hoc accepto fomite iudicii*, idest ex odio. Vsque *hec quippe*, scilicet quod eum a tua iurisdictione exemimus uel quia eum in locum suum restituimus.
16. *Quoties usque nichil erit.* Hinc uolunt quidam sumere malignandi  
45 fomentum dicentes eum ligatum esse qui post appellationem fuerit excommunicatus, licet sit postea absoluendus. Sed temerarium est sentire, sed nichil erit. Hoc ideo dicit quia loquitur secundum tempus constitutionis huius canonis in quo dici poterat quod nichil erit quandocumque temporibus futuris hoc fiet. Sed quare, queritur, nullius momenti est  
50 sententia que fuerit post interpositam appellationem dictata. Quod ideo euenire credimus quia interpositum appellationis remedium a potestate eius a quo appellatur quantum ad illud negotium eximit appellantem. Vnde in eum uelut in parochianum extraneum non potest dictare sententiam. De alia uero causa pro qua non appellauit, dicimus quod potest appellantem

35 et - 36 nobis *om. Rc* semper] est *add. Ba P* 36 uero] forte est **Ba A La**  
**Rc R P** 37 Non enim] Nam non **Ba** 38 arg. *om. A* arg.- Conquestus  
*om. La Rc* ix] xx **Lr Lp** 39 Metropolitanum] Summus pontifex plenitudinem  
 habet potestatis in omnes prelatos ecclesiarum et subditos eorum et est iudex omnium  
 ordinarius. Vnde quilibet primo loco ad eum appellare potest. Alii uocati sunt in partem  
 sollicitudinis non in plenitudinem potestatis, ut primates qui ius habent in archiepiscopos  
 sed non in subditos eorum, archiepiscopi in episcopos et non in subditos eorum, episcopi in  
 archidiaconos et non in subditos eorum. Hinc est quod quiuis primo loco appellare potest ad  
 dominum papam tamquam iudicem omnium. In aliis non ita, nam ab archidiacono non est  
 appellantum ad archiepiscopum omissio episcopo, nec ad primatem omissio archiepiscopo.  
 Contra quoque quod archiepiscopus subditorum episcopi iudex ordinarius fit duobus modis,  
 per appellationem scilicet et negligentiam episcopi *add. Ba<sup>pc</sup>* (fol. 28rb, *glossa in margine*  
*inferiore b)* 40 cognita *om. Ba A La Rc R P* 42 ex odio] exordio **Lr Lp<sup>ac</sup>** 43 quia] cum  
*add. P* 45 eum] autem **La** 46 sentire *om. Ba* 47 Hoc *om. A Rc P* constitutionis]  
 contestationis **Lr**] institutionis **Ba** 49 fiet] fieret **A** queritur *om. Ba* 50 dictata]  
 dicta **P** 51 euenire] et contingere *add. Ba A La Rc R P* 53 in eum *om. Lr Lp<sup>ac</sup>*  
 54 dicimus] credimus **A Rc**

<sup>93</sup>1 Comp. 2.20.10 (=X 2.28.10), JL 13162      <sup>94</sup>C.9 q.3 c.8      <sup>95</sup>C.2 q.6 c.19      <sup>96</sup>C.2 q.7 c.45

55 iudicare siue sit crimen illud ante uel post appellationem commissum etsi  
 iudex eius ordinarius est, ut in Extra. c. Cum sacrosancta<sup>97</sup>. Item queritur  
 an sententia sit suspendenda pro incidenti questione cum causa fuerit  
 appellatione cessante commissa. Et dicimus quod si pro aliqua exceptione  
 60 questio suboriatur et exinde appellationem fieri contingat eidem exceptioni  
 erit merito supersedendum. Et si principalis causa sine illa terminari non  
 poterit, ei nichilominus supersedeatur.

19. *Quisquis*. Sic potest huius decreti casus poni. Ecce si quis eligit duos  
 arbitros et ex contumacia noluerit eis obedire sed appellat ad maiorem  
 iudicem, statim cum maior iudex deprehendit eum ex contumacia nolle suis  
 65 arbitris obedire debet eum remittere et cogere ut arbitris suis obediat, cui si  
 obedire noluerit est ab eo excommunicandus donec obediat. Arbitri enim  
 eum excommunicare non possunt<sup>98</sup> tamquam sui non iudices. Numquam  
 autem ab arbitro appellari potest etsi alias iudex ordinarius fuerit. A  
 suo tamen iudice etsi arbiter fuerit ut quibusdam placet potest appellari.  
 70 Principium autem huius capituli in hac questione est quod hunc casum  
 debere poni ostendit quod tale est: a iudicibus quos communis sensus  
 elegerit non licet prouocari. Et est continua littera in Bur.<sup>99</sup> sed Gratianus  
 uidetur contradicere, infra e. q. Sane si ex<sup>100</sup>. Dicit enim quod ab arbitris  
 75 alias ordinariis liceat appellare. Dicit enim canon: 'Sane si ex consensu  
 partium iudices electi fuerint, etiam a paucioribus, licet prouocare'<sup>101</sup>, quasi  
 ab arbitris poterit quis appellare si alias fuerint ordinarii. Sed non loquitur  
 canon ille in hoc casu, salua pace Magistri. Sed hic est casus illius decreti:  
 ecce in criminali causa episcopi debent esse episcopi duodecim, in causa  
 presbiteri sex, in causa diaconi tres; qui si eum dampnauerint omnes et  
 80 omnium postmodum copiam habere non potuit, condempnatus etiam a

55 siue - 61 supersedeatur *om. R* ante *om. Lr* etsi] maxime *add. Lp<sup>pc</sup>*] (et A) maxime  
 si **Ba A La R P** 56 Item] Sed *praem. La* 58 pro] de **Ba A La R P** 60 sine] super **La**  
 61 supersedeatur] ut Extra Super eo (1 Comp. 2.20.10 - X.2.28.19) *add. Ba* 62 *Quisquis*]  
 usque *add. A* 64 deprehendit] apprehenditur **Rc** suis *om. Ba A La Rc P* 67 iudices  
 non sui *tr. A* 68 autem] cum **Lr**] autem **Lp** arbitro] arbitris **P** 69 etsi] etiamsi **A**  
 potest] poterit **A** 70 huius *om. La* 71 sensus] consensus **Lp P** 74 liceat] licet **A**  
 Sane *om. Ba R*] duarum *add. Lr*] suarum *add. Ba* 75 licet] liceat **A** 76 ab] d. de  
**A** poterit] potest **Ba A Rc P** 79 sex] septem **Lp P** qui] etsi **Ba** eum] cum  
**La** dampnauerint] condempnauerint **Lp<sup>pc</sup>** **Ba A La Rc R P** 80 postmodum] postea  
**A** condempnatus - 81 appellare *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* condempnatus - 81 tribus *om. R*

<sup>97</sup> 1 Comp. 2.20.5 (= X 2.28.5), JL 122020      <sup>98</sup> Cf. SL C.2 q.6 c. 19 v. *Quisquis*      <sup>99</sup> Bur 1.146;  
 PL 140.592      <sup>100</sup> C.2 q.6 c.34      <sup>101</sup> C.2 q.6 c.34

paucioribus quam a xii. uel a vi. uel a tribus poterit appellare. Debet enim appellantem cogere uel appellationem prosequi uel suo iudicio stare, ut in Extra. c. Super eo quod<sup>102</sup>. Appellantibus autem annus indulgeri solet aut, si necessaria et euidens necessitas apparuerit, indulgetur biennum,  
 85 nisi forte iudex a quo appellatum fuerit secundum locorum distantiam et prouinciarum recessus tempus fuerit moderatus, ut in Extra. c. Cum sacrosancta<sup>103</sup>. Si quis uero litteris apostolicis sit munitus, ideo semper liceat ei in qualibet causa appellare. Etsi causa inter eum et alium uertitur que sine appellationis remedio alicui committitur terminanda et priuilegiatus in  
 90 uocem appellationis prorumpit, non est eius appellationi deferendum, quia speciale mandatum derogat generali ut in Extra. c. Sicut Romana ecclesia<sup>104</sup>.

30. *Non solent usque nisi hii quorum interest.* Hinc colligitur qui sunt qui ualeant appellare. Vsque *intercedere tamen*, idest non uidetur posse cogi ut fide iubeat. Vsque *si questionem in ciiali negotio habendam*, idest si a questionibus dicit iudex esse incipiendum.

31. *Post appellationem usque littere dande sunt ab eo a quo est appellatum.* Hic quod sit officium eius a quo appellatur ostenditur. *Appellatione usque medio tempore nichil nouare oportet.* Hic quis sit effectus appellationis ostenditur. Inueniuntur tamen certi casus in quibus appellatione interposita aliquid immutatur, quia ipsa non tenet, scilicet cum contumax appellat, ut infra C.xxiiii. q.iii. De illicita<sup>105</sup>; cum inuasor ecclesie appellat, ut in Extra. Ex querimonia<sup>106</sup> et cum is appellat qui in notorio crimine iacet ut in Extra. Cum sacrosancta<sup>107</sup>.

81 a<sup>1</sup> om. **Ba** a<sup>2</sup> om. **Ba P** a tribus] iii. **Ba Rc P** poterit] ut potest a parte appellare add. **R** Debet] tamen add. **R** Debet - 91 ecclesia om. **La Rc** enim] eum **Lr Lp**] episcopus add. **R** 82 stare] potest add. **Lr** 84 et] aut **R** biennum] idest add. **P** 85-86 et prouinciarum distantiam tr. **Ba A R** 86 recessus om. **Ba**] recisius **A R P** 87 quis om. **Ba** ideo] ut **Ba A P**] iam **La**] ut add. **R** 88 Etsi] Et **Ba A R**] Etiam **P** 90 quia] et add. **La** 91 derogat] preiudicat **Ba La R P**] non preiudicat **A** 92 *hii*] his **R** Hinc **A** qui sunt] sicut quod **Lr**] sicut qui **Lp** 93 ualeant] ualet **Lp** *intercedere tamen*] *intercedentium A* 94 *habendam* om. **Lp A R**] etc. **La Rc** 95 dicit] dicat **A** esse om. **A** incipiendum] incipiendum **Lr Lp A** 96 usque - sunt] ut licet **Lp** littere] licet **Lr R** a om. **Lr** Hic - 98 ostenditur om. **Lr Lp** 97 ostenditur] colligitur **Lp**] Debet- Super eo quod (1 Comp. 2.20.5 - X. 2.28.5) add. **BaPc La**] Appellantibus- Romana ecclesia add. **La** 99 Inueniuntur - 103 sacrosancta om. **La Rc** 100 infra om. **A**  
 102 et om. **A** appellat om. **Lp** 103 Cum om. **Ba**

<sup>102</sup>1 Comp. 2.20.10 (=X 2.28.10), JL 13162      <sup>103</sup>1 Comp. 2.20.5 (= X 2.28.5), JL 12020      <sup>104</sup>1 Comp. 1.2.1 (=X 1.3.1), JL 12293      <sup>105</sup>C.24 q.3 c.6      <sup>106</sup>1 Comp. 2.20.33 (= X -), JL 13814  
<sup>107</sup>1 Comp. 2.20.5 (=X 2.28.5), JL 12020

34. *Sane si ex.* Hic queritur si Mutinensis episcopus haberet ecclesiam  
 105 uel preedium in diocesi Bononiensi, et aliquis clericus de eodem predio uel  
 ecclesia conueniret, sub quo iudice debeat eum conuenire. Et dicimus quod  
 sub Bononiensi quia ratione predii forum eius mutatur. Et ex quodam c.  
 Burchardi colligitur, lib. i., c. Item placuit<sup>108</sup>, ubi dicitur: 'sane si episcopi  
 inter quos causa uersatur diuersarum sint prouinciarum, ille primas det  
 110 iudices in cuius prouincia est locus de quo contenditur'. Vsque *liceat*. Hic  
 incorrepta littera habetur 'non liceat'. Vnde per hoc non probatur Gratiani  
 sententia.

35. *Placuit usque uicini episcopi audiant eos.* Ex hoc non probatur quod  
 ab arbitris alias ordinariis possit quis appellare. Isti enim episcopi hic non  
 115 sedebant ut arbitri sed ut eorum iudices in concilio congregati.

36. *Si episcopus forte usque reuocetur.* Hic quod eius sit officium a quo  
 appellatur ostenditur.

38. *Statuendum est usque iure apostolico ecclesiis imposito,* idest iure canonico  
 ab apostolis prius constituto. Vsque *ad testimonium dicendum*. Per hoc uidetur  
 120 quod nullus clericus cogi possit ad testimonium sed contradicitur illud quod  
 est infra C.xiii. q.ii. Quamquam<sup>109</sup> et illud quod est in Extra. c. Dilecti<sup>110</sup>,  
 ubi dicitur quod in prouidentia episcopi est an testimonium clericus ferat<sup>111</sup>.  
 Itaque inspiciendum est utrum causa sit ciuilis uel criminalis; item si ciuilis  
 125 utrum modica uel maxima sit. Si est modica non cogitur ad testimonium  
 ferendum, quia non debet clericus pro leui causa iurare ut C.e. q.v. Si  
 quis presbiter<sup>112</sup>. Si uero maxima fuerit refert utrum clericus profiteatur se

105 clericus] eum add. **Lp<sup>pc</sup>** **A** **La** **R** **P** eodem om. **A** 106 sub - conuenire om. **Rc**  
 quod] quia **Lr** **A** 107 Et] hoc add. **Ba** **A** **La** **Rc** **R** **P** 108 Item om. **Lp** 109 primas]  
 primos **Lr** 110 Vsque] non add. **Rc** *liceat*] *non praem.* **R** Hic om. **Ba** **A** **La** **Rc**  
**R** **P** 111 incorrepta] incorrupta **A** habetur] est **Lp** Vnde- sententia om. **Lr** **R**  
 113 probatur] approbatur **A** 116 *forte* om. **Ba** **A** **La** **Rc** **P** usque] ut add. **A** ] *quis add.* **R**  
*reuocetur*] te **Ba** 118 *imposito*] *interposito* **Lp** 119 ab] hic *praem.* **A** prius] primo  
**A** **La** **Rc** **P** constituto] instituto **Ba** **A** **La** **R** **P** Per - 120 contradicitur] super codice **La**  
 Per - 120 testimonium om. **Lp** **Rc** 120 testimonium] dandum add. **Ba** **A** ] dicendum add.  
**R** **P** sed - 121 infra om. **Ba** contradicitur] contradicit **A** 121 infra om. **A** et -  
 Dilecti om. **Rc** illud - est om. **Ba** 122 est om. **Lp** clericus] episcopo add. **Lp<sup>pc</sup>**  
 123 sit om. **A** 125 ut] supra add. **A** 126 profiteatur] confiteatur **Ba** **A** **La** **Rc** **R** **P**

<sup>108</sup>Bur. 1.68; PL 140.566      <sup>109</sup>C.14 q.2 c.2      <sup>110</sup>Collectio Wigorniensis 6.37; 1 Comp. 2.20.1;  
 JL 13934      <sup>111</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 449-450      <sup>112</sup>C.2 q.5 c.4

scire uel fama sit uel non. Si profiteatur uel fama sit, ut scandalum inde ortum sopiaatur, poterit cogi ut infra C.xiii. q.ii. Quamquam<sup>113</sup>. Sed qualiter cogetur, infra dicemus. Si autem criminalis fuerit causa refert utrum ante 130 secularem iudicem uentiletur uel ante ecclesiasticum. Si ante secularem nullo modo cogetur ut dicitur in hoc c. et infra C.xi. q.i. Testimonium<sup>114</sup>. Si uero ante ecclesiasticum, inspiciendum est utrum confiteatur se scire uel fama sit. Si confiteatur uel fama sit et ut scandalum inde ortum sopiaatur, sub tali interminatione cogendus est, ut si sciat et non manifestauerit 135 excommunicationi subiaceat, infra C.v. q.i. Quidam<sup>115</sup>. Absolute enim qui confitetur se scire excommunicari debet quia occultando ueritatem et non obediendo mortaliter peccat, ut infra C.xi. q.iii. Quisquis<sup>116</sup>. Ergo si in hoc pertinax fuerit excommunicabitur ut infra de con. d.ii. Si non sunt tanta<sup>117</sup>. Sed quicquid dicamus, uerisimiliter hoc tamen est tenendum 140 quod summus pontifex tenet. Dicit enim quemlibet ad perhibendum testimonium ueritatem scientem quod Romana ecclesia minime cogere consuevit, ut in Extra. c. Quamuis simus<sup>118</sup>. *Pulsetur usque dictum est*, uel in nullo casu a seculari iudice testimonium ferre est compellendus, sed ab episcopo. Quidam tamen intelligunt hoc dictum de quolibet et a quolibet 145 appellante, quoniam non est compellendus ab eo a quo appellatum est ut ferat testimonium pro appellante uel contra appellantem.

39. (p.c.) *Si quis in quacumque usque arbitro dato.* Hinc uidetur posse colligi a iudice arbitrum posse dari, infra C.xi. q.i Peruenit<sup>119</sup>. Iudex autem delegatus potest causam sibi commissam alii uni uel pluribus delegare 150 aut audientiam totam aut ut allegationes audiat et sententiam sibi reseruet uel ut eorum aliquod tantum modo faciat iuxta uoluntatem delegantis,

127 profiteatur] confiteatur **Ba A La Rc R P** inde *om. P* 128 Quamquam] in extra c. Electi filii (1 Comp. 2.20.1 - X 2.1.6, 2.28.1) *add. Rc* 130 uel ante] an **Ba** 131 ut dicitur *om. Rc* 133 sit] necne *add. Ba* 134 confiteatur] se scire *add. A* et *om. P* ut *om. A Rc* 135 ortum *om. A La Rc P* sopiaatur] oriatur **A La Rc P** 136 ut *om. A P* si] uero *add. A* 137 infra] ut **A** enim] quoque **A La Rc** 138 fuerit *om. Rc* 139 tanta *om. Ba* Sed - dicamus] Si quis diaconus **Lp** Sed - 140 consuevit] Habet inde omnia que hic Dominus corrigatur per illud **Rc** 141 ueritatem] ueritati **A La** scientem *om. A La P* quod *om. Lr Lp A La P* 142 ut *om. A* usque] ut **Rc** uel] ue **Rc** 143 nullo] illo **Rc** est compellendus *om. La Rc* 144 appellante - 145 contra *om. A* 148 Iudex - 155 simus *om. Rc* 150 ut *om. La* 146 audiatur] audiant **A**] exaudiatur **La** 151 ut eorum] uerborum **La** faciat] faciant **A**

<sup>113</sup>C.14 q.2 c.2      <sup>114</sup>C.11 q.1. c.9      <sup>115</sup>C.5 q.1 c.2      <sup>116</sup>C.11 q.3 c.80      <sup>117</sup>De cons. D.2 c.15      <sup>118</sup>1 Comp. 2.13.13 (= X -), JL 14156; cf. SL C.2 q. 6 c. 38 v. *uel cognitor ... Vnde dicunt.* <sup>119</sup>C.11 q.1 c.39

quamquam non possit eandem causam appellatione cessante committere.  
Si uero duobus causa committitur etsi non apponatur ut unus sine altero  
in causa procedat, nichilominus unus ex illis siue suo iudici siue alii uices  
155 suas in hac parte potest committere, ut in Extra. c. Quamuis simus<sup>120</sup>.

41. *Si quis appellat usque absque dampno.* Hoc de quolibet iudice uerum est,  
si per eum steterit quo minus causa finiatur<sup>121</sup>.

41. (p.c.) *Vsque arbitris commutandis.* Hoc uerum est si aduersarius uoluerit  
concedere; nam alias cogetur appellationem prosequi.

160 41. (p.c. § 18) *Vsque de possessione etiam usque sortiatur effectum.* Hinc  
collige quod si dum sepeliri debet mortuus, quis interdicit quod forte ius  
funerandi ad eum pertinet, nisi statim uelit probare sed appellat, quod statim  
debet mortuus sepeliri; nam in momentaneis possessionibus appellatio non  
admittitur, ut hic.

## <Q. VII>

### § Quod uero laici.

1. *Non est usque pro meritis subditorum.* Hinc collige quod si quis culpa uel  
consilio alicuius aliquid commiserit, de eadem re accusare non potest, ut  
5 Gregorius in Moralibus, lib. xxv.<sup>122</sup> de malis rectoribus ait: 'nullus qui talem  
peccatorem patitur, eum quem patitur accuset quia nimirum sui fuit meriti  
peruersi rectoris subiacuisse ditioni'.

4. *In sancta usque ut nemo anathema* etc. Tales enim ideo ab accusatione  
repelluntur quia ipso iure sunt infames ante satisfactionem ut infra C.xxxii.

152 committere] alii delegare etiam si sibi sit causa appellatione cessante commissa **Lp<sup>pc</sup>**  
**Ba A La R**] commissa **P** 154 suo iudici] iudicio suo **Lp** iudici] coniudici **Ba**  
**A R P** 157 finiatur] ut in /// ut /// // § quoque add. **Lp<sup>pc</sup>** (fol. 25va in margine  
a) 158 *arbitris commutandis*] *arbitrium commutandi* **A P** 159 nam] non **A** 161 si  
dum] dicit **Lr Lp<sup>ac</sup>** quis] aliquis **A** quod] quia **A** 162 statim<sup>2</sup> om. **Ba A La Rc P**

<Q. VII>

3 usque] *quia add. A subditorum om. Rc* 4 accusare] accusari **A**] ab eo accusari **Rc**  
potest] poterit **A** ut] unde **A Rc P** 7 ditioni] dictioni **A** 8 ideo om. **A**

<sup>120</sup>1 Comp. 1.21.7 (= X 1.29.6), JL 14156; cf. SL C. 2 q. 6 p.c.39 v. *arbitro dato*

<sup>121</sup>Cf. SL C. 2

q. 6 c.41 v. *dampno more*

<sup>122</sup>Gregorius Magnus, *Moralia*, PL 76.344.

- 10 q.v. Preceptum<sup>123</sup>. Vsque *ita nec colligari*, idest accusari, nam accusator quodam modo se cum reo ligat uinculum inscriptionis accipiendo, ut infra C.e. q.viii. Quisquis<sup>124</sup>.
6. *Sicut sacerdos usque excluduntur*, idest non admittuntur ad accusationem laicorum in forensi iudicio de crimine, in quo casu clericus in seculari iudicio nec accusator esse potest ut hic, nec iudex ut infra C.xxiii. q.ult. Hiis a quibus<sup>125</sup>, nec testis ut infra C.xx. q.iii. c.i.<sup>126</sup> et C.xi. q.i. Testimonium<sup>127</sup>. In ciuili uero causa permittente episcopo potest coram seculari iudice testimonium perhibere<sup>128</sup>, ut infra C.xiiii. q.ii. Quamquam<sup>129</sup>. Laicos autem in accusatione uel testimonio contra clericum in criminali causa non aliquatenus admittendos censura sanctorum canonum manifestius edocet, nisi forte suam uel suorum causam prosequerentur; nec tunc etiam ad testimonium sed ad accusationem possunt admitti ut in Extra. c. Licet preter<sup>130</sup>.
15. *Accusatio usque prius quam hec egerint*. Ab hac autem admonitionis regula crimen simonie excipitur de quo quis potest accusare alium, non familiari admonitione premissa. Et huius rei hec est ratio quia de hoc crimine non potest quis penitere retento ordine, ut supra C.i. q.i. Quisquis<sup>131</sup> et C.e. q. ult. Requiritis<sup>132</sup>.
18. *Querendum est*, ab ipso iudice, ut infra C.xxx. q.v. Iudicantem<sup>133</sup>, infra C.iiii. q.iiii. § Item testimoniorum<sup>134</sup>. Vsque *uita*, prior scilicet. Vnde si extraneus et alterius prouincie homo aliquem uoluerit accusare non debet ad eius accusationem admitti nisi ueris testibus uel iuramento probauerit ante actam uitam. Potuit enim esse bigamus et huiusmodi<sup>135</sup>, ut infra C.e. q.e. Criminationes<sup>136</sup>.
35. *Puto usque ne in Petrum contumeliosus*. Hinc collige quod si inter religiosum abbatem et episcopum causa uertitur et episcopus abbatii

---

10 idest] nec add. A 13 *sacerdos*] *sacerdotes* Ba 16 xx. q.iii] xv. q.iiii. A La Rc R  
 P iii.] ivi. Lp 18 Laicos - 23 preter om. Rc 21 tunc om. Ba etiam] et A  
 23 preter] solitum add. Ba 30 q.iiii] q.iii. A Vnde scilicet tr. A 32 uel] aut P  
 36 causa om. La

---

<sup>123</sup>C.32 q.5 c.21; cf. SL C. 2 q.7 c. 4 v. *In sancta usque anathematizatur* <sup>124</sup>C.2 q.8 c.3; cf. SL C. 2 q.7 c. 4 v. *obligari* <sup>125</sup>C.23 q.8 c.30 <sup>126</sup>C.15 q.4 c.1 <sup>127</sup>C.11 q.1 c.9 <sup>128</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 418-422 <sup>129</sup>C.14 q.2 c.2; cf. SL C. 2 q.7 c. 6 v. *Sicut sacerdos usque excluduntur* <sup>130</sup>1 Comp. 2.13.14 (=X 2.20.14, De cetero), JL 14091 <sup>131</sup>C.1 q.1 c.5; cf. SL C. 2 q.7 c.15 v. *commoniti* <sup>132</sup>C.1 q.7 c.5 <sup>133</sup>C.30 q.5 c.11 <sup>134</sup>C.4 q.3 c.3, § 2 <sup>135</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 424-430 <sup>136</sup>C.2 q.7 c.52

contradicat et econuerso, magis credendum sit episcopo quam abbatii, licet sit ille religiosior, nisi manifesta ueritas episcopo contradicat, ut infra C.xi. q.i. Quicumque<sup>137</sup>; contra supra d.xl. c.ult.<sup>138</sup>

40 39. *Testes absque ulla.* Hinc collige quod siue de facto siue de iure quis fuerit infamatus, non est contra clericum ad accusationem recipiendus. Et hoc ex illo c. Presbiter si a plebe colligitur, supra C.e. q.iii.<sup>139</sup> Si enim propter rumorem plebis ille suspenditur a sacerdotio, multo magis ergo propter talem infamiam promoueri non posset; nam qui nequit fieri clericus clericum accusare non potest, ut in fine eiusdem c. dicitur<sup>140</sup> et infra e. q. Sacerdotes<sup>141</sup>.

44. *Lator usque et quecumque ecclesie abstulit.* Sic construe: et quecumque abstulit, etiam propria ante cause cognitionem reddat ecclesie. Vsque *reddere compellat*. Hinc collige quod siue propria siue aliena quis alicui uiolenter abstulit, prius omnia debet restituere et tunc debet de causa cognosci utrum propria uel aliena fuerint ablata. Ex hoc etiam debet a causa cadere, ut infra C.xvi. q.vi. Placuit<sup>142</sup>. Sed cum isto mitius agitur quia iam fuerat ante afflictus.

45. *Metropolitanum usque excepto.* Hinc collige clericum contemptu episcopi iudicio absque rationabili causa non posse ad metropolitanum appellare, supra C.e. q.vi. Decreto<sup>143</sup>, Quisquis<sup>144</sup>. Tunc enim demum licet subditis a metropolitani iudicio recedere, ut hic dicitur, cum eum uoluerint accusare. Secus uero est in summo pontifice ad quem licet semper appellare, ut supra C.e. q.vi. Ad Romanam<sup>145</sup>.

 q.i. Si quis<sup>61</sup>, Apud omnipotentem<sup>62</sup>, ut econtra dicitur aliquid esse quod non est propter mala adiuncta, ut supra C.ii. q.vii. Paulus dicit<sup>63</sup>. Vsque *sine sacrosancte Romane ecclesie auctoritate*. Hoc ideo dicitur quia episcoporum mutatio inter eas causas connumeratur que soli summo pontifice sunt  
 170 concessae<sup>64</sup>, ut est episcoporum depositio, ut supra C.iii. q.vi. Quamuis<sup>65</sup> et questio fidei ut infra C.xxiiii. q.i. Quociens<sup>66</sup>.

35. *Scias frater usque nam plurimorum utilitas*. Hinc potes colligere causam constitutionis presentis, quare scilicet episcopus non possit fieri monachus, quia in monasterio tantum priuate utilitati seruatur, in episcopatu uero  
 175 plurimorum utilitas agitur, que priuate, ut hic dicitur, est preponenda. Vsque *causa utilitatis*. Subaudi communis unde et subditur, 'quotiens communis'.

36. *Omnis qui gemebat usque si rex piissimus sciret peccatum esse*. Hinc collige ratione facientis presumendum esse aliquid esse bonum. Similia  
 180 infra C.ix. q.ii. Lugdunensis<sup>67</sup>, d.xxxvii. c. Qui de mensa et uino<sup>68</sup>, d.xl. Non nos<sup>69</sup>, C.xi. q.iii. Absit<sup>70</sup>, C.v. q.v. Non omnis<sup>71</sup>. Vsque negant misericordiam.

163 Et *om.* **Ba R**      164 quod - canonis *om.* **Ba**      aliquid *om.* **Rc**      165 uel ]  
 et **Ba A La Rc R P**      ut] et **Ba**      168 *ecclesie*] *sedis F*      169 causas] ponitur  
 et add. **A La Rc R P**      174 seruatur] seruit **Ba A** ] seruitur **R P**      episcopatu]  
 episcoporum **P**      176 subditur] subauditur **Lp**      177 *qui*] *uetat enim add. R*      *sciret*  
*peccatum esse om.* **R**      178 Similia] arg. add. **A**      179 d.xxxvii.] *supra praem.* **A**  
 d.xl.] *supra praem.* **A**      180 *misericordiam*] Hic duos casus assignat. Erant quidam  
 archiepiscopi qui dicerent episcopos non esse mutandos etiamsi populi essent aliqui qui  
 non habeant talem episcopum qui eos docere, instruere possit, propter quod peterent de alia  
 ecclesia episcopum meliorem. Certe tales negabant misericordiam necessitantem patientibus.  
 Item aliis casus. Aliqui episcopi hostili persecutione de suis episcopatibus electi erant, quos  
 quidam metropolitani in suis prouinciis intronizare nolabant cum haberent alias uacantes  
 ecclesias episcopales; et isti quidem negabant misericordiam necessitantem patientibus. Viam  
 littore sic percurre: negat misericordiam necessitantem patientibus. 'Qui populis indigentibus  
 diui(nis) misteriis et non habentibus proprium episcopum', talem scilicet qui eos perficere  
 instruat, nolunt mittere eis episcopum doctorem uel potiorem uel utiliorem, illum dico non  
 sponte transeuntem, idest transire nolentem add. **Ba**

<sup>59</sup>C.15 q.1 c.1      <sup>60</sup>D.50 c.18      <sup>61</sup>C.32 q.1 c.4      <sup>62</sup>C.32 q.1 c.10      <sup>63</sup>C.2 q.7 c.28; Cf. SL  
 C.7 q. 1 c. 34 v. *non transit*      <sup>64</sup>Cf. SL C.7 q. 1 c. 34 v. *auctoritate*      <sup>65</sup>C.2 q.6 c.16      <sup>66</sup>C.24  
 q.1 c.12      <sup>67</sup>C.9 q.2 c.10      <sup>68</sup>D.37 c.11      <sup>69</sup>D.40 c.1      <sup>70</sup>C.11 q.3 c.14      <sup>71</sup>C.5 q.5 c.2;  
 df. SL C.7 q. 1 c. 36 v. *Omnis usque rex piissimus*

Ab hoc loco usque in fine capituli duo casus ponuntur prout in summis distinguitur. Vsque *licet minor sit*, illa scilicet ciuitas in qua est, propter quod uidetur quod si eum negarent maiori ciuitati episcopum suum petenti, non uiderentur negare misericordiam cum minores non dicantur maioribus 185 misericordiam facere sed potius econuerso contingat. Vel *licet sit minor*, illa ad quam uocatur et mutatur episcopus, minor dico non dignitatis titulo sed potius frequentia populi. Vsque *qui eos regat*. Si dicatur quod istorum episcopus diem extremum clauserat et ita ex toto erat illorum uiduata ecclesia, planum est quod dicitur. Tunc enim bene alium poterant sibi eligere 190 unumcumque in prelatum, sed secundum sensum littere uidetur quod episcopum habebant sed simplicem, in quo casu de uoluntate illius posset ipse aliam accipere ecclesiam si esset electus et permitteret ut doctior ueniret ad suam.

37. *Episcopus de loco usque decreto pro eo clericorum et laicorum, non quod omnes laici debeant subscribere sed potiores, ut supra d.lxii. Vota ciuium<sup>72</sup> et supra C.i. q.vi. Si quis autem<sup>73</sup>. Vel forte consuetudinem tangit ecclesiarum<sup>74</sup>.*

38. *Episcopi usque in grado suo suscipiantur. Ad eandem enim mutuam honorificentiam exhibendam nos admonet Apostolus dicens: 'honoribus inuicem preuenientes'<sup>75</sup>.*

39. *Sicut alterius usque aut disponi. Hinc habes quod magis uiro quam parentibus tenetur mulier obedire etsi de regali sit orta progenie et longe se inferiori nupserit. Vsque nec iudicari, idest corrigi et uerberari et hoc pro leuibus et minimis commissis; nam si enormia committeret mulier a iudice*

181 Ab hoc loco *om. La* in fine] ad finem **A La Rc R** 183 non] nam **Rc** 184 non] uero **Lr Lp** 185 sed] uel **Lr Lp** 186 mutatur] inuitatur **La Rc** 187 *regat*] *instruat* **F** 188 *episcopus*] *prelatus R* clauserat] clausit **R** ita] ideo **Ba** toto] eo **Ba** illorum *om. Ba A*] istorum **Lp La Rc R P** 189 poterant] potest **Ba**] potuerunt **R** 190 unumcumque] unum **Lp**] unusquisque **R** sensum] seriem **A La Rc R P** 191 de *om. Lr Lp* 192 ipse] ratione **R** accipere] excipere **R** et] ut **Lr Lp** 193 suam] ecclesiam add. **Ba** 194 *Episcopus*] *Primo R* non quod] numquid **Lr**] non quam **Lp**] nunquam **Ba La R** 195 potiores] potius **Lp** lxii] lxiii **A La Rc R P** 197 enim] etiam **A La Rc** 198 exhibendam **Lp** Apostolus] et hortatur add. **Ba A La Rc R P** 199 preuenientes] prouenientes **Lp** 200 *aut om. R* disponi] uidetur add. **Lp**] *deponi R* Hinc] *Vnde praem.* **Ba A La Rc R P** habes] habemus **R** 201 etsi] etiam si **A R P** et *om. Lr Lp* 203 et minimis] minimisque **A** mulier] tunc *praem.* **Ba**

<sup>72</sup>D.63 c.27      <sup>73</sup>C.1 q.6 c.1      <sup>74</sup>Cf. SL C.7 q. 1 c.37 v. *Episcopus de loco usque decreto*      <sup>75</sup>Rm 12,10

conuicta puniretur. Vsque *regulariter*. Hinc uidetur posse colligi eam que  
 205 infra tempus luctus nubit esse infamem. Sic enim exponitur illud Apostoli,  
 quod eas ab infamia uidetur excusare in Domino, id est regulariter. Non  
 ergo secundum Apostolum nubunt cum contra regulas principum; nam  
 tenendum est quod leges precipiunt cum eis canones non contradicunt  
 expresse, ut supra d.x. c.i.<sup>76</sup> Et hoc quidem dixerunt ueteres 'et patres  
 210 nostri narrauerunt nobis<sup>77</sup>. Sed dicimus hoc sophistice hinc elici et per  
 ignorantiam hoc esse dictum. Cum enim Apostolus dicat: 'mortuo uiro  
 soluta est mulier a lege uiri, nubat cui uult tantum in Domino'<sup>78</sup>, idest uiro  
 sue religionis et sine suspicione turpitudinis, ut tali nubat cuius copula  
 215 non sit ei secundum canones interdicta. Ergo per licentiam et auctoritatem  
 Apostoli eius infamia aboletur, ut in Extra. c. In litteris quas tua nobis  
 destinauit fraternitas<sup>79</sup>.

40. *Eum qui usque se prouehi consenserit.* Subaudi episcopo promouenti  
 cuius auctoritate excusatur ne amittat archidiaconatum proprium, dimisso  
 tamen alieno cum alias utrumque deberet amittere, ut supra C.iii. q.ii.  
 220 Audiuiimus<sup>80</sup>. Vnde hinc colligitur quod maioris auctoritas delinquentes  
 excusat ut supra d.xxviii. Diaconi<sup>81</sup>, d.lxiii. Salonitane<sup>82</sup>, C.xiiii. q.v. Dixit  
 Dominus<sup>83</sup>, C.xxiii. q.v. Miles<sup>84</sup>; contra C.xii. q.ii. Quicumque<sup>85</sup>, C.xvi. q.i.  
 In canonibus<sup>86</sup>, C.xvi. q.vii. c.i.<sup>87</sup>, d.lxxxi. Si quis sine<sup>88</sup>, C.xxii q.v. c.i.<sup>89</sup>, C.i.  
 q.iii. Peruenit<sup>90</sup>.

225 41. *In apibus usque singuli ecclesiarum episcopi.* Quod hic dicitur regulariter  
 optinet. Causa tamen iusta et rationabili suadente unus episcopus duas  
 potest habere ecclesias, ut infra C.xvi. q.i. Et temporis qualitas<sup>91</sup>, ut  
 infra C.xxi. q.i. Relatio<sup>92</sup>. Vsque *singuli archidiaconi*. Nec hoc ideo dicitur

204 conuicta ] commissa Lp<sup>ac</sup> Vsque ] *idest add. A* eam ] etiam A 205 Sic *om. Lr*  
 enim *om. Lr Lp<sup>pc</sup> Ba* 206 excusare ] *et add. Lr* ] *idest add. Lp* 207 nubunt ] nubent A  
 cum ] tunc Lr nam *om. A* 208 contradicunt ] contradicant A 209 quidem ]  
 quod R<sup>c</sup> ueteres *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* 213 suspicione ] sue *add. R* cuius ] huiusmodi R  
 copula ] culpa Lr Lp 214 secundum ] contra Lr Lp 215 eius *om. P* 216 destinauit ]  
 delegauit R 217 *Eum qui om. Lr Lp consenserit*] interserit Lr 220 Vnde ] Vsque Lr  
 221 supra ] arg. A 222 contra *om. Lr Lp R* 223 C.xvi.] C. xvi. A 226 et ] *idest A*  
 227–228 ut infra ] *et A R*

<sup>76</sup>D.10 c.1      <sup>77</sup>Ps 77,3; cf. Ps 43,2. Cf. supra C.7 q.1 c. 1, n. 1 et infra C. 11 q. 1 c.27 n. 39; C.11  
 q. 3 c. 36 n. 166.      <sup>78</sup>1 Cor 7,39; cf. Rm 7,2      <sup>79</sup>1 Comp. 4.22.1 (=X 4.21.4, Super illa ), JL  
 14219; cf. SL C.7 q. 1 c.39      <sup>80</sup>C.3 q.2 c.4      <sup>81</sup>D.28 c.8      <sup>82</sup>D.63 c.24      <sup>83</sup>C.14 q.5 c.12  
<sup>84</sup>C.23 q.5 c.13      <sup>85</sup>C.12 q.2 c.4      <sup>86</sup>C.16 q.7 c.57      <sup>87</sup>C.16 q.7. c.1      <sup>88</sup>D.81 c.4      <sup>89</sup>C.22  
 q.5 c.1; cf. SL C.7 q. 1 c. 40      <sup>90</sup>C.1 q.3 c.13      <sup>91</sup>C.16 q.1 c.48      <sup>92</sup>C.21 q.1 c.5

quod in una ecclesia non possint esse plures archidiaconi, sed ne in uno  
 230 archidiaconatu sint plures. Sicut enim de communi iure nullus potest habere  
 duas ecclesias, ut C.xxi q.i. c.i.<sup>93</sup> et d.lxx. Sanctorum canonum<sup>94</sup>, ita uni  
 ecclesie non debent plures preponi, ut infra C.xxi. q.ii. Sicut in una<sup>95</sup>.

42. *Pastoralis.* Propter corruptam litteram quidam solebant hic diuersa  
 fingere. Cum enim in titulo inueniatur 'Iacobo episcopo' et in capitulo  
 235 dicatur 'Ioannem' uidebatur quibusdam difficile et obscurum c. Sed in  
 origine querenda est aque puritas et rei ueritas inuestiganda quam in riuulis  
 pecora turbauerunt. In originali uero legentes inuenimus Gregorium Ioanni  
 240 scripsisse qui erat Lesimane<sup>96</sup> ecclesie episcopus qui, dum non posset  
 propter hostium furorem diutius remanere, auctoritate apostolica transtulit  
 se ad Squillacinam<sup>97</sup> ecclesiam cuius ei fuit officium uisitationis commissum.  
 Vsque *Lesimane ecclesie episcopum*. Subaudi quondam. Vsque *cardinalem*, idest  
 proprium; uel rectorem, idest uisitatem a cardine, idest regimine dictum.  
 Vsque *licet ab ecclesia tua*, scilicet Lesimana cuius fuerat episcopus. Vsque  
 245 *aliam*, scilicet Squillacinam. Vsque *ad priorem statum contigerit reuocari*. Hinc  
 collige quod id quod ob causam est statutum, cessante causa cessare debet,  
 ut supra C.i. q.ult. Quod pro remedio<sup>98</sup> et infra C.xxxv. q.v. Ad sedem<sup>99</sup>;  
 contra C.xxxii. q.vii. Tantum<sup>100</sup>.

43. *Eos sacerdotes usque quamdiu successor eius.* Sed queritur an successore  
 defuncto de iure suo possit ipse ecclesiam petere. Et quidam sic sentiunt  
 250 et hec est quorundam opinio. Nos uero dicimus quod de misericordia et  
 benignitate ecclesiastica poterit ei dari ecclesia. Ipse uero eam tamquam  
 sibi debitam petere non ualet. 'Quamdiu uero' ideo dicit quia eo uiuente  
 nullatenus ei poterit dari et hoc ea ratione poterit probari. Videmus enim

229 ne *om.* Lr Lp<sup>ac</sup> 230 sint plures *om.* Ba 233 hic] hinc Lr Lp *om.* R diuersa]  
 uaria et *praem.* Ba A La Rc P ] uarias R 235 dicatur] inueniatur A Ioannem] Ioanni A  
 236 origine] originale Lp 237 uero] ergo Ba A<sup>c</sup> La Rc R P 238 qui dum] quidem  
 R non *om.* Rc posset] ibi add. Ba A La Rc R P 239 remanere] immorari Lp La  
 P ] manere Ba ] morari A Rc ] *om.* R 240 ei] ecclesie Ba fuit *om.* P 241 ecclesie]  
 ciuitatis F 242 regimine] a *praem.* Lp 243 Vsque] Neque Lr Lp<sup>ac</sup> ab ecclesia *om.* F  
 244 Squillacinam] Squalancinam Lp 245 causa] iam A 246 C.i. - sedem *om.* Lr  
 247 contra] et add. A 248 Eos] Hos R 249 sentiunt] seruant Rc 252 Quamdiu]  
 Tamdiu P 253 poterit] potest A

<sup>93</sup>C.21 q.1 c.1      <sup>94</sup>D.70 c.2      <sup>95</sup>C.21 q.2 c.4; cf. SL C.7 q. 1 c. 40 v. *singuli episcopi, singuli*  
*archidiaconi*      <sup>96</sup>Agitur forsitan de ecclesia Lesinensi, prope Beneventum. Cf. Annuarium  
 Pontificium 2004, p. 971.      <sup>97</sup>Pagus Calabriae in Italia meridionali, hodie Squillace, prope  
 Bisignanum locus originis Simonis.      <sup>98</sup>C.1 q.7 c.7      <sup>99</sup>C.35 q.5 c.2      <sup>100</sup>C.32 q.7 c.27; cf.  
 SL C.7 q. 1 c.42

255 quod cum mulier per fornicationem a uiro recedit, quamdiu iacet in criminе  
non potest a uiro exigere debitum nec ei uir potest etiam spontaneus  
reddere, ut C.xxxii. q.i. Si quis<sup>101</sup>. Numquid tamen acta penitentia poterit  
eum ad debitum sibi soluendum cogere uel ille tenebitur ad eam reddere?  
Nequaquam ut infra C.xxxii. q.i. De Benedicto<sup>102</sup> et in Extra. c. Significasti<sup>103</sup>.

260 45. *Hoc nequaquam usque descendit uitam.* Hec satis proprie dicitur. In  
monachali enim habitu descensus est et religionis et dignitatis. Vsque *ad  
episcopatum reuerti*. De constitutione huius canonis queritur quare episcopus  
factus monachus non possit iterum ad eiusdem in quo prius fuerat uel  
alterius episcopatus regimen promoueri, cum et monachus episcopus  
possit fieri, ut infra C.viii. q.i. In scripturis<sup>104</sup>. Solutio: hoc fit propter  
265 presumptionem canonis. Presumitur enim non causa religionis maioris sed  
propter conscientiam occulti criminis hoc facere. Non enim magis proficit  
in monasterio ubi priuate utilitati studet quam in episcopatu ubi multorum  
commodo operatur, ut supra C.vii. q.i. Scias frater<sup>105</sup>. Hec est etiam ratio  
quare licet clerico etiam inuitu episcopo ad monasterium conuolare, ut infra  
270 C.xviiii. q.ii. Due<sup>106</sup> et non licet hoc episcopo nisi licentia summi pontificis<sup>107</sup>  
ut ex secundo et tertio c. potest colligi.

275 48. (p.c.) *Hoc tunc usque ossa fortes.* Super illum locum psalmi<sup>108</sup> hoc dicit  
Augustinus: 'ossa mea sicut cregium aruerunt'<sup>109</sup>. Ecclesia enim habet  
fortes et in fide robustos. Habet etiam infirmos et in fide debiles. Cum  
enim infirma membra scandalizantur ecclesie in fide tunc compatiuntur  
ossa, idest fortes, et per compassionem affliguntur. Vnde Apostolus: 'quis  
infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror?'<sup>110</sup>  
Vnde et hic subditur 'quorum ossium' idest fortium. Per ossa significantur

256 ut] infra add. A 257 reddere] redire Lp A La Rc P 259 descendit] in add. Ba  
Hec] Hoc A 260 enim om. A R et<sup>1</sup> om. A 261 episcopatum] pontificatum F De-  
canonis om. P constitutione] consuetudine Ba] constitutionibus R quare] cur Ba A  
La Rc R add. P 262 iterum om. R 263 episcopatus] uel alterius Lr cum] quia R  
265 enim] eum add. A La Rc R 267 ubi om. Lr 268 C.vii.] C.e. A etiam om. A  
270 Due] sunt leges add. Lp Ba A La Rc R P 273 Augustinus] ubi dicitur add. Ba A La  
Rc R P habet] ossa idest add. Ba A La Rc R P 274 etiam] et A Cum] tunc  
Ba 275 enim] autem Ba A La Rc R P tunc] cum praem. Ba<sup>pc</sup>] eis add. Ba A La Rc R P  
278 significantur] significatorum Lp A Ba Rc om. R

<sup>101</sup>C.32 q.1 c.4      <sup>102</sup>C.32 q.1 c.5      <sup>103</sup>1 Comp. 4.20.4 (=X 4.19.4), JL 14107; cf. SL C.7 q.  
1 c.43 v. *Eos usque quamdiu successor*

<sup>104</sup>C.8 q.1 c.9      <sup>105</sup>C.7 q.1 c.35      <sup>106</sup>C.19 q.2  
c.2      <sup>107</sup>Cf. SL C.7 q. 1 c. 45 v. *Hoc nequaquam usque reuerti*      <sup>108</sup>Ps 101      <sup>109</sup>Ps 101,4; cf.  
Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, PL 37.1297      <sup>110</sup>2 Cor 11,29

- illi qui scandalizantur in fide. *Frixorium*, idest pena. *Tantum enim frigitur*,  
 280 idest punitur bonus quantum diligit; nam quanto maiorem caritatem quis  
 habet tanto magis de peccato delinquentis conteritur, affligitur et ingemiscit.  
 Vsque Abel esse renuit quem Caini malitia non exercet, idest non potest Abel in  
 patientia simulari qui Cain, idest mali, non uult malitiam tolerare. Qui enim  
 285 malos non tolerat ipse sibi per impatientiam testis est sue iniquitatis, ut infra  
 C.xxiii. q.i. Hec<sup>111</sup>. Vsque maius malum in separatione bonorum committimus  
 quam in coniunctione malorum fugimus, idest magis peccamus separando nos  
 a bonis, licet eis sint mali coniuncti quam sit illud malum quod nos fugimus,  
 idest uitare uolumus, ne illud committamus existentes in coniunctione  
 malorum<sup>112</sup>.
- 290 49. *Ibi adunati usque mortem timuisse*. Subaudi uoluntate; rationis timuit,  
 tamen eam et exhorruit uoluntate sensualitatis.

## &lt;Q. II&gt;

§ Quod autem.

2. *Nuper Foropopulensis usque quod ne scandalum fidelibus*. Hinc collige  
 ratione uitandi scandali aliqua esse omittenda, C.xviii. q.ult. Diffinimus<sup>113</sup>,  
 5 d.l. De hiis uero<sup>114</sup>, C.xviii. q.ult. Monasteria<sup>115</sup>, C.ii. q.iii. Presbiter<sup>116</sup>, C.xx.  
 q.ult. § ult.<sup>117</sup>, C.xxxiii. q.v. Quod Deo<sup>118</sup>. Vsque uoces dedisse confusas et  
 spumam ore iactasse. Per hoc enim presumit canon eum esse epilepticum.  
 Vnde hinc potest colligi quod per extrinseca intrinseca cognoscuntur, ut  
 C.xxxi. q.ii. Si uerum<sup>119</sup>, C.xxvii. q.i. c.iii.<sup>120</sup>, d.l. Si quis prepostera<sup>121</sup>, d.l.  
 10 Si quis diaconus<sup>122</sup>, C.xxvi. q.iii. Sciendum<sup>123</sup>, C.xxvi. q.vii. De hiis uero<sup>124</sup>.

279 fide] sunt add. Lr Ba A Rc ] sunt debiles add. Lp 280 quanto maiorem] quantam  
 Lr 281 de om. Lr Lp affligitur et ingemiscit om. Lr 282 Abel] Abhely  
 La ] Abeli A P 283 simulari] similari A mali] boni A 290 Ibi ]  
 Vbi A mortem] minor te Ba 291 tamen - exhorruit om. P

## &lt;Q. II&gt;

3 Foropopulensis om. R quod om. A 4 uitandi om. Ba omittenda] ut arg. add. A  
 6 q.v.] q.iii. A 7 epilepticum] epilepticum A 8 Vnde om. P ut] infra arg. add. A  
 10 xxvi<sup>1</sup>] xxviii R xxvi<sup>2</sup>] xxvii R q.vii] q.vi. Rc

---

<sup>111</sup> C.23 q.4 c.15	<sup>112</sup> Cf. SL C.7 q. 1 p. c. 48 v. <i>Hec ... fugimus</i>	<sup>113</sup> C.18 q.2 c.21	<sup>114</sup> D.50		
c.34	<sup>115</sup> C.18 q.2 c.17	<sup>116</sup> C.2 q.5 c.5	<sup>117</sup> C.20 q.4 p.c.3 § 2	<sup>118</sup> C.33 q.5 c.4	<sup>119</sup> C.31
q.2 c.1	<sup>120</sup> C.27 q.1 c.3	<sup>121</sup> D.50 c.27	<sup>122</sup> D.50 c.29	<sup>123</sup> C.26 q.3-4 c.2	<sup>124</sup> C.26 q.6 c.9

Vsque *numquam contigisse dicatur*. Hinc collige quod ubi aliquis de enormi crimen habetur suspectus, licet deficiente accusatore mala fama non subsit, cogitur tamen seipsum purgare<sup>125</sup>, supra d.xxi. c.ult.<sup>126</sup>

---

11 Vsque - 13 purgare *om.* R      12 non] uero La      13 supra - ult. *om.* Lr

---

<sup>125</sup>Cf. SL C.7 q. 2 c. 2      <sup>126</sup>D.31 c.14

## &lt;CAVSA VIII&gt;

*Quidam episcopus agens in extremis etc.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem episcopus.* Quid iuris sit circa presentem articulum, quid debeat tenere et in subiectis allegationibus ponitur et in primo paragrapho declaratur. Vnde cum dictum sit: actum ne agas et expositum ne exponas<sup>1</sup>, 5 ad sequentia exponenda transimus.

6. *Moises usque potuit.* Hinc uolunt quidam colligere quod non semper fuit illicitum aliquem sibi eligere successorem, cum Moises hoc uisus fuerit facere potuisse. Et hec est quorundam opinio. Alii uero dicunt hoc numquam fuisse licitum, nec etiam Moises hoc potuit facere et sic exponunt quod hic 10 dicitur: Moises potuit, si quis potuit, quasi si aliquis hoc posset et Moises qui talis et tantus erat, hoc potuisset. Vel potuit de facto, prout credebatur, uel de iure hoc potuit, quia nondum fuerat interdictum. Postposuit tamen ne esset perniciosum exemplum. Vsque *eligitur*. Non a Moise sed a Deo, ut infra e. q. Licet<sup>2</sup> et infra e. q. Si ergo<sup>3</sup>. Alioquin si eum Moises elegisset, non

2 *Quidam om. A R<sup>c</sup> R P episcopus om. A R P agens*] Quidam episcopus agens in extremis, adhuc uiuens successorem sibi querit duobus de causis uel ut eo uiuente successor possideat uel ut post mortem eius locum eius habeat. De prima successione qualiter fieri debeat in superiori Causa perdocuit. De secunda qualiter esse uel non esse ualeat in presenti Causa distinguit ubi interponit de episcopali electione qualiter nec carnaliter fieri nec omnino spontanee debeat suscipi, quomodo qui aliis prefertur in dignitate preesse eis debeat in uita, quod sacramentum pro indemnitate ecclesie ante electionem non sit faciendum. Ut autem hec omnia manifestius eluescant ponit thema et de themate educit questionem dicens add. **Ba** (Cf. *Summa Rufini*, ed. Singer p. 295) *in extremis etc. om. Ba*

## &lt;Q. I&gt;

2 *episcopus om. La Quid*] autem add. **Ba R articulum**] et add. **A La R<sup>c</sup> R P**  
 3 *debeat*] lector add. **Ba A La R<sup>c</sup> R P et<sup>1</sup> om. R ponitur om. R** 4 *Vnde*]  
*Vsque Lp actum*] acta **A R ne agas] negas **Lr Lp<sup>ac</sup>** 10 *Moises<sup>1</sup>*] hoc add.  
**Ba A La R<sup>c</sup> R P aliquis**] quis **A 11 Vel**] Et **Ba de facto**] dum fecit **Lr om. R**  
*prout*] uel potuit *praem.* **Lp<sup>pc</sup> Ba A La R<sup>c</sup> P 13 eligitur**] Subaudi add. **Lp<sup>pc</sup> Ba A La R<sup>c</sup> R**  
 14 *infra*] prima **C. R si eum**] enim si **R****

<sup>1</sup>Cf. PL 23, 518. Hieronymus Stridonensis, Dialogus adversus Pelagianos, c. 24. Deus potest servare hominem sine peccato. Nugaris, nec meministi illius proverbi : « Actum ne agas ; et in eodem coeno volutaris, immo laterem lavas » <sup>2</sup>C.8 q.1 c.15 <sup>3</sup>C.8 q.1 c.16

15 ad propositum faceret neque ad hoc ad quod Magister inducit, sed potius  
in contrarium. Dicitur eum Moises elegisse quia electionem a Deo factam  
populo manifestauit. Et dicitur frequenter res fieri cum innotescit quod  
fit<sup>4</sup>, sicut habetur in Apostolo super illum psalmum: 'propter quod et Deus  
exaltauit illum et dedit ei'<sup>5</sup> etc. ubi dicit auctoritas quod propter meritum  
20 passionis dedit Pater Filio nomen et honorificentiam quod uocaretur Deus,  
non quod ante hoc non haberet, sed potius ideo quia hoc eum habere tunc  
prius innotuit. Vsque *etiam ut deteriora taceam*. Dicit rem se tacere quam  
tamen exprimit et est color rhetoricus qui dicitur occupatio<sup>6</sup>. Vel forte hoc  
ideo dicit quia magis est horribile per se committere simoniam quam si  
25 simoniace aliquid alicui proueniret. Nam si quis per se ordines emeret, sine  
dispensatione deponitur, ut supra C.i. q.v. c.i.<sup>7</sup> et C.i. q.i. Erga simoniacos<sup>8</sup>.  
Qui uero promouetur simoniace, si eo ignorante data sit pecunia, ex  
dispensatione poterit in emptis ordinibus tolerari, ut supra C.i. q.v. c.ult.<sup>9</sup>

8. *Olim usque eius nomen*, idest Christi, ut a Christo christiani, non a  
30 Petro petrini uocarentur. Vsque *qui electus ab ecclesia*. Hinc collige quod si  
quis eligitur ab ecclesia, cum sciat se dignum, peccat si non accipit curam  
regiminis ut ecclesie possit proficere<sup>10</sup>.

9. *In scripturis usque mortui sunt*, idest pro Christi fide defendenda se  
debent opponere morti<sup>11</sup>. Nam propheta dicit: 'quid retribuam Domino  
35 pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutarem'<sup>12</sup> etc. Vsque *qui  
ualet omnipotentis Dei oues renuit pascere*. Et hinc similiter potest colligi  
quod si quis dignum se nouit, peccat mortaliter si inuitatus ad ordinem  
episcopatus suscipere curam et onus subterfugit. Vsque *si enim*. Probat

15 faceret om. Lr Lp<sup>ac</sup> neque] nec Ba A La Rc R ] eius *praem.* R ad<sup>1</sup>] ob Ba  
ad<sup>2</sup> om. Lp Ba quod] aliquod Lr om. Ba 16 Dicitur] tamen add. Ba A La Rc R P  
17–18 quod fit] que facit Lp 18 in Apostolo] appellatione Lp psalmum] locum Ba  
A La Rc R ] locum psalmi P 19 etc.] nomen quod est supra omne nomen Ba A La Rc P ]  
nomen etc. R ubi] usque Lr Lp 20 quod<sup>1</sup>] ut Lr Lp 22 prius] primo A La Rc P  
23 tamen om. R dicitur] nuncupatur Ba A La Rc R P occupatio] hic cupacio R  
24 se] semetipsum Ba ] ipsum add. A La Rc R P 26 supra] infra Lr Lp C.i.<sup>2</sup>] C.e. A  
27 promouetur] promouentur A 28 emptis] episcopalibus Lr Lp ] ipsis Ba 30 qui]  
nisi P 31 accipit] accipiat A 33 scripturis] scriptis F 34 retribuam] tribuam Ba  
35 que - michi] etc. Lr salutarem] accipiam add. Ba A La Rc R P etc. om. A R  
37 si] sed A ordinem] regimen Ba A La Rc R P

<sup>4</sup>Is 45,23 Cf. D.96 c.10 n.913; C.11 q.3 c.46 n.173. <sup>5</sup>Ph 2,9 <sup>6</sup>Seu praeteritio, idest figura  
rhetorica omissionis. <sup>7</sup>C.1 q.5 c.1 <sup>8</sup>C.1 q.1 c.110; cf. SL C.8 q. 1 c.6 <sup>9</sup>C.1 q.5 c.3

<sup>10</sup>Cf. SL C.8 q.1 c.8 v. *contempnitur* <sup>11</sup>Cf. SL C.8 q.1 c.9 v. *mortui sunt* <sup>12</sup>Ps 113, 12-13;  
cf. Ir 25,17

- per similitudinem quod debeant propter religionem communi utilitati  
 40 postponere otium. Vsque se per altaris *calculum*. Hoc tunc factum legitur  
 quando de immunditia labiorum Isaias conquerebatur, uolauit ad eum unus  
 de Seraphim et accepto calculo de altari cum forficibus mundauit labia  
 prophete<sup>13</sup>. Calculus significat caritatem, forfices caritatis duo precepta, Dei  
 scilicet et proximi<sup>14</sup>.
- 45 10. *Sciendum usque si de suo.* Hoc uerbum in mala parte frequenter ponitur  
 et tetris litteris solet scribi, ut supra C.iii. q.vii. Iudicet<sup>15</sup>. Ex diuersis tamen  
 adiunctis uariam habet et recipit significationem ut in hoc c. potest denotari.  
 Vsque ex aduerso ergo, idest a contrario uitio. Et nota quod per contrariorum  
 deprehensionem contraria commendantur et econuerso<sup>16</sup>.
- 50 11. *Qui episcopatum desiderat,* non ut inde presit et potentior efficiatur;  
 nam hoc est confusionem inuenire, ut supra d.xl. Multi<sup>17</sup>, sed potius ut inde  
 prosit ecclesie, ut supra C.i. q.i. Non est putanda<sup>18</sup>. Vsque *nomen est operis*,  
 secundum primam institutionem et nominis etimologiam. Hodie uero et  
 nomen dignitatis esse uidetur, ut supra d.xciii. Legimus<sup>19</sup> et infra e. q. Illud  
 55 inferendum<sup>20</sup>.
12. *Oportet usque pro ingenio.* Vnde Apostolus: 'non potui uobis loqui  
 quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus'<sup>21</sup>.
13. *Clemens usque singulos releua.* Hinc collige episcopus potius de  
 mansuetudine quam de rigore debere clericos iudicare, d.xlv. Licet<sup>22</sup>,  
 60 C.xxxv. q.ix. Veniam<sup>23</sup>, C.xxvi. q.ult. Alligant<sup>24</sup>, d.lxxxvi. Non satis est<sup>25</sup>, d.l.

---

39 propter om. R propter religionem ] religiosi Ba A La Rc P 41 conquerebatur ]  
 loquebatur La 42 cum forficibus om. Lp forficibus ] forcipibus Lr 43 Calculus ]  
 autem add. Ba A La Rc R P significat ] significabat Ba A La Rc P forcipes ] forcipes Lr ]  
 forlices Lp ] forceps R ] uero add. A Rc R ubi due erant partes add. Ba A La Rc R P caritatis ]  
 uero *praem.* R precepta ] quia nimirum qui ad predicandum mittitur precepto gemine  
 caritatis debet esse munitus add. Ba A La Rc R P 46 Iudicet ] Videlicet Lr Lp<sup>ac</sup> 47 habet  
 et om. Lr Lp<sup>ac</sup> 48 ex aduerso ] diuersos Lr Lp<sup>ac</sup> 48–49 contrariorum deprehensionem ]  
 contraria dispensationem Lp 50 episcopatum ] non add. Lr Lp presit ] possit R et  
 - 51 potius om. R (*omoio.*) efficiatur ] appareat Ba A La Rc P 51 inuenire ] in celo  
 add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La Rc P 52 prosit ] possit R 58 usque ] per add. A episcopus ]  
 episcopos A 59 iudicare ] ut arg. add. A

---

<sup>13</sup>Cf. Is 6,6-7

<sup>14</sup>Cf. SL C.8 q.1 c.9 v. *calculum*

<sup>15</sup>C.3 q.7 c.4

<sup>16</sup>Cf. SL C.8 q.2 c.10

<sup>17</sup>D.40 c.12

<sup>18</sup>C.1 q.1 c.27

<sup>19</sup>D.93 c.24

<sup>20</sup>C.8 q.1 c.20 ; Cf. SL C.8 q.1 c.11 v. *Qui*

*episcopatum desiderat, nomen est operis*

<sup>21</sup>1 Cor 3,1; Cf. SL C.8 q.1 c.12

<sup>22</sup>D.45 c.4

q.9 c.5

<sup>24</sup>C.26 q.7 c.12

<sup>25</sup>D.86 c.14

<sup>23</sup>C.35

Ponderet<sup>26</sup>; contra d.lv. Priscis igitur<sup>27</sup>, d.lxxvii. c.ultr.<sup>28</sup>, C.i. q.ultr. Exigunt<sup>29</sup>, C.i. q.vii. Donatum<sup>30</sup>.

14. *Qui uos usque Apostoli lege contempta, illa scilicet in qua Apostolus docuit qualis esse debeat eligendus*<sup>31</sup>.

65 15. *Licet ergo usque et Dominus elegisset.* Hinc collige solutionem illius capituli Moises, supra, ea q.<sup>32</sup>, ut faciat pro ea parte pro qua Magister introducit. Non eum ipse elegit, sed Dominus. Vsque *attestante populo*. Hinc collige quod si quis uult aliquem accusare de hiis que facta sunt publice in ecclesia, non debet audiri nisi forte probauerit se publicationis tempore non fuisse presentem, d.liiii. Nulli<sup>33</sup>, d.lxxxvi. Si expositus<sup>34</sup>, C.xi. q.iii. Cure sit<sup>35</sup>, C.xii. q.ii. Qui et humanis<sup>36</sup>. Vsque *testimonium*, idest famam bonam ut sic per eum facilius infideles conuertantur; nam aliquando propter prelatorum austeritatem et uitam minus honestam mali conuerti recusant, ut infra C.xvi. q.iii. Placuit<sup>37</sup>.

75 16. *Si ergo usque moueri solet.* Hinc collige quod etsi mala quedam non sint, quia tamen mala esse solent, sunt uitanda, C.xvi. q.ii. c.i.<sup>38</sup>, d.xxviii. De Siracusane<sup>39</sup>, d.xcviii. Transmarinos<sup>40</sup>, C.xxxi. q.ii. § i.<sup>41</sup> Vsque et *dabis claritatem tuam*, idest clarum et nitidum eum facies apparere ipsum populo commendando. Vel de claritate illa hoc potest intelligi quam Moysi Dominus dederat in facie quod non poterant filii Israel in eum intendere pre nimia claritate<sup>42</sup>. Vnde et uelum ante faciem suam legitur habuisse quod dicitur huic dedisse per manus impositionem. Vsque *propinquis agrorum et prediorum*

61 Ponderet] unus add. Lp A La Rc R P contra om. Lr igitur] pro sua add. Lp A La Rc R P 62 q.vii.] q. ult. A 63 Qui] Quod Lp ] Quos A usque] uersus Ba Apostoli] apostolici Lr Lp illa om. Lr ] illi Ba in qua] quibus Ba Apostolus] apostolicus Lr Lp 67 introducit] d. lxxxvi Si expositus (c.9), C.xi. q.iii. Cure sit (c.20), C.xii. q.ii. Qui et humanis (c.24) add. R eum] enim A La Rc R P attestante populo] /// R 68 facta sunt] sunt /// R 69 non om. Ba publicationis] publice communionis Ba non om. R 70 presentem] qui enim solempniter rei gestae eam potius rescindere add. Lp d.liiii.] ut supra arg. *praem.* A liiii.] liii. A lxxxvi] lxxxvii A La Rc P di. lxxxvi - 71 humanis om. R 76 uitanda] ut arg. add. A 79 Vel] Et A 81 habuisse] superposuisse Ba] sibi posuisse A La Rc R P quod] quam Lr

<sup>26</sup>D.50 c.14; cf. SL C.8 q.1 c.13      <sup>27</sup>D.55 c.1      <sup>28</sup>D.77 c.9      <sup>29</sup>C.1 q.7 c.18      <sup>30</sup>C.1 q.7 c.20      <sup>31</sup>Cf. Tt 1,7-9; 1 Tm 3,1-7; 8-13; 2 Tm 2,24      <sup>32</sup>C.8 q.1 c.6      <sup>33</sup>D.54 c.2      <sup>34</sup>D.87 c.9 <sup>35</sup>C.11 q.3 c.20      <sup>36</sup>C.12 q.2 c.24      <sup>37</sup>C.16 q.3 c.15; cf. SL C.8 q.1 c.15 v. *attestante populo*, *testimonium*      <sup>38</sup>C.16 q.2 c.1      <sup>39</sup>D.28 c.13      <sup>40</sup>D.98 c.2      <sup>41</sup>C.31 q.2 a.c.1      <sup>42</sup>Cf. Nm 27,20; Ex 34,29-35

85 *relinquatur*. Hinc collige clericos non posse paterne hereditatis possessionem petere cum in locum filiorum Leui successerunt qui solis decimis erant contenti<sup>43</sup>, C.xii. q.ii. § De rebus<sup>44</sup>, C.xii. q.i. Clericus<sup>45</sup>, C.xii. q.i. Cui portio<sup>46</sup>; C.xviii. q.i. c.i.<sup>47</sup>, C.xviii. q.ult. Si qua<sup>48</sup>, C.xviii. q.ult. § ult.<sup>49</sup>

18. *Audacter*. Hoc ideo dicit quia audacia est dicere aliquid quod ad Dei impotentiam pertinet, infra C.xxxii. q.v. Si Paulus<sup>50</sup>. Vsque *talis ecclesie iudex datur*. Hinc collige solutionem illius uerbi 'pro meritis subditorum disponitur a Deo uita rectorum', ut supra C.ii. q.vii. c.i.<sup>51</sup>, non quod pro meritis aliquorum aliquis fiat malus sed pro meritis malis subditorum permittit Deus eis malum perfici, ut Bur. lib. xv. A merito<sup>52</sup>.

19. *Sunt usque et propter hoc seruitur Deo*. Subaudi tantum uel principaliter; nam secundario pro temporalibus ei tenemur gratias agere quibus ei obligati sumus<sup>53</sup>.

20. *Illud usque se magis*, idest tantum non aliquam uirtutem consecutos. Hinc collige quod eo ipso hilarescit alicuius opinio quod ad dignitatem episcopalem eligitur, sicut econuerso grauatur alicuius opinio cum contra ipsum accusatio constituitur, ut supra d.lxxxxi. Tantis<sup>54</sup>, supra C.i. q.iiii. Tam itaque<sup>55</sup>.

21. *Qualis erit edificatio*. Et nota quod non notatur hic bonus prelatus licet habeat subditos se meliores. Vsque *meliores laicos esse*, idest laicos bonos esse et clericos malos<sup>56</sup>.

23. *Quid autem usque cum possitis*, non de iure sed probabili obiectione. Non ideo minus peccauerunt laici delinquentes, licet uideant clericos peccare. Vsque *quomodo enim*. Hoc non impossibilitatem correptionis ponit

83 *relinquatur*] *hereditas add.* Ba A Rc R P possessionem] partem Ba A La Rc P ] iura R 85 contenti] ut arg. add. A q.ii.] q.i. A xii.<sup>3</sup>] xvi. Lp Cui] Qui Lr 86 portio;] contra add. A La Rc P 87 dicit om. Lr 90 disponitur] deponitur Lr Lp a Deo om. Lr Lp<sup>ac</sup> uita om. Lr supra om. A pro om. Lr Lp 91 sed] si Lp 92 Deus om. Lr Lp A merito] Qui intra Lr] Qui in terra sunt Lp] Aiunt A 97 quod<sup>1</sup> - alicuius om. Lr alicuius om. Lp opinio om. Lp 99 constituitur] instituitur Ba A La Rc R P 101 erit] enim R 102 esse, idest laicos om. R 103 et] super Lr clericos] esse add. Lp<sup>pc</sup> Ba Rc R 105 Non] enim add. Ba A La R P peccauerunt] peccant A La Rc

43Cf. Lv 18,20-21; 35 44C.12 q.1 p.c.25 45C.12 q.1 c.5 46C.12 q.1 c.6; cf. SL C.8 q.1 c. 16 47C.18 q.1 c.1 48C.19 q.3 c.9 49C.19 q.3 c.9 § 1 50C.32 q.5 c.11; cf. SL C.8 q.1 c. 18 v. *audacter* 51C.2 q.7 c.1 52Bur. 15.38; PL 140.905 53cf. SL C.8 q.1 c. 19 v. *Sunt usque propter hec seruire Deo* 54D.81 c.3 55C.1 q.4 c.8 56cf. SL C.8 q.1 c. 21 v. *meliores*

sed potius libertatem tollit quod est dicere qua fronte possum peccantes corripere cum tacitus ipse michi respondeam eadem me commisise que corrigo, ut supra d.xxv. Primum<sup>57</sup>.

## &lt;Q. II&gt;

§ Quod autem.

1. *Illud quoque usque premiorum.* Hic solent quidam querere, cum simonia tribus modis dicatur, a manu, ab obsequio, a lingua, ut supra C.i. q.i. Sunt nonnulli<sup>58</sup>, quare ergo cum pretio uel obsequio interuenientibus pro iusto etiam eum simoniacum faciant, ut hic dicitur et supra C.i. q.i. Quibusdam<sup>59</sup>. Diuersitatis autem hec esse poterit ratio, quia pecunia loco pretii solet interuenire. Vnde uidetur ibi fieri commercium et ex hiis accipientibus prouenit emolumumentum. In precibus autem porrectis nichil acquiritur cui preces funduntur<sup>60</sup>.
2. *Dilectissimi usque tanto nunc subtiliter.* Hinc collige quod quanto res maior est et quanto dignior tanto subtilius est indaganda, ut infra C.xxxv. q.vi. De parentela<sup>61</sup>. Et hoc est contra eos qui asserunt propter fauorem matrimonii admittendas esse seruiles et infames personas, supra C. prox. q.iii. c.ul.<sup>62</sup> Item collige ante subscriptionem clericos eligentes posse mutare propositum. Postea uero nequaquam, ut supra d.iii. In istis<sup>63</sup> et infra C.xxvi. q.i. Omnes<sup>64</sup>.

107 possum] possunt R

peccantes] delinquentे R

108 tacitus] taciturnus Lp

michi om. Lr Lp

## &lt;Q. II&gt;

3 quoque] quid Lr Lp La ] quidem F usque om. Lr Lp La premiorum om. La  
 querere] primum add. R 4 dicatur] contrahatur Ba A La R P ] scilicet add. A La Rc  
 P supra] infra Lr Lp om. Ba 6 dicitur et] supra c. i. q. et preces pro iusto oblate  
 non faciant (faciunt R) simoniam ut add. Ba La Rc R P q.i. om. A 7 autem] etiam  
 Lp pecunia] uel obsequium add. Rc 8 uidetur] uideretur A 9 acquiritur]  
 neque add. Lp] acquirit is A La P 10 funduntur] Item hinc collige ante subscriptionem  
 clericos eligentes posse mutare propositum, postea uero nequaquam, ut supra d.iii. In istis  
 (c.3) et infra C.xxvi. q.i. Omnes (C.28 q.1 c.14) add. A (et omittit infra c.2) 11 Dilectissimi]  
 Dilectissimus R tanto om. R res] causa Ba 12 quanto om. A Ba La Rc R P  
 13 asserunt] quod add. Lp 14 matrimonii om. Lp admittendas] ibi add. A La Rc  
 15 Item] hinc add. Ba La Rc R P Item - 17 Omnes om. A

<sup>57</sup>D.25 c.6      <sup>58</sup>C.1 q.1 c.114      <sup>59</sup>C.1 q.1 c.117      <sup>60</sup>Cf. SL C.8 q.2 c.1      <sup>61</sup>C.35 q.6 c.8; cf.  
 SL C.8 q.2 c.2 v. tanto nunc subtiliter      <sup>62</sup>C.8 q.3 c.2      <sup>63</sup>D.4 c.3      <sup>64</sup>C.27 q.1 c.36

## &lt;Q. III&gt;

§ *Quod autem.*

Et nota quod ante electionem ratione est prohibitum sacramentum inferre, quia uidetur quod ius aliquod sibi uelit aliquis acquirere quod antea non habebat. Que tamen presumptio electione facta locum non habet, ut C.iii. q.ii. c.ii.<sup>65</sup> Facta uero electione et non confirmata, simoniacum est iuramentum huiusmodi prestare clericis nisi a maiore hoc facere compellatur, ut supra d.xxviii. De Siracusane<sup>66</sup>, nisi in cautionis nomine scriptura intelligatur.

1. *Talia quidem usque de memorati uiri testimonio.* Hinc collige unius honeste 10 persone testimonio esse credendum<sup>67</sup> uel ad fidem uel ad presumptionem faciendam, contra C.xxxiii. q.ii. Admonere<sup>68</sup>, C.iii. q.iii. § Inter<sup>69</sup>, C.ii. q.v. § i.<sup>70</sup>, C.ii. q.iiii. Placuit<sup>71</sup>; arg. d.lxxxvi. Tanta<sup>72</sup>, d.xcvii. c. ult.<sup>73</sup>, C.xxxi. q.ii. Si uerum<sup>74</sup>, C.xx. q.iii. Presens<sup>75</sup>, C.xi. q.i. Quicumque<sup>76</sup>.

## &lt;Q. III&gt;

3 rationale] ideo Ba A La Rc R P est prohibitum] prohibitur R inferre] prestare Ba A La Rc R P 5–6 C.iii. q.ii. c.ii.] in secundo cap. A La Rc R P 6 confirmata] confinata A iuramentum] sacramentum P 7 a maiore] amore Lp 8 xxviii] xxix A 9 quidem om. Ba ] quod Rc de memorati] memorasti Lp uiri om. Lp uiri - 10 persone om. Lr Hinc - 10 testimonio om. Lp collige] colligitur A 10 esse] non praem. Lr Lp 11 faciendam] ut supra add. A contra om. R 12 q.iiii] q.v A

<sup>65</sup>C.3 q.2 c.2    <sup>66</sup>D.28 c.13    <sup>67</sup>Cf. SL C.8 q. 3 c.1 v. *testimonio dubitare non possumus*    <sup>68</sup>C.33

q.2 c.8    <sup>69</sup>C.4 q.3 c.3 §1    <sup>70</sup>C.2 q.5 c.1    <sup>71</sup>C.2 q.4 c.1    <sup>72</sup>D.86 c.24    <sup>73</sup>D.97 c.3

<sup>74</sup>C.31 q.2 c.1    <sup>75</sup>C.20 q.3 c.4    <sup>76</sup>C.11 q.1 c.35

## &lt;CAVSA IX&gt;

*Sententia excommunicationis. Quidam archiepiscopus notatus.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod ordinatio.*

4. *Ab excommunicatis quondam.* Hoc ideo addit quia si numquam fuissent catholici ab eis ordinati nichil accepissent, ut supra C.i. q.ult. Daibertum<sup>1</sup>.  
 5. Vsque simoniacos non fuisse constiterit. Tunc enim in odium ipsorum ordinati ab eis deponentur quod frequenter contingit, ut supra d.lxx. c.i.<sup>2</sup> Vsque nisi necessitas, que quidem legem non habet<sup>3</sup>, ut infra de con. d.i. Sicut non alii<sup>4</sup>. Et nota quod sunt illa que dispensationem fieri suadent. 'Maxima' uero dicit ideo quia tolerari potest quis mediocri necessitate urgente, promoueri  
 10 autem non nisi maxima, ut supra C.i. q.ult. Conuenientibus<sup>5</sup>.
5. *Ordinationes usque irritas esse iudicamus.* Et hoc uerum est si isti non fuerint catholici, quo casu erit ordinatio talium irrita, quoad ordines. Si uero fuerunt catholici erit ordinatio irrita quoad exsecutionem. Vsque eos nescisse dampnatos. Hinc collige quod qui pretendit ignorantiam eam probare  
 15 tenetur, C.i. q.i. Si quis<sup>6</sup>, C.iii. q.viii. Indicas<sup>7</sup>, d.lxxxii. Proposuisti<sup>8</sup>.
6. *Nos in hominem usque nulla prebemus ratione consensum*, scilicet ad confirmationem electionis. Vnde hinc potest colligi quod in confirmatione

2 *Sententia om.* A R P

*Quidam-notatus om.* Ba A La Rc R P

<Q. I>

2 *Quod*] autem add. Lr Lp      3 *quondam om.* R      4 Daibertum] Taibertum A      7 d.i.]  
 d.c. A      8 *quod*] hec add. A La Rc R P      9 urgente] ut supra C.i. q.ult. c. Etsi illa  
 (q.7 c.23) add. Rc      12 quo - 13 catholici *om.* R (*omoio.*)      erit] esset Lp talium *om.* Ba  
 quoad - 13 irrita *om.* Lr Lp (*omoio.*)      13 fuerunt] fuerint A      14 *nescisse*] necesse esse  
 Lr] necesse est esse Lp      qui *om.* Lr Lp      15 tenetur] debet R] ut arg. add. A      quis]  
 canonicus add. Ba<sup>pc</sup> P      indicas] contra add. Lp Ba A La Rc P      lxxxii. Proposuisti]  
 lxxiii. Salonitane (D.63 c.24) Lr Lp<sup>ac</sup>      Proposuisti] contra add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La Rc P  
 16 *prebemus*] prohibemus Lr Lp etiam add. Ba      16-17 ad confirmationem] confirmationis  
 Ba      17 confirmationem electionis] confirmandam electionem A      confirmatione] et  
 consecratione add. Ba A La Rc R P

<sup>1</sup>C.1 q.7 c.24      <sup>2</sup>D.70 c.1      <sup>3</sup>Cf. Regula iuris X 5.41.4: 'Quod non est licitum lege, necessitas facit licitum'. Cf. Bur 3.58; PL 140.658; Ivo Carnotensis, *Decretum*, PL 161.177; PL 161.211. Cf. De con. D.1 c.1 n. 8 et n. 67.      <sup>4</sup>De cons. D.1 c.11      <sup>5</sup>C.1 q.7 c.4; cf. SL C.9 q.1 c.4      <sup>6</sup>C.1  
 q.1 c.59      <sup>7</sup>C.3 q.9 c.14      <sup>8</sup>D.82 c.2; cf. SL C.9 q.1 c.5 v. *Ordinationes*

archiepiscopi desideratur consensus summi pontificis, arg. d.lxiii. Quanto<sup>9</sup>, d.lxiii. Salonitane<sup>10</sup>.

<Q. II>

§ *Quod autem.*

1. *Nullus usque iudicare.* Subaudi inuitum. Nam si uoluerit quis in extraneum consentire, per consensum faciet suum, ut supra C.iii. q.vi.
- 5 Pulsamus<sup>11</sup> et hoc in causa pecuniaria. In criminali causa nec etiam uolens potest iudicari a non suo iudice, ut supra C.iii. q.vi. Non liceat<sup>12</sup>, C.ii. q.i. Imprimis<sup>13</sup>.
3. *Nullus usque quomodo iudicabit.* Hinc collige quod cui maius non conceditur nec minus concessum esse uidetur, C.xvi. q.ii. c.i.<sup>14</sup>, d.xcv. Illud<sup>15</sup>.
- 10 6. *Nullum usque non solum a metropolitano.* Et tunc intelligitur cum de extranea prouincia episcopus inuitatur, quod tamen sub magna cautela debet fieri ne termini prouinciarum confundantur. Si uero de eadem prouincia fuerit, a solo episcopo poterit inuitari ut in sequenti c.<sup>16</sup> Vsque *inania erunt omnia que gessit*, excepta altaris consecratione, ut supra C.vii.
- 15 15 q.i. Episcopus in diocesi<sup>17</sup>. Vsque *et propter huiusmodi presumptionem*, idest temeritatem. Interdum enim presumptio pro suspicione accipitur, ut infra C.xi. q.i. Si quis clericorum<sup>18</sup>.
7. *Episcopum usque nullatenus*, ergo nec ipso uolente nisi a maiori iudice ei fuerit delegatum, in quo casu poterit iudex delegatus deponere, ut in Extra.

---

<sup>18</sup> arg.] ut *praem. A*

<Q. II>

4 faciet] eum add. **Ba A La Rc P**] esse add. **R** 5 Pulsamus] Pulsatus **A La P F** causa<sup>2</sup>] uero **Ba A La Rc R P** 6 a non suo iudice] ante suum iudicem **Lr Lp** 8 **Nullus**] *episcopus* add. **Lp** maius] magis **R** 9 conceditur] committitur **Lp** nec] hoc **P** uidetur] ut supra add. **A** Illud] in Institutionibus lib. i. tit. quibus (1.22.1) add. **Ba A La Rc P** 10 *non solum om. R metropolitano*] *concesso R* Et] hoc add. **A La Rc R P** 14 *gessit*] *gesserunt A* 15 *Episcopus om. Ba huiusmodi*] *huiuscemodi A* 15–16 idest temeritatem *om. R* 16 enim] tamen **Ba A La Rc P** presumptio] transumptio **R** 17 quis] autem add. **Ba** 18 ipso] episcopo **A** 19 casu] eum add. **A La Rc**

---

<sup>9</sup>D.63 c.10; cf. SL C.9 q.1 c.6 <sup>10</sup>D.63 c.24 <sup>11</sup>C.3 q.6 c.3 <sup>12</sup>C.3 q.6 c.14; cf. SL C.9 q.2 c.1 <sup>13</sup>C.2 q.1 c.7 <sup>14</sup>C.16 q.2 c.1 <sup>15</sup>D.95 c.3; cf. SL C.9 q.2 c.3 <sup>16</sup>C.9 q.2 c.7 <sup>17</sup>C.7 q.1 c.28 <sup>18</sup>C.11 q.1 c.25; cf. SL C.9 q.2 c.6

20 c. Quamuis<sup>19</sup>.

10. *Lugdunensis usque si tamen uitam eorum probabilem.* Hinc collige uitam preteritam ualere ad impetrandam ueniam delictorum, arg. C.i. q.i. Si quis a simoniacis<sup>20</sup>, C.ii. q.i. In primis<sup>21</sup>, d.lviii. Si officia<sup>22</sup>. *Vt tibi nunc placeam si placuisse prius.* Hinc etiam potest colligi quod dispensatio canonis conceditur episcopo facienda, ut supra C.i. q.v. c.ult.<sup>23</sup> et in Extra. c. Licet<sup>24</sup>. *Quod sanctus uir omnino non fecisset.* Hinc collige quod propter personam agentis presumitur aliquid esse honestum, d.xxxvii. Qui de mensa<sup>25</sup>, C.vii. q.i. Omnis qui<sup>26</sup>, C.xii. q.i. Expedit<sup>27</sup>. Vsque si ei detrimentum fore perpenderet. Forte hoc ideo dicit quia nondum editi fuerant canones in quibus hoc fuit interdictum. Vel ideo excommunicatus fuit iste quia non gerebat in animo quod alicuius ius imminueret et furtum non nisi uoluntate committitur, ut in Institutionibus lib. ii., tit. de usucapione § Item si is<sup>28</sup>.

### <Q. III>

#### § Quod archiepiscopus.

1. *Per singulas usque nichil autem,* de hiis que ad statum prouincie spectant uel de sacerdotum depositione.
- 5 2. *Per singulas usque et prouidentiam gerat omnis regionis que sub ipsis est ciuitate.* Hinc collige quamlibet ecclesiam in diocesi constitutam esse episcopo subiectam, nisi per priuilegium specialiter aliqua sit exempta, ut infra C. prox. q.i. Decretum est<sup>29</sup>. Vnde hoc solum sufficit ad fundandam intentionem episcopo ut probet ecclesiam esse in sua diocesi<sup>30</sup>, ut infra

20 Quamuis] simus add. **Ba** 22 arg.] ut *praem.* **A** 23 *Vt - 24 prius om. F si] sitA*

25 *Quod*] Vsque *praem.* **Ba P** 26 Hinc collige *om. R* 27 honestum] arg. add. **A** C.vii. ]

ut *praem.* **A** 28 *si] hoc Lr ei] eum Lr Lp* 29 nondum] in odium **Lr Lp** editi] edicti **Lp**

30 excommunicatus] excusatus **La Rc P** 31 imminueret] minueret **A** committitur]

inicitur **Rc** ut - si is *om. A* 32 § Item si is *om. Rc* si is *om. Ba* is] qui add. **Lp**

<Q. III>

3 spectant] pertinent **Ba** 5 *regionis*] *religionis* **P** 7 exempta] excepta **A** 8 fundandam]

*fundendam Lr Lp*

<sup>19</sup>1 Comp. 1.21.7 (=X 1.29.6), JL 14156    <sup>20</sup>C.1 q.1 c.108    <sup>21</sup>C.2 q.1 c.7    <sup>22</sup>D.59 c.2    <sup>23</sup>C.1

q.5 c.3    <sup>24</sup>1 Comp. 1.12.1 (=X 1.20.1, De presbytero), JL 14091    <sup>25</sup>D.37 c.11    <sup>26</sup>C.7 q.1 c.26

<sup>27</sup>C.12 q.1 c.13; cf. SL C.9 q. 2 c.10 v. *uitam eorum probabilem, quod sanctus uir*    <sup>28</sup>Inst.2.6.5

<sup>29</sup>C.10 q.1 c.3    <sup>30</sup>Cf. SL C.9 q. 3 c.2 v. *prouidentiam*

10 C.xxviii. q.ii. Quidam monachorum<sup>31</sup> et C.xvi. q.vii. Omnes<sup>32</sup>.

3. *Cum autem simus usque Constantinopolitanis episcopis*, idest primatibus. Et hec expositio confirmatur per quoddam c. quod est in Bur. lib. i. Si autem aliquis<sup>33</sup>. Nam plures sunt ibi primates. Vsque *in ecclesia eius*, idest metropolitani. Vsque *metropolitanis*. Subaudi similiter; dicimus enim hoc  
15 habere locum. Vsque *et in monasteriis*. Hinc collige archiepiscopum posse episcopum eligere inuitis clericis, cum ipsi uel omnino nullum uel malum uolunt eligere, infra C.xviii. q.i. c.ii.<sup>34</sup>

6. *Si autem usque ab omnibus districte corrigatur*. Hinc collige prelatum posse iuste a subditis reprehendi cum concessa potestate abutitur<sup>35</sup>.

20 8. *Conquestus usque prouocauerunt*. Hinc collige clericum non posse postposito episcopo indistincte ad metropolitanum transire nisi cum ad eum appellauerit, quia iudicem inferiorem habet suspectum, C.ii. q.vi. Decreto<sup>36</sup>. Secus est de summo pontifice, ut supra C.ii. q.vi. Ad sedem<sup>37</sup>. Vsque *iudicio tuo*. Quod canonice fieri potest maxime si clericos suspectos habuit, ut infra C.xii. q.ii. De laicis<sup>38</sup>. Vsque *nisi quantum sacri canones*. Hinc collige quod si qua ecclesiastica persona dicit aliquid ad suum officium pertinere non est ei credendum nisi probet per canones hoc sibi licere, C.x. q.i. c.ult.<sup>39</sup>, C.xvi. q.i. Nulli episcoporum<sup>40</sup>, C.xviii. q.ii. Tantum<sup>41</sup>. Vsque *sua priuilegia seruentur ecclesiis*. Priuantur tamen ecclesie suis priuilegiis duabus de causis,  
25 uel propter fauorem alicuius rei, ut supra d.xx. Renouantes<sup>42</sup> uel propter delictum populi, ut infra C.xxv. q.ii. Ita nos<sup>43</sup>.

30 9. <Inscriptio> *Et angelo Ephesi ecclesie scribe*. Hec sunt uerba Apocalipsis<sup>44</sup>.

10 C.xxviii. q.ii. Quidam *om.* Lr Lp xxviii] xviii La Rc R monachorum *om.* Lp  
11 *autem om.* Ba A La Rc R P 12 *hec om.* Ba 13 *autem]* non Lp idest *om.*  
R 14 Vsque] similiter *in add.* Ba A La Rc R P similiter *om.* Ba A La Rc R P enim  
*om.* Ba A La Rc R P 15 Vsque] *Et praem.* A 16 eligere] *etiam add.* A ipsi]  
christiani Lr Lp] *om.* Ba malum] episcopum *add.* Ba 17 uolunt *om.* Lp i.] ii. Rc  
19 abutitur] utitur Lp 20 *prouocauerunt*] *prouocauerint* A 22 suspectum] ut supra  
*add.* A C.ii. - 23 pontifice *om.* Lr Lp (*omoio.*) 23 Vsque *om.* La Rc R P 24 si] suos  
*add.* Lp 25 *nisi*] // Lp 27 ei *om.* Ba A hoc] hic A licere] ut arg. *add.*  
A 28 Tantum] Hic *praem.* Lp<sup>Pc</sup> La Rc R P] Hoc *praem.* A 30 alicuius] alterius A Rc  
32 *scribe om.* Ba Hec - 33 scribit *om.* R (*omoio.*)

<sup>31</sup>C.18 q.2 c.10    <sup>32</sup>C.16 q.7 c.10    <sup>33</sup>Bur. 1.56; PL 140.565    <sup>34</sup>C.18 q.2 c.2; SL C.9 q. 3 c.3 v.

*Constantinopoleos episcopis, monasteriis*    <sup>35</sup>Cf. SL C.9 q. 3 c.6 v. *ab omnibus*    <sup>36</sup>C.2 q.6 c.11

<sup>37</sup>C.2 q.6 c.8    <sup>38</sup>C.12 q.2 c.46    <sup>39</sup>C.10 q.1 c.15    <sup>40</sup>C.16 q.1 c.62    <sup>41</sup>C.18 q.2 c.1

<sup>42</sup>D.22 c.6    <sup>43</sup>C.25 q.2 c.25; cf. SL C.9 q.3 c. 8 v. *prouocauerint, iudicio tuo, sacri canones, sua priuilegia seruentur ecclesiis*    <sup>44</sup>Ap 2,1

9. *Episcopo scribit.* Hec sunt uerba Bede.

9. (p.c.) *Sola enim.* Quasi metropolitanus non potest clericos sui suffraganei  
35 eo inconsulto iudicare. Romana uero sedes etiam episcopis inconsultis hoc potest.

10. *Patet usque a nemine fore retractandum,* nisi a se et hoc si sub conditione sententia lata est, ut infra C.xxxv. q.ix. Apostolica<sup>45</sup> uel a successore iusta de causa.

40 13. *Nemo usque nec a populo iudex iudicabitur,* nisi a fide exorbitauerit, ut supra d.xl. Si papa<sup>46</sup> et in eo casu non aliter hoc potest fieri nisi cum heresim in quam incidit pertinaciter uult defendere, ut infra C.xxiii. q.iii. Dicit<sup>47</sup>.

14. *Aliorum hominum usque sine questione.* Et hoc uerum est de iudicio actionum. In iudicio uero anime a quolibet sacerdote potest iudicari accipiendo penitentiam ab eo<sup>48</sup>.  
45

33 *scribit*] *scribe A Rc P*      37 *si*] *cum Ba A La Rc P*      41 *non aliter*] *naturaliter Lr Lp*  
*hoc om. R*      42 *infra om. A*      xxiiii] xxiiii A Rc      44 *actionum*] *accusationum A Sl*  
45 *eo*] *qui ibi non homo sed minister Dei intelligitur add. Lp*

<sup>45</sup>C.35 q.9 c.4; cf. SL C.9 q.3 c. 9 (inscr.)m p.c.9, 10      <sup>46</sup>D.40 c.6      <sup>47</sup>C.24 q.3 c.29      <sup>48</sup>Cf.  
SL C.9 q.3 c.14 v. *Aliorum usque sine questione*

## &lt;CAVSA X&gt;

*Quidam laicus basilicam a se factam etc.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *De prima questione.*

2. *Sic quidam usque ut quam dotem eidem ecclesie contulerint censeant ad episcopi ordinationem non pertinere.* Hinc collige quod si quis confert aliquid 5 ecclesie eo pacto ut alienari non possit, necessitate uel utilitate immanente potest alienari<sup>1</sup>; neque obstat lex que dicit in datione rei sue posse aliquam conditionem apponere quam uult. Nam ibi subintelligitur: nisi pactio iuri canonico sit contraria uel ciuili sicut si matrimonium fuerit contractum illicita pactione apposita, pactione cessante matrimonium tenet. Simile in 10 Extra. c. Super eo<sup>2</sup>.
3. *Decretum est usque episcopi potestate consistant,* nisi sit ecclesia priuilegio munita. Vnde hinc habes quod sufficit episcopo probare ecclesiam debere sibi esse subiectam cum probat eam esse in sua diocesi.
6. *Nouerint usque potestatem,* dilapidandi; nam regendi potestas patronis 15 conceditur, ut infra C.xvi. q.vii. Filiis<sup>3</sup> et Decreuiimus<sup>4</sup>. Ius etiam patronatus potest patronus inconsulto episcopo religioso loco concedere, ut in Extra. c. Quamuis simus<sup>5</sup>.

2 *Quidam laicus om. P laicus*] In superiori causa dictum fuerat quid iuris metropolitanus per uniuersam prouinciam habeat. Sed ne ex similitudinis consequentia uidetur intelligi quod episcopus propensius ius non haberet in sua diocesi quam archiepiscopus in sua metropoli, ideo alium tractatum supponit, ubi principaliter intendit ostendere quod episcopus in sua parrochia plenam disponendi habeat potestatem; ubi etiam interserit de faciendis portionibus ecclesiasticorum reddituum uel oblationum, quomodo etiam episcopus suas parochias uisitare et quid a singulis debeat uel possit exigere. Ut autem hec omnia etc. add. Ba (Cf. *Summa Rufini*, ed. Singer p.300) *basilicam - etc. om. Ba A P a se factam etc. om. La Rc R*

<Q. I>

4 *non om. Lr Lp<sup>ac</sup>* 5 *ecclesie*] explicit Rc immanente] instante Ba A La R P  
6 *potest*] poterit A R P neque] nec A 7 *quam*] non Lr Lp<sup>ac</sup> 9 *apposita*]  
interposita Lp A La P 12 *habes*] habetur La 14 *potestas*] et add. A

<sup>1</sup>Cf. SL C.10 q. 1 c.2 v. *non pertinere* <sup>2</sup>1 Comp. 3.20.3 (1.3.2) (=X 3.24.3, Ceterum); 1 Comp. 4.5.3 (= X 4.5.4, Verum cum), JL 13162 <sup>3</sup>C.16 q.7 c.31 <sup>4</sup>C.16 q.7 c.32 <sup>5</sup>1 Comp. 3.33.10 (=X 3.38.8, Illud), JL 14156

7. *De hiis.* Hec uarietas canonum que de diuisione decimarum inuenitur, secundum diuersitates locorum et temporum est intelligenda, ut potest colligi ex quodam c. quod est in Bur. lib. iii., De hiis<sup>6</sup> et infra C.e. q.iii. c.ii.<sup>7</sup> Vnde nec tertiam nec quartam decimarum partem potest hodie sibi uendicare episcopus nisi talis fuerit antiquitus sue ecclesie consuetudo<sup>8</sup>, ut infra C.e. q.iii. Nec numerus<sup>9</sup>.

8. *Antiquos usque secundi gradus cleris,* idest maioris ecclesie canonici. Nam primus gradus in ecclesia dicitur esse apostolica celsitudo, secundus uero episcopalis dignitas, ut supra d.xl. Ante omnia peto<sup>10</sup>. Vnde secundus gradus ordo canonicorum potest intelligi<sup>11</sup>, nisi ad omnes clericos uelit quis hoc extendere.

9. *Relata usque mansiones,* idest prandia que ibi manentes debebant accipere<sup>12</sup>.

10. *Decreuiimus usque ordinatori eius reparari precipiatur.* In tertio tamen libro Burchardi dicitur quod quicumque beneficium ecclesiasticum habent ad tecta ecclesie restauranda uel ipsas ecclesias emendandas omnino adiuuent. Tamen potest hinc colligi quod onus restaurande ecclesie sacerdoti incumbit, ut in Extra. Lexouiensi, c. In litteris<sup>13</sup>, nisi quis ordinatorem ecclesie patronum uelit appellare, ut infra C.xvi. q.i. Si monachus<sup>14</sup> et Bur. lib. iii. Quicumque<sup>15</sup>.

14. *Sanctorum usque incastellari,* idest ad modum castelli propugnaculis muniri<sup>16</sup> et hoc pro pugna que non tangit ecclesiam. Si uero uellent aliqui infestare ecclesiam, hoc fieri tunc non esset illicitum. Per hoc enim quod a laicis hic istud fieri interdictitur, uidetur quod a clericis imminentे necessitate ecclesie hoc fieri sit concessum.

24 *clerus*] *clericos Lr Lp*    26 *peto*] *Petro Lp<sup>pc</sup> om. Ba*] *pete P*    27 *uelit om. Ba*    *quis*] *aliquis A*    28 *extendere*] *extenderet Ba*    29 *Relata*] *Relatum Ba A R P*    *usque*] *ut add. A*    *mansiones*] *ut praem. Ba*    *idest prandia om. Lr Lp<sup>ac</sup>*    33 *omnino*] *ideo Lr Lp<sup>ac</sup>*    35 *Extra*] *legitur add. Ba*    *Lexouiensi*] *Leonensi Lr Lp<sup>ac</sup>*    c. *In litteris om. Ba*    38 *idest*] *ibi add. Lr*    39 *uelent*] *uelint Ba A*    41 *interdictur - 42 fieri om. R (omoio.)*    *imminente*] *instante Ba A La P*    42 *concessum*] *permisum R*

<sup>6</sup>Bur. 3.136; PL 140.700    <sup>7</sup>C.10 q.3 c.2    <sup>8</sup>Cf. SL C.10 q.1 c. 8 v. *De hiis que* (in fine)    <sup>9</sup>C.10 q.3 c.5    <sup>10</sup>D.40 c.7    <sup>11</sup>Cf. SL C.10 q. 1 c.8 v. *secundi gradus*    <sup>12</sup>Cf. SL C.10 q.1 c.9 v. *Relata*    <sup>13</sup>1 Comp. 3.35.3 (=X.348.4, *De hiis sane*, cf. 1.29.9), JL 14219    <sup>14</sup>C.16 q.1 c.22  
<sup>15</sup>Bur. 3.30; PL 140.677; cf. SL C.10 q.1 c.10    <sup>16</sup>Cf. SL C.10 q. 1 c.14 v. *Sanctorum* (pr.)

## &lt;Q. II&gt;

§ Sed cum.

1. Casellas usque apud duos uel tres comprouinciales. Et hoc in rebus matricum ecclesiarum obseruatur que sole tempore huius canonis predia et possessiones habebant, ut infra C.xii. q.i. Videntes<sup>17</sup>. Vel dicas derogatum esse huic canoni quoad hunc articulum. Sufficit enim consensus clericorum eiusdem ecclesie ad quamlibet alienationem faciendam, ut infra C.xii. q.ii. Sine exceptione<sup>18</sup>. Vsque ut habita discussione. Hoc ideo dicit quia ubi aliquorum consensus requiritur non sufficit ut res facta eis denuntietur sed oportet ut eorum consilio et examinatione illud fiat, arg. C.xii. q.ii. Sine exceptione<sup>19</sup>, d.lxiii. Obeuntibus<sup>20</sup>, C.ix. q.iii. Saluo<sup>21</sup>, C.xv. q.vii. Si autem<sup>22</sup>, d.l. Studeat<sup>23</sup>. Vsque saluo iure ecclesie, ut uidelicet non perpetuo, sed ad tempus ista possideant, ut scilicet cessante inopia res ad ecclesiam reuertatur, ut infra C.xvi. q.i. Possessiones<sup>24</sup>.
- 15 2. Imperator Leo. Hoc ius porrectum est ad omnem. Hoc ideo dicitur quia antiquitus in sola Constantinopolitana ecclesia habebat locum. Vsque que ab imperiali domo. Hoc uerum est nisi principis consensus adfuerit, quo casu hec alienari possunt, ut Bur. lib. iii., A nullo<sup>25</sup>. Vsque in ceteris. Subaudi rebus, scilicet a priuatis collatis ecclesie. Eatenus excipitur, idest in eo casu fieri potest rei ecclesiastice alienatio. Vsque eisdem penis, ut rem amittant, scilicet nec habeant repetitionem date pecunie. Vsque quam in usuras. Hoc secundum leges intelligitur que usuras non prohibent. Secundum canones uero fructus percepti computantur in sortem tantum, ut in Extra.

## &lt;Q. II&gt;

2 cum ] tunc Lr Lp 4 que om. P sole] solo Lr Lp canonis] constitutionis Ba A La  
 5 xii. ] xv. A 6 esse] hodie add. Ba A La R P huic om. P 9 aliquorum] aliorum  
 Lr Lp<sup>ac</sup>] laicorum Ba res] eius add. Lr Lp 10 et] eorum add. Ba illud] hoc  
 La fiat] faciat Lp 12 ut om. Ba 14 reuertatur] reuertantur A 15 Leo]  
 usque add. Ba A La R P est] usque add. A 15-16 quia antiquitus in om. Lr Lp<sup>ac</sup>  
 16 Constantinopolitana] Constantina Lr Lp<sup>ac</sup> habebat] habuerit Ba 18 hec] hoc A  
 possunt] posset A nullo] nulla A 19 idest om. Ba in om. R 21 scilicet nec]  
 sed neque Lp repetitionem] receptionem Ba 22 Hoc] Hic Sl 23 percepti] non  
 Lr Lp

---

<sup>17</sup>C.12 q.1 c.16    <sup>18</sup>C.12 q.2 c.52    <sup>19</sup>C.12 q.2 c.52    <sup>20</sup>D.63 c.35    <sup>21</sup>C.9 q.3 c.4    <sup>22</sup>C.15  
 q.7 c.5    <sup>23</sup>D.50 c.39    <sup>24</sup>C.16 q.1 c.61    <sup>25</sup>Bur. 3.168; PL 140.706

c. Plures quoque<sup>26</sup>. Vsque *plus offerenti detur*. Lex ista iniquitatem mandare et continere uidetur. Cum uero iconomus ecclesie nouerit rem uenalem non ualere decem, puta, aureos, si litationibus interuenientibus offerantur pro ea triginta, ultra dimidiam iusti pretii uidetur decipere et circumuenire emptorem; ergo peccat. Decipere enim peccatum est, ut infra C.xxii. q.ii. In ipsa<sup>27</sup>. Ad hoc dicunt quidam quod non dicitur ecclesia talem decipere. Scienti enim et uolenti dolus non infertur. Item quod hic dicitur creditorem debere probare pecuniam quam mutauuit in ecclesie utilitatem prouenisse speciale est et propter fauorem ecclesie et in odium creditorum. *Maiori parti ibidem seruentium*. Hinc collige non ualere alienationem ab abbe factam sine consilio monachorum ibidem seruentium, arg. C.xvii. q.ult. Questi<sup>28</sup>, C.xii. q.ii. Alienationes<sup>29</sup>, d.liiii. Abbati uel monacho<sup>30</sup>. Vsque *et maioris partis*. Hoc ideo dicit quia in huiusmodi contractibus uel electionibus faciendis obtinet sententia plurimorum, ut supra d.lxv. c.i.<sup>31</sup>, nisi paucitas contra multitudinem aliquid uelit iuste obicere. Vsque *si ob cladem*, puta forte quia iuxta ripam fluminis erat pedium cuius inundatione maior pars predii erat delecta. Vsque *tunc*, idest in eo casu detur pedium in emphiteosim et hoc constante pensione prout nunc est pedium imminentum ita pensio minuatur; nam cui crescit utilitas et onus debet accrescere et cuius emolumenitum minuitur de iure debet minui et onus, ut Cod. lib. vii. tit. de alluvionibus, Hii quos, Ea que<sup>32</sup>. Vsque *aut eo reedificante*, idest si reedificata domo in duplum potest inde accipi pensionis quam tunc cum esset res integra; non dimidieta totius pensionis sed augmenti debet solui. Verbi gratia, si primo dabantur decem et modo uiginti medietas istorum decem detur ecclesie, scilicet quinque. Vsque *non gratuito*, idest non sub forma

24 Vsque *plus*] *quis Lp detur*] *dicitur Lp* 25 et] idest A uero] enim **Ba A La R P** 26 litationibus] incitationibus **Lr**] litationibus **Lp<sup>pc</sup> La A** 28 infra] C.xiii. q.v. Denique (C.14 q.5 c.10) add. **Lp** xxii] xxiii A 28-29 ii. In ipsa om. **La P** 29 In ipsa om. **Lr ipsa**] primum nec artificiose add. **Lp** non om. **Lr Lp** 30 et] non add. **Lr Lp** Item] nota add. **Ba** 31 mutauuit] mutauuit **Lr Lp Ba La R P** 32 et<sup>1</sup> om. **A Maiori**] Vsque *praem.* **A**] *Maiore A F* 35 uel monacho om. **Ba** 36 electionibus] eius actionibus **Lp<sup>pc</sup> La** 37 plurimorum - nisi om. **Lr** ut - nisi om. **Lp<sup>ac</sup>** 38 uelit om. **Lr Lp** obicere] obiceret **Lp** 39 erat] est **Ba A La R P** 40 *tunc* - in eo om. **R** idest om. **P** in - pedium om. **R** (*omoio.*) 41 nunc om. **Ba** 42 crescit] accessit **A** 43 Cod. lib. vii.] c. lviii A tit. om. **A** 44 *aut om. A* eo] *prius add. Ba<sup>pc</sup> P F reedificante*] *edificante F* 45 quam tunc] quantum **Lp** 46 non] dico add. **A** dimidieta] medietas **Ba A La R P** 47 primo] prius **Lp** et om. **A**

<sup>26</sup>1 Comp. 5.15.1 (=X 5.19.1), Conc. Tur., anno 1163, c.2 <sup>27</sup>C.22 q.2 c.7 <sup>28</sup>C.17 q.4 c.41  
<sup>29</sup>C.12 q.2 c.37 <sup>30</sup>D.54 c.22 <sup>31</sup>D.65 c.1 <sup>32</sup>Cod.7.41.2,3; cf SL C.10 q.2 in c.2 (passim)

legis. Vnde exponit: *citra* etc.

- 50 3. Vsque *ut iconomo eiusque cognatis*. Huius constitutionis hec fuit causa, quoniam lex presumit ob carnis uinculum aliquid posse fieri in dampnum et lesionem diuini loci, ut supra C.i. q.iii. Peruenit<sup>33</sup>.
- 55 4. *Precarie usque nisi quantum*. Ordo constructionis: precarie non debent fieri aliter nisi tantum accipient illi qui eas uolunt facere de rebus ecclesie, idest duplum, quantum dant de proprio ecclesie; et hoc fiat de qualitate conuenienti, ut res quas sunt daturi ecclesie non sint magis grauate tributis quam res ecclesie. Et hoc etiam fiet tantum in suo nomine quia hoc non transbit ad eius heredes. Vsque *sine licentia et assensu regio*. Et hoc de illis prediis intelligitur que ab imperatore ecclesie sunt collata, que tamen alienari possunt regis interueniente consensu, ut Bur. lib. ii., c. A nullo<sup>34</sup>.
- 60 7. *Episcopus usque ledantur*, quod eo ipso presumitur quod talibus personis conferuntur. Et nota quod in beneficiorum prestationibus et perhibendo testimonio consanguinitatis ratio contra prelatos et *alios sinistrum rumorem* excitat et inducit, arg. d.xxviii. De Siracusane<sup>35</sup>, d.lxxxviii. Decenter<sup>36</sup>, C.i. q.iii. Peruenit<sup>37</sup>, C.x. q.ii. Si iconomus<sup>38</sup>, C.iii. q.v. Accusatores<sup>39</sup>. In aliis uero ratio sanguinis sinistram presumptionem elidit, ut d.lxxxi. Cum omnibus<sup>40</sup>, quia de huiusmodi personis nichil seu criminis fedus naturale estimari permittit.
- 70 8. *Si quis episcopus usque in suo clero*, idest in suo episcopatu. *Aut ubi presbiter non est*, idest in capella quando non est in ea presbiter, quia forte uiduata luget ecclesia pastore. Vel de quibusdam religiosis locis hoc potest intelligi ubi tantum sunt laici, ut infra C.xvi. q.i. § Superiori<sup>41</sup>. Et hoc totum intelligas cum in casu non concesso alienatio est celebrata. Vnde canon dicit nulla necessitate ecclesie compulsus<sup>42</sup>.

---

49 etc. om. **Ba**      51 presumit] presumpsit **A**      52 Peruenit] et di. lxxxvi. Peruenit (c.26) add. **Ba**      53 *quantum*] *tantum Ba A R*      55 et hoc fiat - 57 ecclesie om. **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
 58 eius om. **Lp<sup>ac</sup>**] suos **Lp<sup>pc</sup>**      *assensu*] *consensu Ba A La R P F*      60 ii.] iii. **A La R**  
 nullo] nulla **R**      61 *Episcopus*] *a nulla add. Lp om. R ledantur*] *latentur R*  
 personis om. **P**      62 conferuntur] *hec praem. Ba A La R P*      63 *sinistrum rumorem*]  
*sinistram presumptionem Lp<sup>pc</sup> Ba A La R P*      64 arg.] *ut praem. A*      65 Accusatores]  
*Accusationes A*      66 *sanguinis*] *consanguinitatis Ba*      67 *seui*] *sedi R*      69 *Aut om. A*  
 70 quando] cum **R**      71 *Vel*] *Cum A*      *locis om. Ba A P*      72 *intelligi*] *colligi Ba A*  
 73 in] *hoc add. Lr Lp*      *est om. Lr*] et **Lp**

---

<sup>33</sup>C.1 q.3 c.13      <sup>34</sup>Bur. 3.168; PL 140.706      <sup>35</sup>D.28 c.13      <sup>36</sup>D.89 c.6      <sup>37</sup>C.1 q.3 c.13  
<sup>38</sup>C.10 q.2 c.2 § 11      <sup>39</sup>C.3 q.5 c.8      <sup>40</sup>D.81 c.27      <sup>41</sup>C.16 q.1 p.c.39      <sup>42</sup>Cf. SL C.10 q.2  
 c.8 v. *furti* (in fine)

## &lt;Q. III&gt;

§ *Quid uero.*

3. *Vnio nostre congregationis usque cedere*, idest admittere. Vsque *cultoribus*,  
idest clericis uel patronis. Vnde ad utrumque trahi potest in arg. secundum  
5 uariam expositionem uocabuli, scilicet quod clericis et patronis onus  
fabricarum incumbat ut supra C.e. q.i. Decreuiimus<sup>43</sup>. Vsque *pro regiis*  
*inquisitionibus*. Hinc uolunt quidam colligere quod ex quo soluit subditus  
quod tenetur dare prelato, de cetero uero cum regem uel apostolicum uult  
10 uisitare ei aliquid dare compellitur. Quod tamen non approbo maxime  
cum pro utilitate ecclesie episcopus Romanam uel regiam curiam proponit  
adire; uel cum episcopus regem transeuntem per prouinciam uel legatum  
tenetur in eundo et redeundo recipere, ut infra C.xvi. q.i. § Nouarum<sup>44</sup> et in  
Extra. c. Ego Petrus<sup>45</sup>. Vsque *que habuit decem mancipia*, idest parochianos a  
15 quibus accipit decimam, quo casu tantum habet sacerdos quantum quilibet  
illorum. Vsque *que uero minus aliis coniungantur*. Hinc uolunt quidam  
colligere quod propter prebendarum inopiam et tenuitatem possit quis  
habere plures ecclesias, ut supra d.lxx. Sanctorum<sup>46</sup>. Idem etiam contingit  
propter raritatem ministrorum, ut infra C.xxi. q.i. c.i.<sup>47</sup>
5. (p.c.) *Cathedraticum usque tempore dedicationis conuenerit*. Quod non  
20 erit simoniacum. Cum enim constat episcopum ex impositione primarii  
lapidis in qualibet ecclesia sue diocesis habere ius et potestatem, tempore  
dedicationis potest episcopus ius suum, quod prius erat incertum, per  
conditionem appositam sub certa forma deducere, ut infra C.xviii. q.ult.  
Eleutherius<sup>48</sup>.

## &lt;Q. III&gt;

3 admittere] dimittere A 4 ad utrumque] de utroque Lr Lp<sup>ac</sup> in om. Lr  
7 *inquisitionibus* om. A 8 prelato om. R uero om. R ] nec P uero cum ] si Ba  
uult] prelatus add. Lp 9 dare om. Ba compellitur] compellatur A maxime] nam  
Ba A R P 10 cum om. R episcopus om. P proponit] proposuit Ba 11 cum ]  
si Ba R P uel<sup>2</sup>] illam Ba et R 12 et] uel R 15 *coniungantur*] *coniungatur* A F ]  
ecclesiis add. Ba A La R P F 20 constat] constet A 22 per] propter A

<sup>43</sup>C.10 q.1 c.10      <sup>44</sup>C.16 q.1 d.p.c.40

'The Extravagantes', 171      <sup>46</sup>D.70 c.2

q.2 c.30; cf. SL C.10 q.3 p.c.5

<sup>45</sup>1 Comp. 1.4.20 (=X 2.24.4), JL –; cf. Mc Lauglin,

<sup>47</sup>C.21 q.1 c.1; cf. SL C.10 q.3 c.3 (passim)

<sup>48</sup>C.18

25 6. *Quia cognouimus usque iubent uie episcopos.* Hinc collige de iure suo episcopum posse a clericis uisitationis tempore conuiuum petere. Vnde licet sit diues non cogitur illud dimittere nisi uoluerit. Vsque *presumpta sunt denegentur*, et hoc ideo quia in hiis que per fraudem et subreptionem facta sunt non currit prescriptio, arg. C.i. q.i. Nullus episcopus<sup>49</sup>, C.xxiiii. q.v.  
 30 Quod Deo<sup>50</sup>, C.xvi. q.iii. Prima<sup>51</sup>, d.xciii. Illud<sup>52</sup>, d.c. Contra morem<sup>53</sup>.

7. *Cauendum usque si proprii sumptus desunt.* Non ideo hoc dicit quod si diues est episcopus non possit sumptus a clericis accipere cum parochias uisitat, cum de communi iure possit accipere carnalia ab hiis quibus spiritualia seminat<sup>54</sup>. Vnde et diuiti episcopo non precipitur abstinere a sumptibus sed consulitur. Vel contrarius sensus huius canonis non est pro canone admittendus<sup>55</sup>. Vel in primitiuo tempore illud intelligitur quoniam scandalizati tales a fide recesserunt ut Corinthii et ideo apostolus a sumptuum perceptione abstinuit.

8. *Inter cetera usque monasteriorum basilicis.* Sophistice hinc potest colligi quod eo ipso quod ecclesia monasterio subditur sit a lege diocesana exempta, quod tamen non prouenit. Exponas ergo sic: 'monasteriorum basilicis', idest basilicis que sunt monasteria; uel de illorum monasteriorum basilicis hoc potest intelligi que tanto gaudent priuilegio ut omnes ecclesie que eis conceduntur sicut ipsa sint ab omni lege et iurisdictione episcoporum  
 45 exempta. Sed an tali monasterio inuito episcopo possit quis ecclesiam suam concedere queritur, quod cum ea ratione non uidetur posse fieri quia propter hoc iura episcopalia minuerentur et defectum sentirent. *Ab hac solutionis expressione seiunctis.* Nam ab omnibus que ad legem diocesanam pertinent ipso iure monasteria sunt exempta, ut a cathedralico, quartis, uocatione ad

25 *Quia*] Cum R      *cognouimus*] agnouimus Ba A      *uie*] iure La A ] hinc R ] habere F  
 27 *sunt*] non Lr      28 *denegentur*] deneganda Lr Lp<sup>ac</sup>      29 q.v.] q. iiiii. A      30 Illud]  
 Illum Lr Lp Ba La R P      31 quod om. Lr Lp      33 possit] quis add. Ba La R P      carnalia]  
 cuius (quis Lp<sup>pc</sup>) spiritualia Lr Lp ] spiritualia Ba La      34 spiritualia] carnalia Lr Lp Ba La  
 seminat] seminant Lr      et] etiam P      37 quoniam] quando R      a fide] cito *praem.* Ba  
 La P      recesserunt] recederent Ba La R P      ut Corinthii om. R P      et ideo] unde etiam  
 R P      40 subditur] submittitur Ba A La R P      44 sint] fuit Lr Lp      45 an] in Ba<sup>ac</sup>  
 P      46 queritur] quare Ba      cum] si Ba ] quidem A ] enim La om. R      48 expressione]  
 pensione Ba ] expensione F      expressione seiunctis] expressissime Lr Lp<sup>ac</sup>      49 monasteria  
 om. Lr Lp<sup>ac</sup>      exempta om. Lr Lp<sup>ac</sup>      quartis] q Lr ] quamuis Ba La R P

<sup>49</sup>C.1 q.1 c.100      <sup>50</sup>C.33 q.5 c.4      <sup>51</sup>C.16 q.3 c.13; cf. C.10 q.3 c.6 v. *iubent, presumpta denegantur*      <sup>52</sup>D.93 c.22      <sup>53</sup>D.100 c.8      <sup>54</sup>Cf. 1 Cor 9,11; Rm 15,27      <sup>55</sup>Cf. SL C.10 q.3 c.7 v. *si propter sumptum*

50 sinodum ut supra d.xviii. Episcopus<sup>56</sup> et decimarum prestatione ut infra C.xvi. q.i. Quesitum est<sup>57</sup>. A lege uero iurisdictionis non sunt exempta ipso iure nec a cura animarum. Nam a suo episcopo in cuius parochia sunt edificata monasteria tenentur omnia sacramenta accipere nisi priuilegio sint munita, ut infra C.xvi. q.i. Interdicimus<sup>58</sup>. Si etiam monachus uel abbas  
55 peccauerit ab episcopo deponetur uel corrigetur ut infra C.xviii. q.ii. c.i.<sup>59</sup> et c. Si quis abbas<sup>60</sup>.

9. *Relatum est usque sententia enim prefixa fuerat.* Non pro confirmatione quia hoc esset simoniacum sed pro cathedralico quod tunc temporis competentius soluebatur cum episcopi uisitabant parochias uel potius 60 summa constituta fuerat ideo ut episcopus prandium sibi et suis de cetero dum uisitarent parochiam preparetur. Vnde subditur *pro labore clericorum*, qui dum parochias episcopus uisitat percipere debeant eo disponente subsidium, ut infra C.xii. q.ii. Caritatem<sup>61</sup>.

10. *Illud usque aliam occasionem.* Subaudi inhonestam. Credimus enim 65 quod si episcopus limina apostolorum uoluerit uisitare pro utilitate ecclesie etiam preter cathedralicum potest aliquid exigere cum ea tamen temperamenti equitate seruata ut sibi competens subsidium conferat et cui aufert dampna grauia non infligat<sup>62</sup>, ut infra C.xii. q.ii. § Bone rei<sup>63</sup>.

---

51 sunt om. P 53 monasteria om. P 57 est] nobis add. A sententia] summa A La F 59 soluebatur] exoluebant Lr Lp<sup>ac</sup> 60 summa] alia add. Lp ] illa add. Ba A La R P 61 uisitarent] uisitaret A parochiam] suam add. R<sup>ac</sup> preparetur] prepararet Lp<sup>pc</sup> A La P Vnde] et add. R 62 parochias] parochiam Ba A La R P episcopus] cum episcopo Lp Ba A La R P uisitat] uisitant Lp Ba A La R ] uisitaret P percipere] precipere Lp debent] debent A 66 aliquid] a sacerdotibus add. Ba A La R P

---

<sup>56</sup>D.18 c.11      <sup>57</sup>C.16 q.1 c.46      <sup>58</sup>C.16 q.1 c.10      <sup>59</sup>C.18 q.2 c.1      <sup>60</sup>C.18 q.2 c.15  
<sup>61</sup>C.12 q.1 c.45      <sup>62</sup>Cf. infra C. 12 q.1 c. 27 n. 35; C.14 q.5 c.10 n. 40; C.16 q.1 c.43 n.76; C.16  
q. 1 c.68 n.148.      <sup>63</sup>C.12 q.2 c.74.

## &lt;CAVSA XI&gt;

*Clericus quidam aduersus alium clericum etc.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem clericus apud seculares.* Multa licet utilia confuse tamen et obscure circa presentem articulum legimus a maioribus esse tradita. Vnde quoniam gaudent breuitate moderni<sup>1</sup> sic uolumus prolixitatem illam abbreviare. Dicimus enim quod si clericus conueniat clericum de quacumque causa debet eum coram iudice ecclesiastico conuenire. Si uero laicum, si quidem de crimine uel de causa matrimonii uel de decimis, primitiis et ceteris quorum cognitio soli ecclesie reseruetur, ut supra C.vi. q.ii. c.i.<sup>2</sup>, coram ecclesia. Si uero pecunialiter coram suo iudice. Laicus similiter si uoluerit clericum conuenire conueniat eum coram ecclesia secundum regulam que dicit, actor forum rei sequatur<sup>3</sup>, nisi ratione alicuius cause forum istorum clericorum mutetur ut in feudo quod iure consuetudinario regitur, non iure scripto. Vnde de feudo quicunque conueniatur coram domino feudi conueniendus uidetur, sicut enim hodie principum consuetudo se habet.

2 *quidam om. Ba A R P F alium om. Ba A La R P F clericum etc. om. Ba A etc.]* Clericorum possessio circa duo uersatur, scilicet priuatas proprietates et res ecclesiasticas. Illis tamquam propriis incumbant, istas tamquam commendaticias administrent. Super has habet potestatem episcopus gubernandi et disponendi, super illas non nisi diffiniendi cum fuerint litigiose. Cum ergo tractauerat supra qualiter circa res ecclesiasticas episcopus habeat potestatem gubernandi et non usurpandi, consequenti ordine nunc incipit agere quomodo in litigiosis clericorum rebus habeat diffiniendi. Vbi docet generaliter quomodo forum rei debeat actorem sequi. Generaliter de sententia episcopi, quod siue iusta siue iniusta sit reuerenda; agit etiam de excommunicatis et pena eorum, quomodo sit facienda excommunicatio et qualiter reconciliatio. Vt autem hec omnia etc. add. **Ba** (Cf. *Summa Rufini*, ed. Singer p. 306)

## &lt;Q. I&gt;

2 *Quod ] § Quidam uero clericus praem. Ba P autem om. Ba A La R P F clericus om. A clericus ] Nemo usque add. Ba licet om. Lr Lp confuse ] confudisse Lr Lp 3 et om. Lr Lp 5 enim ] ergo Ba A La P om. R 7 uel de causa matrimonii uel de om. Lr Lp<sup>ac</sup> 8 reseruetur] seruatur A 10 conueniat] conueniet A 11 nisi om. A 12 istorum clericorum] clerici A 13 non] si Lr Lp de feudo om. Lp quicunque] conueniatur om. Lr Lp 14 domino om. A sicut] sic A*

<sup>1</sup>Cf. infra C.11 q. 3 pr.      <sup>2</sup>C.6 q.2 c.1      <sup>3</sup>Cf. C.11 q.1 c.15; cf. *Collectio Tripartita*, 54.13 (2).

3. *Clericum usque nec laico.* Subaudi bigamo uel criminoso.
4. *Iudices.* Solet hic in questione descendere de quibus iudicibus possit intelligi quod hic dicitur. Et quidem de ordinariis non uidetur posse intelligi cum nemini liceat ordinarie sedis declinare examen nisi ob iustum causam,  
20 ut infra C.xv. q.ii. Si autem<sup>4</sup>. Item illud uidetur esse huic contrarium quod in legibus continetur, ut iudices esse non debeant quos altera pars elegerit, ff. de iudiciis, Obseruandum<sup>5</sup>. Sed ibi altera pars, pars actoris intelligitur; hic uero pars rei, que quidem fauorabiliores potest sibi iudices eligere, non dico ordinarios sed ordinarii assessorum et hoc cum ordinarius tales elegit quos  
25 iudicandus habet suspectos, ut supra C.iii. q.viii. c.i.<sup>6</sup>
5. *Continua usque qui ecclesie necessitatibus deseruiunt.* Hinc collige uagipalantes clericos et officio suo abutentes coram ciuili iudice posse conueniri, ut infra C.xviii. q.i. Generaliter<sup>7</sup>; contra infra C.e. q.e. Sacerdotibus<sup>8</sup>.
- 30 8. *Nullus usque amissione rerum.* Hoc non potuit apostolicus nisi de consensu imperatoris statuere.
9. *Testimonium clerici.* Non generaliter, sed in causa sanguinis hoc debet intelligi, ubi clericus neque aduocatus neque iudex neque testis esse potest, ut supra d.li. c.i.<sup>9</sup> et C.ii. q.vii. Sicut sacerdos<sup>10</sup> et C.xxiii. q.ult. Hiis a  
35 quibus<sup>11</sup>.
11. (p.c.) § *Sic et sequentes*, scilicet quod cognitionem publicorum iudiciorum a principe petere non licet. Vnde archidiaconus qui hoc fecit in sequenti c. reprehenditur.
12. *Christianis usque se ingenuos.* Et hoc secundum canones, nam alias ordinari non poterant, nisi plene libertati donarentur, ut supra d.liiii.

---

16 *Clericum*] *Nemo praem.* **R**      *nec* **A**      17 *Iudices*] *usque add.* **A**      18 *dicitur*]  
*habetur La P*      *quidem*] *quod P*      19 *niſi*] *cum add.* **Lr Lp**      20 *ii.*] *vii.* **A R**  
21 *quos*] *quorum Lr*      *elegerit*] *elegerant Lr Lp<sup>ac</sup>*      23 *quidem*] *quoniam add.* **Lp A**  
*fauorabiliiores*] *fauorabilis est Lp* ] *fauorabiliors est A* ] *fauorabior quantum est Ba R* ] *quam*  
*favorabiles La*      *dico om. A*      26 *qui om. A*      *deseruiunt* **F**      28 *xviii*] *xvi.*  
**A La P**      30 *rерum om. F*      33 *neque<sup>1,2,3</sup>*] *nec A*      36 *cognitionem*] *cognitio Lr Lp<sup>ac</sup>*  
39 *Christianis*] *A praem. Ba*

---

<sup>4</sup>C.15 q.7 c.5      <sup>5</sup>Dig. 5.1.47      <sup>6</sup>C.3 q.8 c.1; cf. SL C.11 q.1 c.4 (non autem ad litteram)

<sup>7</sup>C.16 q.1 c.40      <sup>8</sup>C.16 q.1 c.41; cf. SL C.11 q.1 c. 5 v. *uel qui ecclesie necessitatibus*      <sup>9</sup>D.51 c.1

<sup>10</sup>C.2 q.7 c.6      <sup>11</sup>C.23 q.8 c.30; cf. SL C.11 q.1 c. 9 v. *testimonium*

Quicumque<sup>12</sup>. Secundum leges uero tales liberti uocantur. Vsque *aut inimica legibus uiolentia*. Hinc collige quod quicquid fit per uiolentiam et coactionem est irritandum quoniam uiolentia est inimica legibus. Vnde quicquid per uiolentiam fit contra leges fieri uidetur, arg. C.xi. q.iii. In iustum<sup>13</sup>, C.ii. q.vi.  
 45 § Si propter<sup>14</sup>, C.ii. q.i. In primis<sup>15</sup>, C.xv. q.vi. c.i.<sup>16</sup>, C.xxxiii. q.ii. Lotharius<sup>17</sup>, C.xxxiii. q.v. Notificasti<sup>18</sup>.

13. *Siluester usque hereditas legibus*, idest secundum legis auctoritatem, secundum quam si heres infra annum testamentum patris adimplere contempsit, auferenda est ei hereditas, excepta legitima, nisi forte probauerit  
 50 testamentum inofficiosum fuisse.

14. *Relatum usque cum Apostolus christianorum causas ad ecclesias deferret*. Sed quod hic dicitur in primitiva ecclesia locum habuit quando omnes erant religiosi nec erant seculares iudices. Hodie autem secus est, ut infra e. q. Te quidem<sup>19</sup>.

55 15. *Experientie usque apud prouincie sue iudicem*. Hoc uerum est generaliter nisi de hiis impetiti fuerint a clericis laici. Vnde oportet eos coram episcopo respondere, ut de matrimonio et similibus ratione quorum ecclesia forum laicorum efficitur<sup>20</sup>. Vsque *submoto pulsationis obstaculo*. Scilicet sic generaliter uerum est quod clericus semper debet coram iudice ecclesiastico  
 60 conueniri, quod non debet alibi nec potest in aliquo casu conueniri.

17. *Clericum usque episcopo non permittente*. Non per contrarium sensum licet tamen colligere quod episcopo permittente possit clericus ad examen uetitum trahi nisi uoluerit. Cum enim propter fauorem clericorum sit statutum ne inuiti ad iudicium trahantur, non debet in eorum dampnum  
 65 retorqueri quod propter eorum utilitatem est introductum. Vsque *criminale negotium*. Subaudi quod inferat penam sanguinis, in quo casu clericus

41 uero] nec **Ba**      *aut om. Ba*      42 per - 44 uiolentiam *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* (*omoio.*)      44 arg.]  
 ut *praem. A*      45 xxxiii. ] xxxi. **Ba A La R P**      Lotharius] Lecta **A**      48 heres *om.*  
*Lr Lp<sup>ac</sup>*      50 fuisse] esse **R**      51 *deferret*] *deferrari* **A F**      53 iudices] *Hoc add. Ba A*  
 55 *Experientie*] *Experientias* *Lr Lp*      56 oportet] *oporet* **A**      57 similibus] *consimilibus*  
**P**      58 Scilicet] idest **Ba A La R P**      59 quod - 60 conueniri *om. Lr Lp<sup>ac</sup>*      semper  
*om. A*      60 casu *om. A*      61 *Clericum*] *uero add. R*      Non] *Nam Lr Lp*      Non - 62  
 permittente *om. R* (*omoio.*)      63 nisi uoluerit *om. A*

<sup>12</sup>D.54 c.5      <sup>13</sup>C.11 q.3 c.89      <sup>14</sup>C.2 q.6 c.31 § 2      <sup>15</sup>C.2 q.1 c.7      <sup>16</sup>C.15 q.6 c.1; cf. SL  
 C.11 q.1 c.12 v. *ingenuos, uiolentiam*      <sup>17</sup>C.31 q.2 c.4      <sup>18</sup>C.33 q.5 c.2      <sup>19</sup>C.11 q.1 c.29; cf.  
 SL C.11 q.3 c. 14 v. *Christianorum* (in fine)      <sup>20</sup>Cf. SL C.1 q. 1 c.15 v. *Experientie usque apud  
 prouincie iudicem*

accusator uel testis seu iudex esse prohibetur, ut C.xv. q.iii. c.i.<sup>21</sup> et C.xxiiii. q.ult. Hiis<sup>22</sup>.

19. *Petimus usque fiduciam*, idest auctoritatem et licentiam, ut possit de  
 70 iure punire clericos contumaces. Et hic est unus casus in quo clericus potest  
 a iudice seculari puniri. Vsque secundum quod statutum fuerat, a legibus,  
 ut scilicet trino edicto commoneretur uel uno pro omnibus peremptorio,  
 ut infra C.xxiiii. q.iii. De illicita<sup>23</sup>. Vsque seruata forma discipline, scilicet  
 75 ut uindictam admonitio trina precedat, ut infra C.xii. q.ii. Indigne<sup>24</sup>,  
 quod semper est obseruandum, ut supra C.ii. q.viii. Accusatores<sup>25</sup>, nisi in  
 notoriis criminibus et enormibus, ut supra C.ii. q.i. Manifesta<sup>26</sup> et C.i. q.ult.  
 Requiritis<sup>27</sup>.

20. *Istud est.* Hoc c. ad hoc inducitur, quod clericus potest a iudice seculari  
 80 puniri cum per ecclesiasticam disciplinam teneri ad correctionem non  
 potest, ut Bur. lib. ii. Si quis clericus<sup>28</sup> et C.xxiiii q.v. De liguribus<sup>29</sup>.

21. *Coniurationum.* Coniuratio est conspiratio iuramento firmata.  
 Conspiratio uero est simul contra aliquem facta spiratio sine iuramento.  
 Dicitur autem conspiratio a spiritu, idest a superbia et elatione qua tales  
 85 ducuntur. Spiritus enim aliquando pro superbia accipitur ut ibi: 'abstinetе  
 uos ab homine cuius spiritus est in naribus eius'<sup>30</sup>. Et nota quod conspiratio  
 uel coniuratio contra prelatos maxime fieri prohibetur, conspiratio ideo  
 contra omnes. Semper enim in mala parte accipitur.

25. *Si quis clericorum usque rebelli auctoritate.* Prima fronte ex hoc  
 90 c. colligitur quod coniuratio omnis est illicita et tam uiolenta est hec  
 presumptio canonis qua presunit canon eos mala intentione coniurationem

67 seu] siue A 68 Hiis om. La R 69 ut possit] posse R possit] posset Ba La P ]  
 possent A ] etiam add. Ba 70 unus] unicus Lr 71 a] suo add. Lp Vsque - 73 illicita  
 om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.) 72 pro omnibus om. Ba 73 Vsque om. A 74 infra om. A  
 75 viii. ] vii. Lr Accusatores] Accusationes A P ] Accusatorum F 76 criminibus om.  
 Ba La 78 Istud] Illud A Hoc c. ad hoc inducitur] c. in quo dicitur Lr Lp<sup>ac</sup> 79 ad]  
 aliquid P 80 xxiiii] xxii. A 81 conspiratio] aspiratio Ba 82 facta] om. Ba 83 a<sup>2</sup>  
 om. A 83-84 qua tales ducuntur om. Lr Lp<sup>ac</sup> 84 Spiritus - 85 eius om. R 85 uos  
 om. La P est om. A La P 85-86 conspiratio uel om. Ba A La R P 86 ideo] uero Lp  
 Ba La R P ] autem A ] est add. R 88 Prima om. Ba 89 est] sit R P et tam] Nam R  
 90 canonis] huius add. Lr qua] que Lr canon eos] cananeos P

<sup>21</sup>C.15 q.4 c.1

<sup>22</sup>C.23 q.8 c.30; cf. SL C.11 q. 1 c.17 v. *criminale negotium*

<sup>23</sup>C.24 q.3 c.6

<sup>24</sup>C.12 q.2 c.21

<sup>25</sup>C.2 q.8 c.1

<sup>26</sup>C.2 q.1 c.15

<sup>27</sup>C.1 q.7 c.5

<sup>28</sup>Bur. 2.183; PL 140.655

<sup>29</sup>C.23 q.5 c.43

<sup>30</sup>Is 2,22

fecisse, ut probatio in contrarium non admittatur. Vnde dicitur 'nullius excusationibus presumptio labetur'<sup>31</sup>. Vnde hic generaliter colligitur quod ubi canon presumit et penam super presumptum statuit non admittitur probatio in contrarium, ut supra d.liiii. Fraternitatem<sup>32</sup>. Vbi uero non presumit, probatio in contrarium admittitur, licet presumptioni addidisset penam, ut supra C.vii. q.i. Presentium<sup>33</sup>. Per mutationem uero littere potest sophistice colligi quod non semper coniuratio est illicita, puta cum pro rebus ecclesie conseruandis habet fieri. Vnde sic seriem littere ordinabis: 'Si qui clericorum collegerint se in unum rebelli coniuratione et hoc auctoritate interdicente', *coniurationem talem*, quasi dicat tunc demum illicita est coniuratio quando contra auctoritatem fit in rebus scilicet illicitis<sup>34</sup>.

27. (a.c.) § *Hiis ita*, uel allegando dicit hoc Magister et occasione inducendi capitula. Vel istud in illo § corrigitur, Quia ergo, infra e. q.<sup>35</sup> Vsque *imperatori sunt obnoxii*. Subaudi quoad tributa et huiusmodi, non ut coram eo debeant clerici conueniri<sup>36</sup>.

27. *Si tributum usque agri ecclesie soluant tributum*, ut C.xxiii. q.ult. Secundum<sup>37</sup>, contra. Solutio: ibi loquitur de illis prediis ecclesie ubi fundatur ecclesia et in quibus sunt horti et officine clericorum, que omnino debent esse libera et nullis grauata tributis. Hic uero loquitur de aliis prediis

92 labetur] leuetur Lr Lp<sup>ac</sup> om. La ] laudetur P      hic] hinc A      93 statuit] et penam add. Lp<sup>ac</sup>      94 probatio] presumptio Lr Lp      uero] hoc Lp ] homo A      non om. A R  
95 probatio] presumptio R      admittitur] recipitur Ba A La R P      licet] nisi R      96 supra om. A      mutationem] imitationem SI      littere] hinc add. Lp Ba A La P ] huic add. R  
97 colligi] colligere Lp Ba      illicita] licita Lr Lp A ] ut C.xvi. (lx. Lp) q.vii. Sane (C.16 q.2 c.15) add. Lp A La P      98 cum] quando R      conseruandis] obseruandis A      habet fieri] habetur R      seriem littere] litteram R      100 interdicente] contradicente A      101 illicitis] Et (Et om. Lp) secundum hoc uidetur quod non possunt clerici de conspiratione notari (argui eo Lp; notari om. La) qui iurant consulendo ecclesie quod neminem recipient (recipient A) in canonicum nisi aliquis mortuus fuerit add. Lp Ba A La R P Nec hinc probatur quod non admittitur probatio in contrarium ubi (nisi R) canon presumat (presumit A; presumat om. R). Presumptio enim (et R) hic potest accipi pro temeritate add. Ba A R P      102 *Hiis*] *De praem.*  
A      hoc] sic R      et] hoc add. P      103 Vel] Et A      106 usque - tributum om. Lr Lp<sup>ac</sup>  
ut] supra add. Lr ] infra Lp A      107 Secundum om. P      ecclesie om. A R      ubi -  
110 ecclesie om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.)      108 fundatur] fundantur R      ecclesia] ecclesie R  
et<sup>1</sup> - sunt om. A R P      et<sup>1</sup> - officine om. La      sunt - officine om. Lp      omnino] ideo R  
109 uero] non A

<sup>31</sup>Cf. C.11 q.1 c.25      <sup>32</sup>D.54 c.15      <sup>33</sup>C.7 q.1 c.3      <sup>34</sup>Cf. SL C.11 q. 1 c. 25 v. *nullis excusationibus*      <sup>35</sup>C.11 q.1 p.c.31      <sup>36</sup>Cf. SL C.11 q. 1 p.c. 26 v. *sunt obnoxii*      <sup>37</sup>C.23 q.8 c.24

110 ecclesie que prius erant tributaria et transeunt cum honore ad ecclesiam. Et  
 hec solutio colligitur ex tertio libro Bur., c. Sancitum<sup>38</sup>. Patres tamen nostri  
 aliter narrauerunt nobis<sup>39</sup>. Vsque *potestatem habet*, de facto uel de iure ita  
 tamen quod in quadriennium detur ecclesie actio contra imperatorem ut  
 cogatur ablata restituere uel tantum de proprio ecclesie dare. Vsque *non  
 dono*, ideo scilicet quia mea non sunt; nam si mea peteret imperator, non ei  
 negarem, ut infra C.xxiii. q.ult. Conuenior<sup>40</sup>. Vsque *sed non nego*, quia negare  
 non possum<sup>41</sup>.

29. *Te quidem usque fideiussor existas.* Et nota quod hoc quod de summo  
 pontifice hic dicitur, de quolibet clero est intelligendum, ut Bur. lib. ii.  
 120 Clericum nullus.<sup>42</sup>

30. *Sicut enim usque ad communis uite usum pertinere.* Hinc collige aliquem  
 posse cogi ad testimonium perhibendum quia peccatum est non impendere  
 aliis que ad communis uite usum pertinere dignoscitur. Veritatem autem in  
 125 testimonio perhibere ad communis uite spectat utilitatem. Vnde reus est qui  
 in testimonio ueritatem occultat. Pro omni autem peccato mortali est quis  
 ad emendationem cogendus, C.vi. q.i. Illi<sup>43</sup>, C.e. q.iii. Quisquis<sup>44</sup>, infra de  
 con. d.ii. Non sunt<sup>45</sup>.

31. *Statuimus usque ante examinatum iudicium*, idest coram iudice  
 examinante. Ante enim pro coram aliquando accipitur, ut ibi 'procidamus

110 transeunt] transeant A honore] honore La R 112 uel] non R iure] ut (infra  
 add. A) C. proxima q.ii. Quicumque (c.4), De rebus (c.22) add. Ba A P 113 detur] datur A  
 114 restituere] ut Cod. lib. vii. De prescriptione quadriennii l. ii et iii (Cod.7.37.2.,3) add. Lp  
 Ba A La P 115 scilicet] uidelicet Ba A R P non<sup>1</sup> om. La peteret] imperator om. Lr  
 Lp<sup>ac</sup> ei] enim Lp om. A 116 infra om. A sed] et add. A 118 Tē] Ne A usque] ne add. Ba A La R 120 nullus om. Ba ]Vsque ne aduocatus. Clericus enim in sacris maxime  
 constitutus ordinibus in seculari iudicio non potest alicui prestare patrocinium, ut (infra add.  
 A P) C. xiiii. q.v. Denique (c. 10), nisi suam suorumque prosequatur iniuriam, ut (supra add. A  
 P) C.ii. q. i. Prohibentur (c. 14) add. Lp Ba A La P et in Extra. Clerici in subdiaconatu (1 Comp.  
 1.28.1 - X 1.37.1) add. Lp Ba<sup>Pc</sup> A La 121 pertinere] pertinent A R 122 est] ea add. Ba  
 A La P 123 communis] communem A uite] usus Ba A La R P 124 spectat om.  
 P 125 peccato om. Lr Lp<sup>ac</sup> 126 cogendus] ut arg. add. A C.e.] infra praem. A  
 126-127 infra de con. om. Lr Lp<sup>ac</sup> 127 Non] Si praem. A La F 129 ibi om. Lr

<sup>38</sup>Bur. 3.52; PL 140.682; Cf. SL C.11 q. 1 c. 27 v. *Si tributum usque agri ecclesie soluant* <sup>39</sup>Ps  
 77,3; cf. Ps 43,2, Cf.C.7 q.1.c. 1 n. 1; C.7 q.1 c. 39 n. 77; C.11 q.3 c.36, n. 166 <sup>40</sup>C.23 q.8 c.21

<sup>41</sup>Cf. SL C.11 q. 1 c. 27 v. *potestatem, non dono, non nego* <sup>42</sup>Bur. 2.175; PL 140.654; cf. SL C.11  
 q. 1 c. 29 v. *Si quidem usque fideiussor* <sup>43</sup>C.6 q.1 c.3 <sup>44</sup>C.11 q.3 c.80 <sup>45</sup>De cons. D.2  
 c.15

130 ante Deum<sup>46</sup>, idest coram Deo. Vel hoc potest in notoriis criminibus intelligi  
in quibus rei euidentia que in oculis se ingerit singulorum non permittit  
ordinem iudicarium obseruari, ut supra C.ii. q.i. Manifesta<sup>47</sup> et d.xxi. c.ult.<sup>48</sup>

31. (p.c.) *Quia ergo usque tam in ciuili quam in criminali.* Lector hoc teneas  
pro sententia quod hic dicitur et in duobus sequentibus capitulois quicquid  
135 Magister hinc inde allegando proponat<sup>49</sup>.

32. *Si qui usque quidquid illud,* idest siue iure fori, siue iure poli regatur.  
Feudum uero consuetudinario iure regitur, de quo forte idem esset  
dicendum, licet quibusdam placet quod de feudo clericus coram domino sit  
conueniendus. Nam ratione rei de qua agitur clerici forum mutatur quod  
140 diuersis ex causis sepe contingit.

34. *Aliud est.* Presens cum precedentibus sic potest continuari. Hic  
enim dicitur quod laici publice penitentes coram ecclesiastico iudice sunt  
conueniendi. Multo magis ergo de clericis est dicendum<sup>50</sup>. Hoc autem  
forte causam dedit edicto quia huiusmodi publice penitens propter onus  
145 penitentie quod subiit omnino debet occupationes fugere, ne amore  
rerum secularium cupiditatis laqueis iterum inuoluatur. Nam cum mens  
concepta desideria sequitur seruire rebus conuincitur quarum amore

130 Vel hoc ] ibi **Ba** 132 Manifesta ] (et om. A) De manifesta (C.2 q.1 c.17) add. **Lp<sup>pc</sup> Ba**  
**A La R P** ult. ] Vsque deseruat. Hinc uolunt quidam quod depositus clericus tradi debet  
curie, non ut puniatur sed ut seruat curie, secundum quos sacrilegus esset qui in clericum  
etiam degradatum manus iniceret (mitteret **A La**) uiolentas, cum adhuc ordines habeat quos  
ei degradatio auferre non potest qui etiam secundum istorum sententiam coram ecclesiastico  
iudice debet conueniri. In contrarium tamen penitus quidam sentiunt ex eo quod in Extra.  
dicitur c. Licet preter solitum (Licet om. **La**) (1 Comp.5.12.1 - X 5.14.1) add. **Lp<sup>pc</sup> Ba A La P**  
133 Lector] Lectione **Ba** 135 allegando om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** 137 uero] siue **Lr** esset  
om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** 138 placet om. **Ba**] placeat **A** 139 conueniendus] uideatur add. **Ba**  
141 Presens] cap. add. **Lp<sup>pc</sup> A R P** 142 enim om. **A** publice] sunt add. **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
143 ergo om. **La**] hoc **R** est] hoc add. **Lp A La P** dicendum] docendum **Lr** est  
dicendum] debet dicere **R** autem om. **Ba** 144 forte om. **R** publice om. **Ba A P**  
145 omnino om. **Lr** 147 concepta] precepta **Lr**] cepta **Lp<sup>ac</sup>** seruire] dicere **Ba**

<sup>46</sup>Cf. Dt 9,18      <sup>47</sup>C.2 q.1 c.15      <sup>48</sup>D.21 c.9      <sup>49</sup>Cf. SL C.11 q. 1 p.c.31      <sup>50</sup>Cf. SL C.11 q. 1 c.34 v. *Aliud debere*

superatur, ut infra C.xiiii. q.i. c.i.<sup>51</sup> Vsque *omnia michi licent* etc. Hoc pluribus modis exponitur in Apostolo et primo sic: 'de escis omnia michi licent<sup>52</sup>', idest omnibus cibis licet michi uesci, sed non expedit hoc facere quia quidam infirmi fratres super hoc scandalizarentur, qui quosdam cibos iudicabant immundos. Vel de sumptibus sic: 'omnia michi licent<sup>53</sup>' etc., idest ab omnibus quibus predico licitum est michi sumptus accipere, 'quia si spiritualia, dicit Apostolus, uobis seminauimus, non est magnum si carnalia uestra metamus<sup>54</sup>'. Non tamen expediebat ei a Corinthiis sumptus accipere quia erant auari et inde scandalizati nollent uerbum predicationis eius accipere et ita offendiculum faceret euangelio uel quia crederent peccandi libertatem ab Apostolo redemisse et quod eos non posset redarguere de peccatis, quoniam munera oculos excecant et uim auctoritatis inclinant. Vsque *quam negligere non debeat*, quia forte paritura esset eius causa momento cum contra eum impleretur prescriptio si in ultima hora prescriptionis taceret et prescriptionem non impediret.

35-36. *Quicumque usque testimonium ab uno licet episcopo perhibitum.* Et nota quod multipliciter quidam infirmare nituntur quod in lege presenti continetur, scilicet quod unius testimonio debeat adhiberi fides, tum quia Theodosiana est lex ista<sup>55</sup> et idcirco dicunt eam cum auctore repudiatam, tum quia manifeste uidetur ueritati euangelice contraire in qua dicitur, 'in ore duorum uel trium testium stat omne uerbum'<sup>56</sup>, ut supra C.ii. q.iii. c.i.<sup>57</sup> Sed si rei ueritatem attendere uolumus et esse filii excussorum, hic non dicitur quod unius episcopi testimonium debeat recipi. Sed potius dicitur

148 xiiii] xiii A c.i.] § i. A i.] (Cum *praem. Lp La*) crederem tamen (tamen *om. Lp La*) quod (et *add. A*) coram (et *Lp*) ciuili iudice hic conueniri posset si uellet, propter hoc quod hic dicitur, 'a llicitis' (*a llicitis om. A*) et propter illud scilicet 'melius' exponitur (exponitur *om. A La P*) *add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La P* Vnde utrumque ei licitum esse uidetur. Quare uel dicas esse hoc consilium uel priuilegium hic eis conceditur, scilicet ne trahantur inuiti, ut (infra *add. A P*) C. xxxiiii. q.ii. Admonere (c.8) *add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La P michi - etc. om. R* 151 quidam *om. Lp* super hoc *om. A La P* 153 licitum est] licet *A* 154 dicit Apostolus *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* 156 accipere] recipere *Ba A* 158 peccandi] predicandi *Lr Lp<sup>ac</sup>*] contempnendi *praem. R* redemisse et] se misisse *R* posset] potuisset *R* 159 redarguere] arguere *Ba A La P*] arguisse *R* 161 in *om. R* ultima hora] ultimo *Ba* 162 prescriptionem] prescriptionis annum *Ba*] prescriptionis cursum *A La R P* 165 debeat] ualeat *R* 166 auctore] auctoritate *A*] suo *add. Ba P*] sua *add. A* 168 testium *om. A La*

<sup>51</sup>C.14 q.1 a.c.1      <sup>52</sup>1 Cor 6,12, cf. 1 Cor 10, 23      <sup>53</sup>1 Cor 6,12      <sup>54</sup>1 Cor 9,11      <sup>55</sup>Cf. infra C.11 q.1 p.c.36 n. 67; Const. Sirmond 1, ed. Hänel; Maassen, *Geschichte*, 1.794.      <sup>56</sup>Dt 17, 6 et 19,15; 2 Cor 13,1. Cf. supra C. 2 q. 4 c. 2 n. 83; C. 5 q.6 c. 3, n. 16      <sup>57</sup>C.2 q.4 c.1

- quod ubi unus episcopus est cum reliquis testibus, hoc facit auctoritas episcopi, ut si ab alia parte testes, prout solet fieri, inducantur, tunc pars illa preferetur alteri cui adminiculum prestat episcopus. Et hoc uidetur littera sequens sonare. Sophistice tamen hinc potest colligi quod unius testimonio 175 debeat fides adhiberi, d.lxxxvi. Tanta<sup>58</sup>, C.xx. q.iii. Presens<sup>59</sup>, C.xxi. q.ii. Si uerum<sup>60</sup>, de con. d.iii. Cum itaque<sup>61</sup>; contra C.iii. q.iii. § Item iuris<sup>62</sup>, C.vi. q.ii. § i.<sup>63</sup>, C.xxi. q.ii. Admonere<sup>64</sup>, C.ii. q.v. § i. et c.i.<sup>65</sup>
36. (p.c.) Vsque *qui in suis capitularibus*, non in Lombarda<sup>66</sup> sed in Pandecta<sup>67</sup> unde Lombarda fuit tracta. Multe enim sunt Pandecte.
- 180 39. *Peruenit*. Hic opponitur: aut laicus aut clericus erat iste defensor; si clericus, ergo non debuit eum apostolicus reprehendere; si uero laicus, quare in sequentibus ait 'tunc te interponere debes'<sup>68</sup>? Ad hoc dici potest quod erat laicus et ideo fuit ab apostolico reprehensus quod coram se permittebat clericos conueniri. Tunc ei specialiter de iure suo concessit Gregorius de 185 causis clericorum cognoscere. Vsque *iudices deputentur*. Hii forte sunt iudices delegati a quibus ante litis contestationem potest appellari, ut supra C.ii. q.vi. Si quis in quacumque<sup>69</sup>. Vsque *ad eligendos iudices*. Subaudi arbitros. Et nota quod in tribus casibus potest episcopus cogere clericos ad arbitros eligendos, cum episcopus ciuilem causam cum clero suo habet, ut infra e. 190 q. Si clericus<sup>70</sup>; uel cum subditus habet eum suspectum et non, ut hic, uult appellare; uel in feudo, quod tamen de auctoritate nobis non constat.

---

5. *Illud usque donec ratiocinia cuncta deduceret,* idest donec redderet rationem uillicationis sue<sup>20</sup>. Et nota quod hinc potest colligi eum qui debito uel ere alieno est obligatus uel aliqua obnoxietate tenetur obnoxius, antequam se expediatur non posse ad religionem transire, C.xvi. q.ii. Si quis incognitus<sup>21</sup>, C.xix. q.iii. Monasteriis<sup>22</sup>, d.liii. Legem quam<sup>23</sup>, d.liiii. Nullus et c. Nulli<sup>24</sup>, Extra. Consuluit nos<sup>25</sup>. Sed queritur si ere alieno obligatus intrauit monasterium et non possit creditoribus satisfacere, an debeat ipse creditoribus tradi habitu monachali exutus uel an ipsum monasterium eum redimere teneatur et satisfacere creditoribus. Et quibusdam uidetur ad modum serui qui creditoribus exutus religioso priuilegio sit reddendus, ut infra C.xviii. q.ii. c.ultr.<sup>26</sup> et d.liiii. Ex antiquis et c. Quis aut<sup>27</sup> et maxime cum delictum persone in dampnum ecclesie redundare non debeat, que de eius persona nullum emolumenntum est consecuta, ut infra C.xvi. q.vi. Si episcopum<sup>28</sup>. Sed quoniam indecorum esse perpenditur et constitutioni 60 canonice inimicum ut monachorum religio secularium conuersationi  
65  
70

52 decedens ] discedens Lp      53 hec ] ultima add. A La P      54 irascitur Lr Lp  
uoluntas om. Lr Lp      seruari ] seruari A      seruari precipitur ] seruabit R      55 tam  
om. Lr Lp      quam ] ut (ut om. P) (supreme add. A La P) uoluntatis eius (eius om. A La P)  
postquam non succedit (non succedit om. A La P) iam (nichil add. A) aliud uelle (possit add.  
A; non possunt add. La P). Liber sit stilus et libere (liberum A ; licitum La P) quod iterum non  
redit arbitrium, ut Cod. lib. vii. (i. A La P) de seruo communi manumisso, Si autem seruus  
(Cod. 7.7.4), (de-seruus om. A La P) de sacrosanctis ecclesiis et de rebus earum l.i (Cod.1.2.1)  
add. Ba A La P      uoluntas om. Lr voluntas - decessit om. Ba A La P      decessit ] succedit R  
56 Illud ] etiam add. Lr Lp ] etc. add. A      deduceret ] deducunt Lr Lp      59 transire ] ut arg.  
add. A      xvi ] xvii A      60 xix.] xviii. Lr Lp      61 Extra ] infra praem. A      Extra - nos  
om. Lr      nos ] Cod. l. vii., de seruo communi manumisso, Si autem (§ Sic nec A) seruus  
(seruus om. Ba) (Cod. 7.7.4) add. Ba A La P      62 intrauit ] intrauerit A      63 uel - 65 exutus  
om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.)      65 qui ] quod A      religioso ] religionis Ba      66 xviii.] xvii  
A      et<sup>2</sup> om. A      68 xvi.] vi. Lr Lp      69 Sed quoniam indecorum esse ] Secundum  
quosdam Lr Lp      quoniam indecorum ] // R      et constitutioni ] constitutioni et tr. Lr  
R      70 canonice ] canonibus R

<sup>18</sup>C.16 q.1 c.15; cf. SL C.13 q.2 c.4 v. *Vltima uoluntas* (in principio)      <sup>19</sup>C.13 q.2 c.8      <sup>20</sup>Lc.  
16,2      <sup>21</sup>C.17 q.2 c.3      <sup>22</sup>C.19 q.3 c.6      <sup>23</sup>D.53 c.1      <sup>24</sup>D.54 c.1,2      <sup>25</sup>1 Comp. 5.34.8  
<sup>26</sup>C.18 q.2 c.31      <sup>27</sup>D.54 c.9, 11      <sup>28</sup>C.16 q.6 c.2; cf. SL C.13 q.2 c. 5 v. *ratiocinia deduceret,*  
*indempnes* (in medio)

uidetur subici et uelut domina famule famulari, ne religionem uideamur  
persequi quam diligere et fouere tenemur, sic uidetur potius esse dicendum  
ut monachus laico non reddatur, sed si sine magno dampno ecclesie eum  
potest abbas redimere et creditoribus satisfacere faciat, ut Bur. lib. i.<sup>29</sup> Sed  
75 an teneatur hoc facere uel non, non expedimus. Si uero sine enormi dampno  
ecclesie creditoribus non potest satisfieri nec reddetur ipse nec aliquid pro  
eo dabitur, nisi quod ecclesie ipse dedit; nam non possumus dicere 'redde  
quod abstulisti' ei qui nichil habet, ut C.xiiii. q.vi. Si res<sup>30</sup>, cum etiam inanis  
80 sit actio quam debitoris inopia excludit. Vsque *omne peculium*. Si seruus, non  
ergo poterat habere peculium. Sed seruus non a seruitute sed a seruiendo hic  
dicitur uel secundum canones ecclesiarum serui possunt habere peculium,  
ut supra C.xii. q.ii. Si quos, Cum redemptor<sup>31</sup>. *Grandeūs esse memoratur*.  
Hinc collige ratione etatis presumendum esse pro aliquo et contra aliquem  
in diuersis, ut d.xxiii. Quorundam<sup>32</sup>, d.xxiiii. Fraternitati<sup>33</sup>, C.xxxii. q.iiii.  
85 Iste<sup>34</sup>, C.xviii. q.ii. Diffinimus<sup>35</sup>. Quod enim antiquatur et senescit prope  
interitum est. Antiquatio enim et senectus mortis sunt prenuntii; 'nam post  
lxx annorum amplius eorum labor et dolor'<sup>36</sup>.

10. *Qui oblationes usque demorantur*. Mirum uidetur quod hic dicitur. Cum  
enim qui tarde dat dat, quare excommunicandi sunt qui tradere aliquid  
90 ecclesie demorantur? Sed hoc forte fit ideo quia scriptum est: 'maledictus  
omnis qui opus Dei fecerit negligenter'<sup>37</sup> uel quia fictione canonis non  
uidetur dare aliquid nec dare dicitur qui tarde dat. Sicut enim qui cito

71 uidetur] uideatur **A** famule] familie **Lr**] // **P** famule famulari] famulata **Ba**] famula familiaris **R** 72 potius] posse **Lr Lp** 73 si *om.* **Lr** magno] enormi **Ba A La P om. R** 74 ut Bur. lib. i. *om.* **A La** 76 ecclesie] cum add. **R** creditoribus *om.* **La**] eius add. **Ba La R P** nec<sup>1</sup>] non **Lp** reddetur] tempore congrua add. **Lp** 77 dabitur *om.* **Lr Lp** 78 ei *om.* **Ba** ut] infra add. **A** res] alienas add. **Ba** 79 Vsque] *quia grandeūs esse memoratur* add. **Ba** *omne* - 82 redemptor *om.* **La** Si - 80 peculium *om.* **R** seruus] erat add. **Ba A P** 80 Sed] **Si R** hic *om.* **R** 82 redemptor] reddunt **Lp** *Grandeūs*] Vsque *praem.* **La R**] *Quia praem.* **Lp Ala R P** *Grandeūs*] *grande ius Lp Grandeūs - memoratus* *om.* **Ba** 84 diuersis] casibus add. **Lp** ut - Quorundam *om.* **La** ut] arg. add. **A** xxiiii] xxiiii **Lr**] xiiii **Lp**] xxxiiii **A** xxiiii] xxiiii **Lr Lp**] xxxiiii. A xxxii. q.iiii] xxii q. iii **Lr Lp** 85 enim *om.* **Ba** 86 post] plus **Lp** 87 annorum] autem **Lr Lp**] annos **A La** eorum - dolor] e.l.d. **Lr Lp** 89 qui *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** tarde] tradere **Lr Lp<sup>ac</sup>** dat dat] tardat **Lr Lp<sup>ac</sup>** dat<sup>2</sup> - sunt] tenetur excommunicari **Lp** sunt *om.* **Lr** 90 fit *om.* **Lr Lp** est] quod add. **Lr Lp** 92 tarde dat] tardabat **Lr Lp** dat<sup>1</sup>] nam denigrat meritum dantis mora add. **Ba A La P**

<sup>29</sup>Bur. 1.175; PL 140.600      <sup>30</sup>C.14 q.6 c.1      <sup>31</sup>C.12 q.2 c.57,58      <sup>32</sup>D.23 c.14      <sup>33</sup>D.34 c.7  
<sup>34</sup>C.32 q.4 c.1      <sup>35</sup>C.18 q.2 c.21      <sup>36</sup>Ps 89,10      <sup>37</sup>Jr 48, 10; cf. Dn 27,15

- dat, bis dare uidetur<sup>38</sup>, sic nullatenus dare dicitur qui in datione moram adiungit, cum scriptum sit: 'quod facis, fac citius'<sup>39</sup>. Vel ideo quia non solum ille punitur qui rem ex toto postponit, sed ille etiam qui ad ipsam efficiendam tarde accedit, ut infra C.xvi. q.i. Decime<sup>40</sup>, supra d.xxv. § Criminis<sup>41</sup>. Vsque quia ad exinanitionem fidei. Ordo constructionis hic est: quasi ideo sunt ut infideles iudicandi quia legata et fideicomissa tradere demorantur quia certum est hanc exacerbationem diuine pietatis, idest hoc peccatum, unde diuina pietas exacerbatur et indignatur. Et est antropospatos<sup>42</sup> peruenire. Vsque ad exinanitionem fidei, scilicet future resurrectionis; nam presumitur eos pro futura resurrectione non credere qui pro animabus defunctorum, quos resurrecturos esse credere non uidentur, oblationes ecclesie dare nolunt.
- 105 11. Clerici usque uelut necatores. Et nota quod tales pauperes dicuntur occidere per beneficii subtractionem cum oblationes ecclesie retinent unde pauperes erant alendi, ut infra C.xvi. q.i. Quoniam quicquid<sup>43</sup>. Et nota quod homicida pluribus modis dicitur, gladio, detractione ut infra C.xxxiii. q.iii. Homicidiorum<sup>44</sup>, subtractione beneficii ut hic et d.lxxxvi. In singulis<sup>45</sup>.
- 110 12. Questa est usque pretium accipere renuit. Subaudi ab initio. Postea uero Abrahe precibus uictus<sup>46</sup> legitur pecuniam accepisse in primo sequenti c.<sup>47</sup> Sed queritur an sub pretextu consuetudinis uel diuturnitatis in hoc possit aliquis a simonie crimine excusari. Quod non credimus. Etiam in hiis enim que iuri naturali sunt contraria nec consuetudo nec diuturnitas minuunt

---

93 uidetur ] dicitur **A La P** uidetur - dare ] om. **Ba** sic - dicitur om. **Lr Lp** nullatenus ] non **R** 96 tarde ] tradere **Lr Lp<sup>ac</sup>** 96–97 Vsque quia ] quia usque **Lp** 97 quia ] usque add. **Lr A** quasi ] quare **Lp** ideo ] non add. **Lr** 98 quia ] quod **Lp** ] qui **A** fideicomissa ] fidei transmissa uel commissa **Lp** 99 exacerbationem ] excusationem **Lp** diuine ] dominice **Lp** 100 diuina ] dominica **Lp** exacerbatur ] excusabatur **Lp** antropospatos ] antropospaton **A La** 102 pro ] om. **Ba A La** ] per **P** futura resurrectione ] futuram resurrectionem **Ba A La P** 105 pauperes ] esse add. **A** 107 quicquid ] Decime add. **A La** 108 gladio ] et add. **A** 110 Questa est ] Quietis **Ba** est om. **A** pretium ] premium **A F** 112 an] utrum **A** 113 Etiam om. **Ba A La R P** in om. **Lr Lp**

---

<sup>38</sup>Seneca, *de beneficiis*. Cf (Auctor incertus) Beda, *Sententiae philosophicae collectae ex Aristotele atque Cicerone*, PL 90.1000; cf. *Publil. Syr. Sent.* Apud Walther, *Proverbia sententiaeque lat. nn. 2032–33a*; cf. *Summa 'Elegantius in iure diuino' seu Coloniensis*, (ed. G. Fransen- S. Kuttner, 1969, tom. 1) p. 169 n. 117, Apparatus fontium. <sup>39</sup>Jo 13,27 <sup>40</sup>C.16 q.1 c.66 <sup>41</sup>D.25 p.c.3 § 4 <sup>42</sup>Petrus Lombardus, *Collectanea in epistolas Pauli*, PL 192.426; Petrus Comestor, *Historia scholastica*, PL 198.1081 <sup>43</sup>C.16 q.1 c.68 <sup>44</sup>De poen. D.1 c.24 <sup>45</sup>D.86 c.19 <sup>46</sup>Gn 23 <sup>47</sup>C.13 q.2 c.13

115 peccata sed augent ut in Extra. c. Non satis utiliter<sup>48</sup> et C.i. q.iii. c.ult.<sup>49</sup> et C.xxxii. q.vii. Flagitia<sup>50</sup>.

13. *Postquam pretio.* Hic queritur quare non magis dicit Scriptura Abraham quam Ebron deliquisse cum iste eum cogerit delinquisse<sup>51</sup>, ille uero coactus hoc fecisset. Ad hoc dici potest Ebron non peccasse ratione illius temporis in quo non emanauerat interdictio de sepultura uendenda sed ratione futuri temporis in quo talia facientes delinquunt. Vel Abraham non peccauit quia predium tantum credebat emere. Ille uero peccauit quia credidit se uendere sepulturam<sup>52</sup>. Et in uno eodemque opere secundum diuersitatem intentionis unus potest peccare et alias a peccato potest esse immunis, ut infra C.xxxii. q.v. *Proposito*<sup>53</sup>. Vel forte licet in hoc Abraham peccauerat, hoc tamen Scriptura subticuit, licet autem tunc in canonibus non esset prohibitum terram pro sepultura uendere. Vnde uidetur quod fuerit licitum, peccauit tamen Ebron quia forte in lege consuetudinis erat inhibitum. Vel potius quia contra ius naturale uidetur secundum quod omnia sunt communia et Domini est terra<sup>54</sup>. Vnde rei Dominice inuasio esse uidebatur, ut infra c.i.<sup>55</sup>, qui terram pro sepultura uendebat<sup>56</sup>. Quod autem locus contaminatus esset ex eo patet quia spelunca illa ad hoc fuerat deputata, ut supra C.e. q.e. Ebron<sup>57</sup> et infra c.i.<sup>58</sup> Vsque *reprehendatur occulte*, idest per subtractionem littere sui nominis.

135 14. *Et in ecclesiastico usque non prohibeas gratiam*, idest sepulturam gratis dandam. Vsque *quid terra*, idest terrenus homo uendis terram ipsius sepulture.

115 sed] uel **Ba** 116 vii.] vi. **Lr Lp** 117 non] *om. Lr Lp*] **an Ba** dicit Scriptura] dicatur **Ba** Abraham] Effron A] Ephron R 118 iste eum *om. R* eum - delinquisse] non coegerit **Ba** cogerit A coegerit A delinquisse<sup>2</sup> *om. A La P*] Ephron add. **R** ille] iste A 119 fecisset] fecerit A Ebron] Effron A 120 de sepultura uendenda] sepulture uendende**A** 121 temporis *om. Ba A* 122 tantum] unum **Ba** Ille - quia] Sed **Lp** 123 opere] tempore **Lp** 125 peccauerat] peccauerit A 128 Ebron] Effron A 129 uidetur] esse *praem. Ba A La R P* secundum *om. Lp* 130 inuasio] inuasor **R** inuasio - uidebatur] inuasio ne tenebatur **Ba A La P** 131 qui] quod **Lr Lp** Quod - 133 infra c. i. *om. La (omoio.)* locus] ille add. **Ba A P** contaminatus] conterminatus **Lp**] cimiterius **Ba A R P** 132 C.e. - e.] q. A 133 et - c.i. *om. Ba A P* idest] scilicet **A R** 135 *Et om. A F* 136 *terra*] *terram Lr Lp*] *gratiam praem. Lp* idest] quidem add. **Lr**] quid add. **Lp**] tu add. **A La**] quidam add. **R**

<sup>48</sup>1 Comp. 5.2.7 (=X 5.3.8), Conc. Tur. 1163, c. 6

<sup>49</sup>C.1 q.3 c.15

<sup>50</sup>C.32 q.7 c.13; cf. SL

C.13 q.2 c.12 v. *renuit*

<sup>51</sup>Gn 23/24

<sup>52</sup>Cf. Gn. 23,1-20

<sup>53</sup>C.32 q.5 c.4

<sup>54</sup>Cf. Ps 24,1

<sup>55</sup>C.13 q.2 c.1; Gn 23,2-4

<sup>56</sup>Cf. SL C.13 q.2 c. 13 v.

*reprehenditur occulte*

<sup>57</sup>C.13 q.2 c.2;

Gn 23,19

<sup>58</sup>C.13 q.2 c.1; Gn 23,2-4

16. *Quibus peccata, grauia*, idest mortalia; nam pro uenialibus non debet alicui sepultura negari. Et nota quod multiplex uidetur esse ratio quare mortuorum corpora in ecclesiis inhumantur, tum quia sepulcrorum uestigia consanguineis refricant facti memoriam et sic eorum affectus deuotior fit apud Deum, ut in sequenti c. dicitur<sup>59</sup>, tum quia specialiter illius martiris patrocinio commendatur mortuus in cuius ecclesia est depositus, ut infra e. q. Non estimemus<sup>60</sup> uel quia ab immundis spiritibus de cetero non possunt uxari corpora uel illusionibus demonum attrahi qui in sacris cimiteriis deponuntur, sicut de Samuele<sup>61</sup> factum fuisse Scriptura testatur, infra C.xxvi. q.v. Nec mirum<sup>62</sup>, nisi uel ob peccatorum magnitudinem uel occulto Dei iudicio aliquando in contrarium fieri uideatur.
19. *Non estimemus usque et quodammodo eiusdem fidei testimonio*. Nam 150 humanitatis officium creditur quod inhumandis corporibus impenditur arg. et est signum fidei resurrectionis future. Nisi enim eos qui in Christo dormiunt fideles resurrecturos sperarent superfluum uideretur et uanum orare pro mortuis<sup>63</sup>.
21. *Pro obeuntibus usque non tamen pro impiis*, idest pro hiis qui cum peccato mortali discedunt et hoc cum constet ecclesie eum de peccato mortali quod manifeste commiserat non penitusse. Vnde impenitens esse presumitur licet peccatum ei fuerit dimissum per cordis contritionem. Si uero nescitur, pro paleis et granis<sup>64</sup>, idest bonis et malis, orabit ecclesia. Et nota quod ecclesia orat pro pessimis ut saluentur. Pro eisdem uero in peccatis mortuis, 160 nequaquam. Quod fit ideo quia de uiuorum conuersione spes habetur.

---

138 *grauia om. F* (cf. c.18 *Cum grauia*)      141 *et] ut A*      144 *uel] tum Lr Lp*      *uel quia] et R] tum Lp*      *quia] sicut quidam dicunt add. Ba A La P*      145 *attrahi] trahi Ba R P*      *sacris] canonibus add. Lp<sup>ac</sup>*      146 *deponuntur] disponuntur Lr Lp*      *sicut - 147 mirum om. Ba*      *Scriptura testatur] legitur Lp*      *infra om. A*      147 *uel<sup>1</sup> om. Ba* 149 *estimemus] existimemus Lr*      *Nam] ab add. R*      150 *creditur - corporibus] quod circa inhumanda (humanda A; humana R) corpora Ba A La R P*      151 *et om. Lr Ba*      *signum om. Ba*      152 *fideles om. Ba*      153 *orare pro mortuis] etc. Lp*      154 *Pro obeuntibus om. Lr Lp*      *cum] in Ba A*      155 *mortali] peccato add. (repetit) Lr*      *discedunt] decedunt Ba A La R P*      *et - mortali om. Lp eum om. Lr*      156 *impenitens] impenitentis Lr Lp* 158 *Et nota - 163 recipiendi om. La*      159 *pessimis] uiuis licet praem. Ba A P* ] *uiuis praem. R*      *uero] est add. Ba A*      160 *quia] qui A*

---

<sup>59</sup>C.13 q.2 c.17      <sup>60</sup>C.13 q.2 c.19      <sup>61</sup>Rg 28,14      <sup>62</sup>C.26 q.5 c.14      <sup>63</sup>2 Mc 12,44; cf. Hilarius Pictaviensis, *Epistola seu libellus*, PL 10.763; cf. Synodus Atrebatenensis, *Acta*, PL 142.1298      <sup>64</sup>Cf. Mt 3.13; cf. De cons. D.4 c.49

De nemine enim desperandum est quamdiu uiuit, ut infra C.xxxii. q.ii. Ancillam<sup>65</sup>. Secus uero de mortuis quia nec penitere nec conuersti de cetero possunt. Hic est enim tempus operandi, ibi uero recipiendi.

23. *Tempus usque continet*, idest in illo medio tempore quod est inter mortem hominis et resurrectionem futuram anime. *In abditis*, subaudi nobis, *receptaculis*, continentur. Receptacula autem forte uocat diuersas mansiones que sunt in domo Patris nostri<sup>66</sup> pro uarietate meritorum. Et nota quod cum anima liberatur ab ergastulo corporis et a carnis contubernio separatur, aut trahit secum trabem criminis aut festucam uenialium peccatorum uel ab omnibus mundanis recedit. Et si quidem uenialia que habet minima in uita presenti fuerunt consumpta uel in ipso momento separationis statim talis anima transit ad gloriam. Talis enim potest dicere: 'uenit princeps mundi huius et in me non habet quidquam'<sup>67</sup>. Si uero grauia uenialia secum detulit, punietur in purgatorio et salua erit quasi per ignem<sup>68</sup> sicut dicit Apostolus. Patietur tamen detrimentum minoris glorie, quia maiorem haberet gloriam si loco uenialis culpe opus bonum operatus esset. Vel ideo: talis detrimentum maioris glorie pati dicitur quia tardius ducitur ad uidendum Deum; consumptis scilicet uenialibus in igne et consumptis uenialibus uolabit ad refrigerium. Si uero uel unum mortale habuit de quo non penituit cum eius non esset immemor punietur eternaliter in inferno, ubi nulla est redemptio saluans, licet penam mitigans quia uniuerse uie Domini misericordia et ueritas et est piger ad penas princeps, ad premia uelox. Si uero mortalium esset immemor pro eis eternaliter non punietur. Vnde Augustinus: prima consolatio est quia non obliuiscitur misereri Deus<sup>69</sup>, secunda quia etsi fides, idest peccatorum conscientia desit, pena

162 uero *om.* **Ba**] tempus *add.* **R** 164 usque *continet*] *futurum* **R** 166 autem *om.* **Lr Lp**  
 167 uarietate] diuersitate **A** 170 mundanis] munda **Ba A La R P** habebat **A**  
**La** 172 anima] omnino **Lr Ba**] *omnia* **R** uenit] enim *add.* **Lr Lp** 173 grauia *om.* **Lp**  
 174 detulit] tulit **Ba** 177 talis] tale **Lr Lp** maioris] minoris **A La** 178 uenialibus<sup>1</sup>]  
*peccatis add.* **La** 179 refrigerium] refrigerandum **Ba P** 180 punietur - 183 uelox *om.*  
**Lr R** (*omoio.*) punietur - 183 immemor *om.* **Lp** (*omoio.*) eternaliter - 183 uelox *om.*  
**A** 182 Domini] sunt *add.* **La** 183 uero] etiam *add.* **Lp Ba R P** eis] hiis **Ba R P**  
 punietur] puniretur **A** 184 prima consolatio] infra consideratio **Ba** 185 secunda]  
 ideo **Ba**] sed **Lp** fides] fidei **Lp** conscientia desit] conscientia desit **Lr Lp** pena]  
*penam Lr Lp*

<sup>65</sup>C.32 q.2 c.11    <sup>66</sup>Cf. Jo 14,2    <sup>67</sup>Jo 14,30    <sup>68</sup>1 Cor 3,15; cf. SL C.13 q.2 c.23 v. *receptaculis*

<sup>69</sup>Cf. Ps. 76,10 ; PL 41, 739 De civitate Dei, c. 24

tamen satisfactionem releuat<sup>70</sup>. Decedens cum criminali quod penitere potuit, sciuit et noluit punietur eternaliter in inferno ubi nulla est redemptio saluans, licet penam penam mitigans, quia uniuerse uie Domini sunt misericordia et ueritas et est piger ad penam princeps et ad premia uelox.  
 190 Vsque *ut tolerabilior fiat ipsa dampnatio*. De illis hoc intelligitur qui sunt in purgatorio. Secundum quosdam uero etiam de illis intelligitur qui in inferno torquentur, quorum penas orationes mitigant.

29. *Fatendum est usque postea uero audire*. Et nota quod Deus loquitur homini et angelo uel per scripturam uel per predicationem uel per inspirationem occultam, ut de con. d.v. c. ult.<sup>71</sup>; et anima anime nutibus et signis inuisibilibus sicut et monachus monacho signis et nutibus suam indicat uoluntatem uel intentionis aperitione et conscientie puritate<sup>72</sup>. Tunc enim aperta erunt omnia quando reuelabuntur occulta cordium<sup>73</sup>.

30. *Quesitum est*. Hic dicitur quod si quis trahitur ad patibulum et penitet de peccatis et sepultura est ei concedenda et uiaticum non debet negari, sed accepta penitentia et correctionis remedio ad patibulum potest trahi. Quod tamen iniquum esse uidetur et constitutioni canonice obuiare. Cum enim uideam quod ille qui ad patibulum trahitur si ad sacram edem confugerit propter reuerentiam sacri loci immunitatem nanciscitur ut numquam debeat reddi nisi de omni penarum genere clerici sint securi, ut infra C.xvii. q.iii. Frater<sup>74</sup> et c. Id constituimus<sup>75</sup>, quare eadem ratione non liberatur a supplicio qui corpus Domini accipit, cum nichil illo dignius sit, ut supra C.i. q.i. Multi<sup>76</sup>. Diuersitatis hec est ratio. Domus enim orationis est ecclesia corporalis ut supra C.i. q.iii. Si quis obiecerit<sup>77</sup>. Vnde propter reuerentiam illius corporalis ecclesie aliquis potest penas corporales euadere. Corpus autem Domini non est cibus corporis sed anime ut infra de con. d.ii. Non iste

186 satisfactionem ] satisfactio Lr Lp ] satisfacit et A La Decedens - 187 noluit *om.* Lr  
 Lp 187 ubi *om.* Lr 188 penam] penas A sunt *om.* Lr Lp 189 est *om.* Lr Lp  
 et *om.* Lp premia] munera A 190 *ut tolerabilior*] *intolerabilior* Lr Lp qui - 191  
 intelligitur *om.* Lr Lp (*omoio.*) 195 *ut*] *infra add.* A et<sup>1</sup> *om.* A 196 monacho] co Lr  
 signis et nutibus *om.* Lr Lp 197 indicat] inducit Lr Lp<sup>ac</sup> aperitione] comparationem  
 Lr ] compassionem Lp puritatem Lr Lp Tunc] Ibi Lr Lp A 200 ei  
*om.* Ba non debet negari] non est negandum A 204 sacri *om.* Lr Lp 205 clerici  
*om.* Ba 208 Diuersitatis] autem *add.* A La est<sup>2</sup> *om.* Lr Lp ] potest assignari A La  
 209 Si quis *om.* Lp 211 iste] est Lr Lp

<sup>70</sup>PL 15, 1453 Ambrosius Mediolanensis, Expositio in Psalmum David CVXIII, Sermo 18

<sup>71</sup>De cons. D.5 c.40      <sup>72</sup>Cf. SL C.13 q.2 c.29      <sup>73</sup>Cf. 1 Cor 4,5      <sup>74</sup>C.17 q.4 c.10

<sup>75</sup>C.17 q.4 c.36      <sup>76</sup>C.1 q.1 c.84      <sup>77</sup>C.1 q.3 c.7

panis<sup>78</sup>. Vnde cum sit cibus anime a penis que infliguntur corpori non liberat aliquem nec excusat. Item quod dicitur: 'non iudicat Deus bis in idipsum'<sup>79</sup>, inuenies supra, d.lxxxi. Presbiter<sup>80</sup> et infra C.xxiii. q.v. Quid ergo<sup>81</sup>. Quod tamen sic intelligas: non iudicat bis, subaudi perfecte. Nam si una pena fuerit sufficiens, alteram Deus non addit et hoc inuenies sic expositum, infra C.xxiii. q.v. Quid ergo<sup>82</sup>.

---

212 Vnde - 213 excusat] etc. **Lr Lp** 213 bis *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** idipsum] ipsum **A** 216 fuerit]  
fuit **A**

---

<sup>78</sup>De cons. D.2 c.36

<sup>79</sup>Jb 33, 14

<sup>80</sup>D.81 c.12

<sup>81</sup>C.23 q.5 c.6

<sup>82</sup>C.23 q.5 c.6; cf. SL

C.13 q.2 c. 30

## &lt;CAVSA XIII&gt;

*Canonici cuiusdam ecclesie.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod sua repetere etc.*

Quid circa presentem articulum dici debeat et subiecta littere series indicat et in summa latius et plenius inuenitur. Vnde ne confusionem generet toties  
5 repetita additio ad sequentia exponenda transeamus.

2. *Quod debetur.* Et nota quod presens c. non ad principalis sed secundarie questionis probationem inducitur, scilicet quod non est precepti sed consilii sua non repetere. Hic enim dicitur quod propria nonnumquam repetuntur et hunc morem seruat Magister per omnia. Vnde hoc inspecto uidere poteris  
10 ad quid capitula omnia inducantur. Vsque *ideoque lex*, scilicet canonica usurarias exactiones interdicit et interdicendo penas usurariis infligit, infra C.e. q.iii. Si quis usuram<sup>1</sup>. Vel de lege prophetica hoc potest exaudiri que et usurarum exactionem inhibet et usurariis penam minatur dicens eum esse  
15 mansurum in tabernaculo qui pecuniam suam non dedit ad usuram<sup>2</sup>. Vsque *reddere debitum*, idest penam pati pro peccato nobis debitam. Peccatum autem debitum dicitur ut ibi 'dimitte nobis debita nostra'<sup>3</sup>, idest peccata relaxa pro quibus nobis pena debetur<sup>4</sup>. Vsque *sic et cetera*. Subaudi in primo paragraphe introducta, scilicet quod sint consilii, non precepti.

2 *Canonici*] *Clerici Lr Lp A om. P ecclesie*] *Clerici ecclesiarum aliquando litigant de iure spiritualium aliquando pro iure secularium rerum. Quia igitur spiritualia digniora sunt secularibus ideo superius quasi primo loco, scilicet clericorum litigia de spiritualibus scilicet de decimis et sepulturis instituit. Nunc autem de secularibus scilicet de prediis, iterum clericos litigantes introducit ostendens qualiter clericis sua repetere liceat et testes de sua ecclesia producere. Agitque de turpi questu clericis interdicto, de usuris a nullo exigendis, de eleemosynis ex male acquisito non faciendis. Vt autem hec omnia etc. add. Ba* (Cf. *Summa Rufini*, ed. Singer p. 339)

<Q. I>

2 *Quod*] *Quia Lr Qui Lp 6 sed*] *ad add. R 8 sua*] *suam A repetuntur*] *repetantur P 10 canonica*] *que add. Ba A La P 11 penas*] *penam A usurariis*] *usurarias Lr Lp 14 tabernaculo*] *Domini add. Ba A La R P 16 nostra om. Ba idest om. A 17 pena debetur*] *pene debentur Ba A La P*

<sup>1</sup>C.14 q.4 c.10      <sup>2</sup>Ps 14,5      <sup>3</sup>Mt 6,12      <sup>4</sup>Cf. SL C.13 q.1 c. 2 v. *instituit, reddere debitum*

3. *Quisquis usque non mali aliquid perpetrabit.* Ex hoc uerbo et illo sequenti  
 20 *consilium datur offerentis arbitrium est*, colligitur quod cum summus pontifex  
 rogando uel considerando scribit alicui non tenetur ei subditus nisi quatenus  
 uoluerit obedire. Cum uero preceptorias litteras dirigit obedire mandato  
 subditus cogitur, ut supra d.xix. Nulli<sup>5</sup> uel iustum causam impedimenti  
 25 allegare, ut in Extra. c. Si quando<sup>6</sup>. Quod enim imperatur necesse est fieri  
 et decretum necessitatem facit; consilium autem liberam excitat uoluntatem  
 ut supra d.iiii. Denique<sup>7</sup>.

## &lt;Q. II&gt;

§ *De eo autem.* Nichil hic immutare uel addere uolumus sed Magistrum per  
 omnia imitari. Nam fixa bouis ueteris uestigia pronus adoro<sup>8</sup>. Competenter  
 5 enim distinguit in paragrapho et in capitulo quod ad hoc interserit et  
 distinctionem corroborat et confirmat.

1. *Super prudentia usque domestici.* Tales scilicet quibus imperari possit  
 uel ratione patrie potestatis, ut filiisfamilias uel ratione dominationis, ut  
 seruis; et hoc secundum quosdam. Item hic queritur an in pecuniariis causis  
 laicorum de domo prodeentes ad testimonium sint admittendi, sicut in  
 10 causis pecuniariis ecclesie admittuntur ut in Extra. Cum nuntius<sup>9</sup>. Quod  
 quidam non concedunt et specialiter dicunt esse propter fauorem ecclesie  
 introductum. Item queritur an clerici unius ecclesie sint ad testimonium  
 admittendi in crimine contra extraneos uel suos ubi aliquis sociorum fuerit  
 15 accusator, et quidem contra extraneos, nequaquam, ut hic. Contra suos  
 autem prelatos aut socios licite admittuntur, ut supra C.ii. q.vii. Paulus  
 Deaccine<sup>10</sup>.

2. *Quamquam usque si euentu aliquo.* Hinc collige in ea causa dici posse

<sup>19</sup> *non - perpetrabit* om. F (*Editio romana habet*)      et] ex add. A      20 *consilium*] *ubi praem.*  
 A R P      21 *considerando*] *consulendo* Ba A La R P      26 iiiii.] iii. § c. Lr Lp

<Q. II>  
 2 *hic*] autem Ba A      4 *in*<sup>1</sup>] c. Lr Lp      *in*<sup>2</sup>] *infra* Lr      6 *possit*] *potest* A      7 *ratione*<sup>2</sup>  
 om. R      8 *seruis*] *seruu*s R      10 *Cum nuntius*] *Pro nuntio* Lr R ] c. *prouincia* Lp  
 11 *quidam*] *tamen add.* Lr Lp      13 *crimine*] *commune* A      *ubi*] *nisi* Lr Lp      15 *aut*]  
 uel A      16 *Deaccine*] *De alimentis* Lr Lp      17 *in ea causa* om. A<sup>ac</sup>

<sup>5</sup>D.19 c.5      <sup>6</sup>1 Comp. 1.2.5 (=X 1.3.5), JL 14074      <sup>7</sup>D.4 c.6      <sup>8</sup>Cf. C.14 q.2 c.1; Stephanus  
 Tornacensis, Epistolae, PL 211.543      <sup>9</sup>1 Comp. 2.13.11 (= X 2.20.12), JL 13249      <sup>10</sup>C.2 q.7  
 c.43

testimonium cum aliquis fortuito casu interfuit, contra, supra C.iii. q.viii.  
 Si debitum<sup>11</sup>. Sed speciale est illud in solutione pecunie, istud generaliter  
 20 obtinet. Vsque et aliquid audierint. Hinc collige testimonium de auditu esse  
 recipiendum, supra C.e. q.e. c.i.<sup>12</sup>, C.xxxv. q.vi. De parentela<sup>13</sup>, C.xxii. q.v.  
 Hoc uidetur<sup>14</sup>; C.iii. q.viii. Testes<sup>15</sup>, contra. Vsque ne ueritas occultetur. Hinc  
 collige quod propter defectum testium aliquando minus idonei et alias non  
 25 recipiendi admittuntur, ut supra C.iii. q.iii. § Item serui responso<sup>16</sup>. Vsque in  
 prouidentia sit proprii episcopi. Hinc collige ad testimonium dicendum aliquem  
 posse cogi<sup>17</sup>, in Extra. c. Dilecti filii<sup>18</sup>, contra in Extra. c. Quamuis<sup>19</sup>.

## &lt;Q. III&gt;

## § Quod autem.

1. *Si feneraueris usque expectes*. Hic queritur si debitor creditori aliqua  
 obsonia mittat uel munuscula aliqua largiatur, an istud sorti dicatur accedere  
 5 et usurarum nomine censeatur. Et credimus quod si ea intentione creditor  
 non mutuauit pecuniam ut aliquid preter sortem acciperet nec ea intentione  
 postea accepit, secure potest accipere quicquid debitor sibi largiatur. Si  
 uero intentionem habebat preter sortem aliquid accipere, quamuis non  
 10 exprimeret, tunc usurarius dicitur si aliquid accipit, maxime exigendo,  
 quia affectus operi suo nomen imponit. Vnde canon caute dicit 'expectes',  
 quasi ex pactione precedenti. Item queritur quare usuraria exactio tam  
 fortiter inhibetur et forte ideo inhibetur quia usurarius non uidetur Deum

18 viii.] ix. A La R P

praem. A ] arg. add. A

19 generaliter] generale Lr Lp

xxii.] xxxii. A

21 supra] ut

ff. de // arbit.

ff. de aq. plu. /// add. R (fol. 92va - glossa in margine b)

contra om. Lr Lp

R Vsque ne] Cum R

24 responso] sponso R

26 cogi] ut add. A

&lt;Q. III&gt;

3 creditori om. Ba R      4 mittat] mittit A      munuscula] minus uel fercula Lr Lp  
 largiatur] largitur A      5 si om. P      6 mutuauit] mutauit Lr      7 accepit] accipit A  
 debtor] suus add. A La R P      sibi] suus Ba      largiatur] largitur A      8 intentionem  
 habebat] intendebat Ba A La P      habebat] habeat Lr Lp      10 affectus] effectos Ba ]  
 affectos A      11 queritur om. P      12 inhibetur om. Ba A La P      usurarius] exactor  
 add. Ba A La R P

<sup>11</sup>C.3 q.9 p.c.15 § 1      <sup>12</sup>C.1 4 q.2 c.1      <sup>13</sup>C.35 q.6 c.8      <sup>14</sup>C.22 q.5 c.8      <sup>15</sup>C.3 q.9.<sup>c.15</sup>      <sup>16</sup>C.4 q.3 p.c.3 § 9      <sup>17</sup>Cf. Juncker, *Die Summa*, 457; cf. SL C.14 q.2 c. 2 v. *euentu aliquo,**occultetur, in prouidentia proprii episcopi*      <sup>18</sup>Collectio Wigorniensis 6.37; 1 Comp. 2.20.1; JL  
 13934      <sup>19</sup>1 Comp. 2.13.13 (=X-), JL 1415

- diligere uel proximum. Deum non, quia non propter Deum sed propter temporale commodum pecuniam mutuat indigenti et in mutuo non Deo seruit sed commodo nec intendit subuenire pauperi, sed pecuniam sub fenore augmentare; et ita peccat quia non intendit debitum finem. Contra se et proximum peccat quia facit alii quod sibi fieri nollet, quod et natura et ratio et lex euangelica detestatur dicens 'quecumque uultis ut faciant uobis homines et uos eadem facite illis'<sup>20</sup>. Et alibi :'quod tibi non uis fieri, alii ne feceris'<sup>21</sup>. Eum autem peccare non credimus qui usuras dat, quia ad hoc eum non uoluntas sed potius cogens necessitas inducit et nullum peccatum est nisi uoluntarium, ut infra C.xv. q.i. § Ex uoluntate<sup>22</sup>, nisi forte, cum alias possit quis habere pecuniam gratis. Tunc forte esset in culpa quia usurario uidetur malignandi materiam dare.
- 25 3. *Plerique usque contra precepta legis*, prophetice dicentis: 'qui pecuniam suam non dat ad usuram'<sup>23</sup> etc. Vsque *quidquid sorti accedit usura est*. Vnde et fructus susceptos de predio dato sub pignore debet quis sibi computare in sortem non in usuram, si usurarum periculum uult uitare, ut in Extra. c. continetur, Plures quoque<sup>24</sup> et c. Quoniam non solum<sup>25</sup>. Sed eadem ratione uidetur quod locare domum uel conducere equum sit usurarium. Quod non est uerum. Hec enim usu consumuntur ut in Inst. l. i. de usufructu, § Constituitur<sup>26</sup> et pecunia hic non redditur et periculum dominum respicit. Et hec habetur in quodam Extra. c. quod est supra, in fine distinctionum. Item de mercatoribus queritur qui ea intentione uilius emunt ut carius uendant, an debeant usurarii dici; et non uidetur quia uel artem meliorationis rei empti impendunt uel operas et curam adhibent et negotiatio est eis

13 proximum] sicut seipsum add. Ba A La R P non<sup>1</sup>] uero Lr Lp 15 intendit] attendit A La 17 fieri om. La natura et] naturalis Ba La R et<sup>2</sup>] uel A P 19 et uos om. Ba fieri om. Ba P 22 § Ex om. Lr Lp nisi] ecce praem. Lr Lp 25 contra om. F 26 dat] dedit Ba La R ] dederit A P quidquid] quodcumque F accedit] accedit A La usura est om. Ba A La P 27 susceptos] perceptos Ba A La R P 28 non in usuram om. Ba si] sed A 30 equum om. Lr Lp 31 consumuntur] conficiuntur Ba ut - 32 Constituitur om. Ba usufructu] usurarum A 32 pecunia] per Lr Lp hic om. Lr non om. Ba R P 33 hec] ratio add. Ba A La R P distinctionum] distinctionis Ba A La R P 35 non] inde Lr Lp<sup>ac</sup> 36 operas] suas add. Ba A La P curam] curas Lr Lp

<sup>20</sup>Mt 7,12; Lc 6,31 <sup>21</sup>Tb 4,16; Mt. 7,12; Lc 6,31; cf. Benedictus Nursiae, Regula cum commentariis, c.61, 70. PL 66.854, 921. Cf. Prooemium n. 7 et C.12 q.1 c.1 n.12, C.32 q.4 c.3 n. 10. <sup>22</sup>C.15 q.1 a.c.1 § 1 <sup>23</sup>Ps 14,5; cf. SL C.14 q.3 c.3 v. *Plerique refugientes* <sup>24</sup>1 Comp. 5.15.1 (=X 5.19.1), Conc. Tur. 1163, c.2 <sup>25</sup>1 Comp. 5.15.4 (=X 5.19.2), JL 13819 <sup>26</sup>Inst. 2.4.2

concessa, ut d.lxxxviii. Negotiatorem, Fornicari<sup>27</sup>. Si uero nichil horum faciunt, an usuram exerceant, canon tamen dicit hoc esse turpe lucrum, infra e. q. Quicumque<sup>28</sup>, nolumus ad presens diffinire.

- 40 4. (p.c.) § Ecce euidenter.

<Q. III>

5. *Si quis clericus.* Si mutuaui tibi aureum, puta usque ad festum Natiuitatis, tunc non habes aureum sed uis michi pro eo frumentum, an possim tantum de frumento exigere quantum poterat tempore quo mutuaui  
5 haberet uel quantum tunc communi estimatione haberet potest cum aureus redditur. Et placet quibusdam tantum me debere accipere quantum tunc communiter uendi poterit cum aureus debet reddi. In contrarium tamen quidam sentiunt, sed quod horum sit potius lectoris arbitrio relinquimus explorandum<sup>29</sup>. Si uero pro usuris quis promiserit fructus predii, quamuis  
10 plus ualeant quam ille esset, usurarum nomine habiturus, non tamen cogitur reddere propter incertitudinem, ut Cod. lib. iii. De usuris, Si ea, Oleo<sup>30</sup>.
10. *Si quis usque uita eterna non uiuit*, si talis decesserit. Vel de uita presenti potest intelligi quia non dicitur uiuere cuius uita in honesta est et qui est notandus infamia<sup>31</sup>.
- 15 11. *Quid dicam usque et ipse leges*, scilicet leges ecclesie que iubent usuras reddi eis a quibus fuerunt extorte, que etiam usurarios excommunicant et nisi usuras eis restituant, denegant sepulturam. Vel iudices seculi iubent

37 ut] supra add. A

lxxxviii] lxxxvii A

38 tamen] cum R

<Q. III>

2 *clericus*] Hic queritur add. Ba A La R P      mutuaui tibi] mutauit sibi Lr      puta - 3 aureum om. A      3 tunc] et praem. R P      habes] tu add. Ba      sed] si A      frumentum] uel huiusmodi dare add. Ba A La P ] uel triteum add. R      4 exigere] accipere Ba      5 uel] tantum add. Ba A La R P      9 explorandum] explanandum Ba      pro om. Lr ] scilicet Lp  
11 Si ea, Oleo om. Lr Lp      Oleo] Deo A      12 eterna om. Lr Lp F      non uiuit om. Lr Lp  
decesserit om. Lr Lp      presenti] quia non dicitur uiuere cuius uita add. Lr Lp      13 potest  
intelligi om. Lr      est<sup>1</sup> om. R      14 notandus] notatus A La      15 scilicet leges om. R  
que] non R      16 eis om. Ba      17 eis om. Ba      iudices] et leges add. Ba A La P

<sup>27</sup>D.88 c.9,10      <sup>28</sup>C.14 q.3 c.9      <sup>29</sup>Cf. D.34 c.17 (p.c.) n. 476, D.74 (75) c.7 n.778; C5 q.2 c.2  
n.8; C.11 q.3 c.7 n. 119, C.12 q.2 c.65 n. 114; C. 16 q.7 c.26 n.229; C.31q. 1. c.8 n.8; C.33 q.1 c.4  
nn. 15,16      <sup>30</sup>Cod. 4.32.14, 23      <sup>31</sup>Cf. SL C.14 q.4 c.10 v. *uita non uiuit*

usuras reddi usurariis, quia eas permittunt<sup>32</sup>. Vsque *non est quo iudice repetantur*. Hinc collige quod ab ecclesiastico iudice non debet aliquis condempnari in usuris, ut in Extra., c. Super eo<sup>33</sup>, nisi iuramento interposito se eas promiserit esse daturum, ut in eodem dicitur. Vsque *alienum*. Hoc 20 ideo dicit quia per rapinam, furtum, simoniam et usuras non transfertur dominium. Vnde de pecunia taliter acquisita non potest elemosina fieri, ut C.i. q.i. Non est<sup>34</sup>. Vel in odium istorum criminum dicunt quidam de rebus 25 taliter acquisitis non posse elemosinam fieri.

12. *Ab illo*. Hic habes unum et speciale casum in quo quis potest usuras exigere, puta si sint inter nos Saraceni uel apostate qui aliter conuerti non possunt, per usurarum exactionem et pensionum grauamina compellendi sunt ad rectitudinem festinare, ut infra C.xxiii. q.vi. Iam uero<sup>35</sup> et in Extra. 30 c. In partibus Tolose<sup>36</sup>. Quod tamen non causa cupiditatis est faciendum, sed hoc ab illis debet fieri a quibus et contra quos arma moueri possunt. Cum ergo clerici arma mouere non debent, ut infra C.xxiii. q.ult. Quicumque ex clero<sup>37</sup>, ergo nec hoc usure genus acceptare presumant. Item contra Iudeos non impugnantes ecclesiam non debemus arma mouere, ut infra 35 C.xxiii. q.viii. Dispar nimirum<sup>38</sup>; ergo nec eos possumus usurarum exactione grauare. Vsque *ergo ius belli* etc., idest ab eo quis potest usuras exigere cui iuste indicitur bellum<sup>39</sup>.

## &lt;Q. V&gt;

§ *Quod uero*.

2. *Immolans* etc. idest oblatio illa tamquam maculata Deo displicet quam quis offert de rebus per iniquitatem acquisitis. Vsque *fratres sunt*, idest

18 usurariis] usuriis Lr Lp<sup>ac</sup> non om. Lr Lp R 20 nisi] non Lr Lp 21 se] si Lr Lp alienum] est add. A 24 est] putandum add. Ba 25 elemosinam] elemosina Lr Lp ] elemosinas A 27 qui] quod Lr Lp 29 sunt om. P 31 illis] et illis add. Ba A La R P 32 debent] debeant A 33 hoc om. P Item] cum add. A 35 nimirum] genus add. Lr Lp 36 ergo om. Lr Lp ] ubi add. A potest] iuste add. A La R exigere om. R

&lt;Q. V&gt;

2 *Quod uero om. P uero]* autem A 3 illa - Deo om. P 4 offert] refert A

<sup>32</sup>Cf. SL C.14 q.4 c.11 v. *Quid dicam usque leges* <sup>33</sup>1 Comp. 5.15.3 (=X 5.19.4), JL 14042

<sup>34</sup>C.1 q.1 c.27 <sup>35</sup>C.23 q.6 c.4 <sup>36</sup>1 Comp. 5.6.10 (= X-), Conc. Tur, 1163, c.4 <sup>37</sup>C.23 q.8 c.6 <sup>38</sup>C.23 q.8 c.11 <sup>39</sup>Cf. SL C.14 q.4 c. 12 v. *Ab illo, ubi ius belli* (in principio)

- 5 similem penam merentur. Frater enim multis modis dicitur, similitudine, ut hic et ibi: 'Iacobus frater Domini'<sup>40</sup>, quia in religione ei assimilabatur et aliis modis quos superfluum est enumerare.
10. *Denique usque nisi alter ledatur.* Subaudi enormiter. Non enim debet ecclesia cum aliena iactura ditari. Potest tamen uni subtrahere episcopus et dare alii, cum ea temperamenti equitate seruata, ut cui confert subsidium tribuat et cui aufert dampna grauia non infligat<sup>41</sup>, ut supra C.xii. q.ii. Bone rei<sup>42</sup>.
12. *Dixit Dominus usque furtum fecerunt.* Hoc ad illos refertur quos non traxit cupiditas, sed obediendi uoluntas. Qui uero cupiditatis amore hoc fecerunt, non fuerunt excusati. Hinc potest colligi quod maioris auctoritas excusat ut arg. d.lxiii. Salonitane<sup>43</sup>, d.xxviii. Diaconi<sup>44</sup>, C.vii. q.i. Eos qui<sup>45</sup>, C.xxiii. q.v. Miles<sup>46</sup>, C.vii. q.i Sicut<sup>47</sup>; C.xii. q.ii. Quicumque<sup>48</sup>, C.xvi. q.i. In canonibus<sup>49</sup>, C.xvi. q.vii. c.i.<sup>50</sup>, d.lxxxii. Si quis sine<sup>51</sup>.
15. *Non sane usque sumitur,* non propria sed iudicis auctoritate; nam cum nulli liceat ius sibi dicere, eo ipso cadit a causa qui sua auctoritate presumit etiam propria inuadere, ut infra C.xvi. q.vii. Placuit<sup>52</sup>. Vsque et qui amouetur. Subaudi ab officio. *Et cui admouetur officium,* idest cui officium conceditur. Vsque ab hiis extorta. Hec littera duobus modis legitur et est sciendum quod officiales in exactione sportularum modum excedunt.
20. Interdum more solito exigunt. Et secundum hoc legemus litteram et prius scilicet quando modum excedunt dicemus sic: *munera*, 'extorta' subaudi, ab hiis scilicet officialibus 'per immoderatam improbitatem', scilicet quia modum excedunt, solent repeti ab illis qui dederunt eis et cum effectu 'magisque reprehendimus' eos, idest officiales, 'qui talia inusitate

7 enumerare] hic enarrare **Ba A La P** 9 ecclesia *om. P* cum *om. A* 10 subsidium] competens *praem. Ba A La R P* 14 traxit] tenet **Ba**] trahit **A** 15 Hinc] Et *praem. A R* 16 ut] potest conuici in arg. add. **Ba** 17 C.xii.] contra *praem. Ba A R P* 22 *et qui*] *etsi Lr Lp amouetur*] *admonetur R* idest *om. Lr Lp* 23 legitur] agitur **Lr**] dicitur **Lp** 26 prius] primo **Ba A La R P** *munera om. F* 27 scilicet] sed **Lr Lp** 28 solent] cum *praem. Ba* illis] his **A** eis] *eas Ba* 29 officiales - 31 scilicet *om. Lr Lp (omoio.)*

<sup>40</sup>Cf. Mt 13,55; Gal 1,19 <sup>41</sup>Auctores varii, Concilia Hispaniae, PL 84.436; cf. Ivo Carnotensis, Decretum, PL 161.237; cf. supra C.10 q.3 c.10 n.62; C.12 q.1. c.27 n. 35 et infra C.16 q. 1 c.43 n.76, C. 16 q.1 c.68 n. 148. <sup>42</sup>C.12 q.2 c.74 <sup>43</sup>D.63 c.24 <sup>44</sup>D.28 c.8 <sup>45</sup>C.7 q.1 c.43 <sup>46</sup>C.23 q.5 c.13; cf. SL C.14 q.5 c. 12 v. *Dixit usque sicut Israelite* (in fine) <sup>47</sup>C.7 q.1 c.39 <sup>48</sup>C.12 q.1 c.66 <sup>49</sup>C.16 q.1 c.57 <sup>50</sup>C.16 q.7 c.1 <sup>51</sup>D.81 c.4 <sup>52</sup>C.16 q.6 c.1

30 repetiuerunt', idest contra solitum usum acceperunt quam reprehendamus eos, scilicet homines qui ea presumpserunt petere. 'De more', idest prout mos et consuetudo est. Cum uero officiales in exactione sportularum modum non excedunt dicemus ita: munera 'extorta', idest accepta, ab officialibus, tamen moderate 'solent repeti', licet sine effectu, ab hiis qui dederunt et hoc  
 35 'per immoderatam improbitatem', quasi improbitas est in eo casu repetere 'magisque reprehendimus' ipsos reos uel actores 'qui talia repetiuerunt' ab officialibus et hoc 'inusitate', idest contra hoc quod fieri est solitum quam reprehendamus ipsos officiales qui eas presumpserunt accipere. 'De more' idest prout mos et consuetudo deposit<sup>53</sup>. Vsque *hii*. Hic queritur an ad  
 40 eos supradictos hoc sit referendum ut tam iudices et testes quam officiales de illicite acquisitis et per improbitatem possint elemosinam facere, quod quidam concedunt; nam alias non faceret ad propositum quod de officialibus interseritur. Quamuis enim isti peccent qui per extorsionem accipiunt, tamen accepta eorum efficiuntur, unde possunt ea pauperibus iuste largiri. Vsque  
 45 *tamquam sua*. Hinc collige de ea re tantum fieri posse elemosinam in cuius dominium est translatum.

## &lt;Q. VI&gt;

§ *Quod uero.*

1. *Si res aliena propter quam peccatum est.* Hinc collige eum qui integro prescriptionis spatio conscientiam rei alienae non habuit et quoad ius causarum tutum esse, nec cogi ad restitutionem posse, licet postea sciuerit rem alienam fuisse. Bene tamen consult sibi si restituat quod prescripsit, cum de iure Romano introducta sit prescriptio et tandem a canonibus sit comprobata. Manifestum est sine peccato haberi quod prescriptio bone fidei possessori acquisiuit. Sunt tamen qui asserunt quod longi temporis

30 repetiuerunt] presumpserunt **A** **La** **P**] presumpsisse **R**                    31 petere] repetere **A**  
**R** **P**                    34 tamen moderate] que immoderate **Ba**                    licet *om.* **A**                    38 eas]  
 ea **A** **La** **P**            39 *hii*] *isti* **F**                    40 eos] omnes **Ba** **A** **La** **P**                    43 interseritur]  
 interserunt **Lr** **Lp**                    44 iuste] licite **Ba**                    45 in *om.* **Ba** **A** **La** **R** **P**

## &lt;Q. VI&gt;

4 prescriptionis] presumptionis **A**                    5 causarum] et quoad ius animarum *add.* **A** **La**  
**P**                    6 sibi *om.* **A**                    restituat] restituit **Lr** **Lp**                    7 quod] non *add.* **P**                    7 sit *om.* **P**  
 8 comprobata] approbata **Ba** **A** **La** **R** **P**

<sup>53</sup>Cf. SL C.14 q. 5 c. 15 v. *Non sane usque sumitur, ab hiis extorta*

10 prescriptio non potest hominem a peccato excusare cum omnis prescriptio contra ius naturale esse uideatur, ut infra C.xvi. q.iii. Quicumque<sup>54</sup> et in Extra. c. Vigilanti<sup>55</sup>. Vsque *non possumus dicere redde*, quia iam inanis est actio quam debitoris excludit inopia<sup>56</sup>. Vsque *aliquos sustinet cruciatus*. Hinc collige quod ubi quis non potest penam sustinere canonicam est uerberibus subiciendus, ut C.xv. q.vi. Quia<sup>57</sup>, C.xii. q.ii. Fraternitas, C.xii. q.ii. Libertus<sup>58</sup>. Vsque *quosdam clam*, scilicet occulte peccantes. *Quosdam palam*, manifeste delinquentes. Vbi enim oritur malum ibi debet mori et ita distingue tempora et concordat scriptura, ut supra C.ii. q.i. Si peccauerit<sup>59</sup>. Vsque *sicut diuersitas personarum* etc. Hinc collige in simili delicto potentem aliquem mitius esse  
20 puniendum quia, propter multitudinem quam habet sociam<sup>60</sup>, non potest contra eum nimis aspere ecclesia commoueri, ut d.l. Vt constitueretur<sup>61</sup> et C.xii. q.ii. De rebus<sup>62</sup>.

2. *Comperimus usque quod semel est consecratum non debet ultra eis restituiri.* Signatur contrarium, supra d.liii. Ex antiquis<sup>63</sup>. Sed illud specialiter in  
25 odium fugitiuorum seruorum est introductum ut etiam consecrati reddantur dominis. Item contra inuenitur supra, C.xii. q.ii. Apostolicos<sup>64</sup> et C.xvii. q.ult. Questi<sup>65</sup>, contra. Solutio: ibi dicitur et conceditur ut res consecrata reddatur ecclesie cui est licitum rem consecratam habere. Hic uero res consecrata laico prohibetur restitui cui non est licitum rem consecratam habere<sup>66</sup>.

4. *Furtum usque mens.* Hoc ideo dicit quia furtum nisi affectu furandi non committitur, ut in Inst. lib. ii. tit. De usucapione, § Si is ad quem<sup>67</sup>.

<sup>54</sup>C.16 q.3 c.4      <sup>55</sup>1 Comp. 2.18.7 (=X 2.26.5), JL 14186      <sup>56</sup>Petrus Cantor, Verbum abbreviatum, PL 205.357      <sup>57</sup>C.5 q.6 c.3      <sup>58</sup>C.12 q.2 c.11, 61;      <sup>59</sup>C.2 q.1 c.19  
<sup>60</sup>Augustinus Hipponensis, *Contra epistolam Parmeniani*, PL 43.92      <sup>61</sup>D.50 c.25      <sup>62</sup>C.12  
q.1 c.22; cf. SL C.14 q.6 c. 1 v. *sustinet cruciatus, diuersitas personarum*      <sup>63</sup>D.54 c.9      <sup>64</sup>C.12  
q.2 c.13      <sup>65</sup>C.17 q.4 c.41      <sup>66</sup>Cf. SL C.14 q.6 c.2 v. *Comperimus usque non debet ultra restituiri*  
<sup>67</sup>Inst. 2.6.5; cf. SL C.14 q.6 c.4 v. *set mens*

## &lt;CAVSA XV&gt;

*Quidam clericus*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem usque uel non imitandum*, idest fugiendum. Et uigilanter dixit 'non imitandum', ut comprehendantur omnia ad que non assequenda animus moueri potest, idest non faciendum, non dicendum. Vsque *uolens a nolente discernitur*, idest non a uolente. Omnis enim qui talem motum animi habet dicitur *uolens*, siue agere aliquid, siue uitare uelit. Vel quod melius est, idest ut appareat qua uoluntate quis dicitur *uolens* et qua quis nolens appellatur. Sicut enim sola uoluntate quis dicitur *uolens*, ita sola noluntate quis dicitur *nolens*. Sed ea uoluntate que est ad aliquid faciendum dicitur *uolens*, ea uero que est ad aliquid uitandum dicitur quis *nolens*. Vnde est quod lapis non potest dici aliquid uelle cum uoluntatem non possit habere. Eius est enim nolle cuius est et uelle. Nam nolle est uelle non agere<sup>1</sup>. Vsque *peccatum illud cogitandum est*, et in hac diffinitione describi. Vsque *non quod etiam pena peccati*, idest dumtaxat quod ex libero mentis arbitrio procedit, non etiam quod ex ignorantia uel infirmitate, que quidem sunt pene peccati,

2 *Quidam om. P clericus*] usque add. Lr A ]Duo sunt que merita clericorum obumbrare solent, scilicet intemperantia secularis rei et contaminatio sui. De uitanda igitur intemperantia rerum in superiori Causa perdocuit cum lucra turpia sectari, res alienas detinere ex sanctorum patrum canonibus interdixit. Nunc autem de eo agere ingreditur qui lapsus est in crimine fornicationis ubi dicit qualiter talis iudicandus sit, ubi etiam de furiosis tractans distinguit genera infirmitatum et quomodo que mente alienata fuerint non imputantur. Vel de quibusdam aliis interponit, etc. add. Ba (Cf. *Summa Rufini*, ed. Singer p. 345)

## &lt;Q. I&gt;

 sententia excommunicationis ferire, C.xviii. q.ii. Si quis<sup>32</sup>, C.e. q.e. Quidam<sup>33</sup>.
12. *Qui uere usque urgentes necessitates.* Hinc collige quod non debet  
 40 monachis regimen ecclesiarum committi nisi nimia necessitate urgente, ut  
 supra d. lv. Priscis<sup>34</sup> uel nisi loco necessitatis succedat utilitas, ut infra e. q.  
 Cum pro utilitate<sup>35</sup>.
17. *Quidam usque corruptant, seminando tribulos erroris et spinas*  
 45 *uitiorum*<sup>36</sup>. Vsque commoneri, ut uindictam admonitio tria precedat, ut  
 supra C.xii. q.ii. Indigne<sup>37</sup>. Vsque ac per defensorem compelli. Quod non  
 precipitanter debet fieri. Tunc enim licitum est laicis manum in clericum  
 mittere cum per ecclesiasticam disciplinam ad correctionem teneri non  
 potest, ut arg. supra d.xvii. Nec licuit<sup>38</sup>, C.e. q.e. c. sequenti<sup>39</sup>, C.xxiii. q.v. De  
 Liguribus, Bur. lib.ii. Si quis presbiter<sup>40</sup>.
- 50 19. *Addicimus usque per improbitatem.* Nota prohibitionis causam, scilicet  
 quod monachorum improbitas causam dedit edicto. Si ergo clericus in lege  
 Domini fuerit instructus, licet non sit sacerdotio decoratus, sacerdotis tamen  
 iussu clero et populo licet predicare.
20. *De presentium usque quod defensor.* Hinc collige monachum regularem  
 55 canonicum fieri non posse, ut supra d.lviii. c.ult.<sup>41</sup> et C.xx. q.iii. Eos qui<sup>42</sup>. In

---

34 *munus*] *minus* Lr *defers*] *non defero* Ba A R F      35 Adrianus] contra add. Ba A P  
 36 a populo om. Lp      37 *eum*] *me* Ba A R P F      38 sententia excommunicationis] sua  
 excommunicatione Lp *ferire*] ut arg. add. A      C.e.] *infra praem.* A      39 *Qui*] ue  
 Lr] *Quem* A *usque*] *propter* add. Ba A *usque - urgentes* om. R *non om.* Lr Lp  
 debet om. Lp      41 Priscis] igitur add. Ba e. om. A      44 commoneri] commoueri Lr  
 Lp      46 enim] demum add. Ba A R P      48 ut om. A      supra om. A      xvii. ] xxxi.  
 Lr      52 sacerdotio] in accusatione Lr Lp *decoratus*] dedecoratus Lp *sacerdotis*]  
*sacerdotem* Lp R] *sacerdotum* A P *tamen om.* Lp      53 *iussu*] *ius sumptum* Lr Lp ]  
*dicimus* R *et om.* Lr Lp *licet*] *potest* Ba A R P      54 *monachum*] *uel* add. Ba A R P  
 55 *canonicum*] *archidiaconum, decanum uel secularem canonicum* add. Ba A R P

---

<sup>28</sup>1 Comp. 3.26.15 (=X -), JL 10444      <sup>29</sup>C.16 q.1 c.46      <sup>30</sup>C.16 q.1 c.47      <sup>31</sup>1 Comp. 3.26.8  
 (=X -), JL 13873      <sup>32</sup>C.18 q.2 c.15      <sup>33</sup>C.16 q.1 c.17      <sup>34</sup>D.55 c.1      <sup>35</sup>C.16 q.1 c.34  
<sup>36</sup>Cf. Is 34,14; cf. Odo Cluniacensis, *Moralia in Job*, PL 133.488      <sup>37</sup>C.12 q.2 c.21      <sup>38</sup>D.17 c.4  
<sup>39</sup>C.16 q.1 c.18      <sup>40</sup>Bur. 2.179; PL 140.654; cf. SL C.16 q. 1 c. 17 v. *per defensorem*      <sup>41</sup>D.58 c.2  
<sup>42</sup>C.20 q.3 c.3

hiis enim descensus est religionis, non profectus, qui tamen omnes possunt episcopi fieri. Tunc enim multorum utilitati seruiendo plus proficiunt quam in monasterio ubi priuate utilitati deseruiunt ut supra C.vii. q.ii. Scias<sup>43</sup> et C.viii. q.i. In scripturis<sup>44</sup>.

- 60 20. (p.c.) § *Gelasius usque ex dispensatione*, idest in eo tractatu hoc dicit ubi ostendit in quo gradu possit quis ex dispensatione promoueri, supra d.lxxxii. Si quis de religioso<sup>45</sup>.
22. *Si monachus usque ulla minoratione*, ergo nec etiam expensis deductis sunt decime dande, ut infra e. q. Reuertimini<sup>46</sup>, C.xii. q.ii. Vobis enim<sup>47</sup>, de con. d.iii. Quadragesima<sup>48</sup>. Vsque ad ipsam ecclesiam restaurandam. Hinc collige onus restaurandarum fabricarum sacerdoti incumbere. In contrarium ergo allegari potest pro eo qui dicit 'adiutorium faciat', supra C.x. q.i. Decreuimus<sup>49</sup>. Et hoc obtinet cum quartam fabricis deputatam sacerdos percipit, ut supra C.x. q.ult. Vnio<sup>50</sup>.
- 70 23. *Moderamine usque iusto canone*, idest prout iuste in canonibus inuenitur expressum, ut scilicet harum omnium quartam habeat portionem, ut supra C.xii. q.ii. Quatuor<sup>51</sup>.
25. *Sunt nonnulli usque neque Christianitatem*, idest baptismum uel aliquod illorum septem sacramentorum que baptizandis conferuntur, ut infra C.xxi. q.i. c.i.<sup>52</sup> Vsque sed etiam in canonice, regularibus, quorum uitam a monachorum religione distare non credimus, ut infra C.xx. q.iii. Presens<sup>53</sup>. Vsque instituti exemplis quibus periculosum est refragari. Hinc colligitur exemplis posse efficaciter argumentari, d.x. Si in adiutorium<sup>54</sup>, C.xiii. q.ii.

---

56 omnes om. P 59 q.i.] Olim (C.8 q.1 c.8) add. Ba A P scripturis] scriptis F 60 ex] et Lr Lp dispensatione] dispensationem Lr 62 lxxxii. ] lxxvii. Ba A R P 63 usque] absque add. Ba A deductis] deductis Lr Lp 64 infra] arg. add. A C.xii. ] contra praem. Ba ] contrarium praem. R enim] contra add. P 65 Quadragesima] contra add. P Vsque] et add. A ecclesiam om. Lp 67 ergo] etiam Lp Ba A R P qui] quod Ba A R P 70 iusto canone] iuxta canonem Lr Lp 71 harum] horum A ] bonorum R portionem] portationem Lr 73 Sunt] Item A 74 que] qui A 75 xxi. ] xxx. A Vsque om. Ba in om. Ba A F regularibus] subaudi praem. Ba A R regularibus - a monachorum] canonichorum Lr 77 instituti] instituta Lr periculosum] periculosissimum A F colligitur om. Lr ] collige Lp A 78 exemplis] ab praem. Ba A R P efficaciter] efficacissime Ba argumentari] arg. add. A

---

<sup>43</sup>C.7 q.1 c.35    <sup>44</sup>C.8 q.1 c.9    <sup>45</sup>D.77 c.8    <sup>46</sup>C.16 q.1 c.65    <sup>47</sup>C.12 q.2 c.23    <sup>48</sup>De cons. D.5 c.16    <sup>49</sup>C.10 q.1 c.10    <sup>50</sup>C.10 q.3 c.3; cf. SL C.16 q. 1 c. 22 v. restaurandam    <sup>51</sup>C.12 q.2 c.27; cf. SL C.16 q. 1 c. 23 v. moderamine    <sup>52</sup>C.30 q.1 c.1    <sup>53</sup>C.20 q.3 c.4    <sup>54</sup>D.10 c.7

Questa est<sup>55</sup>, C.xxiiii. q.ult. c.ult.<sup>56</sup>, C.i. q.vi. Conuenientibus<sup>57</sup>.

80 26. *Sic uiue usque que postmodum doceas.* Miserum est enim eum fieri magistrum qui non didicit esse discipulus, ut supra d.lxi. Miserum est<sup>58</sup>.

27. *Si clericatus usque titillat.* Subaudi non ardore auaritie, non animo presidendi, quod esset reprehensibile, sed ut subditis per hoc prodesset. Sic enim episcopatus optari potest, ut supra C.viii. q.i. Qui episcopatum<sup>59</sup>.

85 Vsque editus ad Nepotianum liber, in quo continetur qualiter monachus factus episcopus debeat uiuere<sup>60</sup>.

31. *In parochia.* Ex hoc c. potest intelligi monachum non solum in episcopali, uerum etiam in parochiana ecclesia posse eligi, quod tamen hodie non potest fieri, nisi necessitate instante a Gelasio assignata, supra 90 d.lv. Priscis<sup>61</sup> et supra q.e. Quod uere<sup>62</sup>, nisi loco necessitatis succedat utilitas quod prouenit ecclesiis de promotione monachorum, ut infra c.iii.<sup>63</sup> Vsque presbiterum faciemus, per te dicit episcopo uel per uicarium nostrum. Nam nemini summus pontifex confert illos duos sacros ordines quem non constituat cardinalem, qui etiam a Romana ecclesia exire non potest, ut 95 supra C.i. q.i. Filium<sup>64</sup>.

36. *Legi epistolam usque uiam,* absolutam effrenem et uagam licentiam. Seruis Dei, idest monachis. Vsque ad aliquod melius, idest ecclesiasticas dignitates. Vsque deteriores, scilicet acephali. Quamdui enim tales sunt monachi ad dignitates ecclesiasticas eligi non possunt. Vnde hinc colligitur 100 distinctio inter claustrales et acephalos. Vsque tamen desit instructio necessaria, ipsi clerico. Hinc collige quod tria sunt que sacerdotis promotionem

79 est] C.xxiiii. q.i. Noli existimari (C.23 q.1c.3) add. Ba A R P      q.ult.] q. ii. A R      80 Sic] Si Lr Lp      uiue] curie Lr Lp      usque om. Lr Lp      doceas] taceris Lr ]taceas Lp  
81 didicit] nouit Lp      ut supra - est om. Lp Ba      82 Si clericatus om. Lp      non<sup>2</sup>] uero Ba ] nec A R P      84 optari] teneri non Lr Lp<sup>ac</sup>      q.i.] q.ii. Lr Lp      87 intelligi] colligi Lp Ba A R P      non] esse add. Lp      solum] potentem add. Lp      88 parochiana] parochitana A      posse om. Lp      90 Quod] Qui Ba A P      91 quod] que Ba R P  
promotione] promotionibus Ba A P      92 per te] parte Lr      te] scilicet add. Lp Ba A R P  
93 sacros om. Ba      94 exire] exigere Lp<sup>pc</sup>] excipere Ba      96 uiam] idest add. Lp Ba A R  
absolutam] solutam Ba A P      effrenem] effrenam A      97 seruis] serui Lr      idest] ad  
add. A      98 scilicet] idest A      99-100 colligitur distinctio] collige distinctionem Ba P  
100 et acephalos om. Lr

<sup>55</sup>C.13 q.2 c.12      <sup>56</sup>C.24 q.3 c.40      <sup>57</sup>C.1 q.7 c.4; cf. SL C.16 q. 1 c. 25 v. *canonicis, exemplis*

*quibus periculosest refragari*      <sup>58</sup>D.61 c.4; cf. SL C.16 q. 1 c. 26 v. *Sic uiue usque doceas*

<sup>59</sup>C.8 q.1 c.11      <sup>60</sup>Cf. SL C.16 q.1 c.27 v. *ad Nepocianum liber*      <sup>61</sup>D.55 c.1      <sup>62</sup>C.16 q.1 c.12

<sup>63</sup>C.16 q.1 c.3      <sup>64</sup>C.1 q.1 c.122; cf. SL C.16 q.1 c.31 v. *faciemus*

impediunt: enormitas delicti, ut supra d.l. Qui semel<sup>65</sup> et Miror<sup>66</sup>, minor instructio ut hic et persone irregularis minor integritas, ut supra d.lv. Nullus penitentem<sup>67</sup>.

105 38. (p.c.) § *Hoc uero*, scilicet ut clerici non fiant monachi retenta militia clericali et econuerso generaliter prohibetur.

110 39. *Hinc est usque precipit*. Subaudi Romana ecclesia uel concilium Romanum, dicit Gregorius. Vsque quod priuilegium. Et nota quod priuilegium in hoc potest intelligi esse concessum quod regi dicitur fuisse indultum ut electioni abbatis interesset, quod de communi iure nemini regum est licitum. Monasterium autem priuilegium non expetat, sed potius ad opprobrium quod nullus ad episcopatum potest uocari. Vnde hinc habes quod propter aliquorum detestationem et odium aliquando priuilegia conceduntur. Vsque communem legem. Hinc collige quod trahi ad consequentiam regule non debet quod alicui specialiter indulgetur et quod personale beneficium personam non transgreditur, ut in Inst. lib. i. tit. de iure naturali<sup>68</sup>, C.xxv. q.v. Ad sedem<sup>69</sup>, d.iii. Priuilegia<sup>70</sup>, C.xxvi. q.i. § Hiis ita<sup>71</sup>, d.c. Contra morem<sup>72</sup>.

120 40. *Generaliter usque eos tantum monachos*. Ex uerbis huius legis quidam colligunt quod si quis violentas manus clericis initit et apostatam uel circa officium suum negligentem, non incidit in canonem, cum eis solis priuilegium uideatur indultum qui diuinis officiis uacant. Quod tamen ideo non scribimus quod tenendum esse dicamus; nam quod de clericis dicitur,

102 semel] etc. R et Miror - 103 irregularis om. Lr Lp R (omoio.) minor om. Ba  
 103 minor integritas om. P 105 uero] uel F scilicet] usque Lp om. A monachi om.  
 Lr Lp 107 precipit] precepit A F concilium] consilium Ba 108 Romanum om. Lp  
 Ba A R P 109 dicitur] dictum est Ba A R P 110 ut] quod Lr 111 Monasterium]  
 Ad praem. Ba A P expetat] spectat Ba A P ] exspectat R 112 quod<sup>1</sup>] inde add. Ba A  
 R P 114 collige] colligitur Ba 115 consequentiam] sequentia Lp regule om.  
 Ba La R non debet om. Lr quod] si quid Ba R et om. R quod<sup>2</sup> om. Ba  
 116 ut] arg. add. A 117 xxv.] xxxv. A Priuilegia] C.xxvi. q.ii. Non exemplo (c.4) add.  
 Ba A R P xxvi.] xxv A 119 tantum] tamen F 120 clericis om. Ba ] in clericum A P  
 R initit] ingerit Lr Lp ] iniecterit R et] in Ba 121 in] sacramentorum add. Lp<sup>ac</sup>  
 canonem] (ca)nomen Lr ] sacrilegorum add. Ba A R P 122 priuilegium] illud praem. Ba  
 A P qui] quod Lr Lp 123 de om. R

<sup>65</sup>D.50 c.2      <sup>66</sup>D.50 c.4      <sup>67</sup>D.55 c.2; cf. SL C.16 q.1 c. 36 v. *deteriores, et tamen desit instructio necessaria*      <sup>68</sup>Inst. 1.2.6      <sup>69</sup>C.35 q.5 c.2      <sup>70</sup>D.3 c.3      <sup>71</sup>C.26 q.2 p.c.1      <sup>72</sup>D.100 c.8;  
 cf. SL C.16 q. 1 c.39 v. *Hinc etiam, Quod priuilegium, communem*

fit in odium sacrilegorum, non priuilegio clericorum. Vnde etsi persona  
 125 clerici non sit fauorabilis, semper tamen sacrilegus fit qui in eum manus  
 uiolentas misit. Quod uero de immunitate clericorum dicitur, propter eorum  
 fauorem tantum est introductum. Vnde non gaudent hoc priuilegio qui  
 morum honestate non fulgent.

41. (a.c.) § *Hoc idem usque in dialogo*, dia, duo; logos, sermo, inde sermo  
 130 duorum. § *Ecce usque quidquid consecrauerint*. Subaudi quamdui in ecclesia  
 tolerantur. Nam si ueritate duce dirigimur, non est Christi corpus quod  
 schismaticus conficit, ut infra C.xviii. q.i. Schisma<sup>73</sup>.

43. *Ecclesie usque priuentur*. Subaudi enormiter, ut supra C.xii. q.i. Nulli  
 135 episcoporum<sup>74</sup> et in Extra. c. Dilecti<sup>75</sup>. Potest tamen episcopus copiose  
 ecclesie aliquid subtrahere et indigenti largiri cum ea equitate temperamenti  
 seruata ut cui confert competens subsidium tribuat et cui aufert grauia  
 dampna non inflagat<sup>76</sup>, ut supra C.xii. q.ii. Bone rei<sup>77</sup>, C.xii. q.v. Denique<sup>78</sup>.

44. *Quicumque usque decimas*, non perdant itaque prior ecclesia ne  
 140 dampnificetur uel nisi multitudo populi excreuerit cui necesse sit per  
 multitudinem ecclesiam constitui, ut supra d.xcix. Nulli<sup>79</sup>.

46. *Questi usque ad ecclesias suas deferri faciant*. Nota quod circa presentem  
 articulum intricata contrarietas in canonibus inuenitur et sic gramatici  
 certant etc. In antiquis tamen canonibus Romanorum pontificum generaliter  
 145 fuerat institutum ut religiosi et priuata uita degentes a decimationum  
 prestationibus essent immunes. Sed pie recordationis Adrianus papa,  
 quod alii generaliter dixerant in noualia pro sua uoluntate conuertit in illo  
 Extra. Nobis in eminenti specula<sup>80</sup>. Alexander uero tertius qui nunc est  
 in eminenti specula disponente Domino constitutus, concordans antiquis

124 non - clericorum *om.* Lp etsi] et Lr 126 misit] initit Ba P ] mittit A uero ] hic  
 add. Lp Ba A R P 128 morum *om.* Lp 129 dia] grece latine add. Ba A R P sermo  
 inde *om.* Ba inde] dialogus add. Lp A R inde sermo] in dialogo P 130 usque ]  
 ut add. A 133 C.xii] Et C.xviii. A C.xii - 137 Denique ] d. Idemque Lr 138 itaque ]  
 itaquod A ] enormiter add. Ba A R P ne] non A *om.* R 139 excreuerit] creuerit  
 Ba 142 intricata] multa Ba A 143 etc.] et (sed A) adhuc sub iudice lis est Lp Ba A R  
 P tamen] namque Ba A R 147 eminenti] mentibus Lr ] imminentibus Lp uero  
*om.* Lp 148 eminenti] mentibus Lr ] imminentibus Lp disponente Domino *om.* P

<sup>73</sup>C.24 q.1 c.34      <sup>74</sup>C.12 q.1 c.27; cf. SL C.15 q. 1 c.43 (in principio)      <sup>75</sup>1 Comp. 3.26.6 (=X  
 3.30.8), JL 14023      <sup>76</sup>Cf. supra C.10 q.3 c. 10 n. 62 ; C. 12 q.1 c. 27 n. 35 ; C.14 q. 5 c. 10. n. 40  
 ; infra C.16 q.1 c.68 n. 148      <sup>77</sup>C.12 q.2 c.74      <sup>78</sup>C.14 q.5 c.10      <sup>79</sup>D.99 c.2      <sup>80</sup>1 Comp.  
 3.26.15 (=X -), JL 10444

- canonibus et Adriano preiudicans, statuit ut monachi albi et nigri et canonici  
 150 regulares de prediis que ad firmam uel ad terminum uel de hiis que propriis  
 manibus excolunt uel sumptibus et de nutrimentis animalium suorum, ab  
 exactione decimationum essent immunes. Numquam in Veteri Testamento  
 nos legisse recolimus ut leuite leuitis decimas persoluissent. Hoc autem  
 155 totum inuenies in Extra. c. Fraternitatem tuam scire uolumus<sup>81</sup>. Hoc autem  
 teneas quod ultimo loco posuimus, quoniam durum satis et asperum est  
 contra stimulum calcitrare<sup>82</sup> apostolice constitutionis, maxime cum ei soli sit  
 licitum interpretari canones penes quem est et potestas condendi, ut supra  
 C.i. q.v. c.i.<sup>83</sup> Alibi tamen uidetur dici quod solis fratribus Cisterciensis  
 ordinis, Templariis et Hospitalariis olim fuit concessum, quia tunc eorum  
 160 ecclesie rare erant. Vnde non poterant ecclesie enormiter dampnificari. Vnde  
 causa constitutionis illius hodie locum non habet nec ergo constitutio locum  
 habebit. Extenderunt enim tali palmes a mari usque ad mare<sup>84</sup> et eorum  
 priuilegium pauperibus clericis et ecclesiis per nimium inueniretur esse  
 dampnosum et hoc in Extra. c. Ad nostras<sup>85</sup>.
- 165 47. *Decimas usque siue clericis communiter uiuentibus*, ut sunt canonici  
 regulares. De ceteris etiam clericis idem potest intelligi de hiis prediis que  
 intuitu ecclesie possident. De hiis uero que paterna successione habent,  
 non credimus eos causa reddendi decimas accepisse. Vsque *quod superest*,  
 scilicet quoad uictum et uestitum quibus cum Apostolo deberent esse  
 170 contenti<sup>86</sup>, ut supra C.x. q.iii. Episcopus<sup>87</sup>.
48. *Et temporis qualitas*, quia ciuitas clade premebatur hostili. Vsque  
*proprium pontificem*. Hinc collige unum posse duas uel plures habere

---

149 statuit ] constituit A 150 regulares ] seculares Lr Lp R uel ad om. Lp terminum ]  
 terrenum Lr om. Lp 151 uel<sup>2</sup>] iubent *praem.* Ba ] habent *praem.* A R 152 Numquam ]  
 enim add. Lp Ba A R P 153 autem ] ergo Lp Ba A R P 156 calcitrare ] recalcitrare  
 Ba A R P ei soli ] eis solis Lr 158 dici ] dicere A Cisterciensis ] Cistrensis A  
 160 poterant ] poterat Lr Lp ecclesia] ecclesia Lp Vnde ] Nunc autem Ba ] cum add.  
 A R 162 habebit ] habebat Ba palmes] suos add. A R P 163 clericis et om. Ba  
 A R P et ecclesiis om. Lp 164 hoc om. Lr nostras] nostram A P 165 *siue* ]  
 satis decime Lr Lp ]seu A uiuentibus om. Lr 166 etiam om. Lp 167 intuitu om.  
 Lr 168 eos om. Ba causa] immunitatem Ba A R P 169 et] uel ad Lr ] uel Lp  
 cum Apostolo] Apostolo teste R 170 q.iii. ] q. ii. A Episcopus] Episcoporum Lp  
 171 clade] clode A 172 plures] tres Ba

---

<sup>81</sup>1 Comp.3.26.8 (=X -), JL 13873      <sup>82</sup>Ac 9,5      <sup>83</sup>C.1 q.5 c.1      <sup>84</sup>Ps 71,9      <sup>85</sup>1 Comp.  
 3.26.13 (=X 3.30.12) JL 13859      <sup>86</sup>Cf. 1 Tm 6,8      <sup>87</sup>C.10 q.2 c.7

ecclesias, etiam ut proprias, non ut commendatas. Hoc non de communi iure, sed de speciali priuilegio summi pontificis, ut infra C.xxi. q.i. c.ult.<sup>88</sup>  
 175 Vsque *iuxta canonum statuta*. Hinc collige quod cum aliquid alicui faciendum committitur uel mandatur, intelligi debet sic ei fuisse preceptum prout canonice fieri potest, ut supra C.ii. q.v. Quedam causa<sup>89</sup> et in Extra c. Causam<sup>90</sup>. Vnde si commissa fuerit alicui alicuius cause cognitio, semper debet ordo iudicarius obseruari et quelibet partium appellare poterit, nisi  
 180 specialiter fuerit inhibitum appellationis remedium.

51. *Multis usque nisi cum uoluntate*. Voluntas episcopi est requirenda, licet non prestetur. Vel uoluntas episcopi est necessaria cum concilium in eius diocesi uult episcopum de nouo constituere. Cum uero propter hoc uult facere, numquam est necessaria uoluntas episcopi, ut infra c.ii.<sup>91</sup>

185 52. *Frater noster*. Casus huius c. talis est: Adrianus erat suffraganeus Lansei<sup>92</sup> archiepiscopi. Ioannes uero erat metropolitanus Lansei. Contigit tandem quod summus pontifex exemit Adrianum a iurisdictione Lansei et ita per consequentiam a iurisdictione Ioannis, qui dolore permoti uoluerunt in eum animaduertere et Lanseus quidem condempnauit eum in causa pecuniaria, Ioannes uero in criminali. Vnde contra utrumque in hoc c. summus pontifex inuehitur. Vsque *nullo iure*, quia cum esset Adrianus a iurisdictione Lansei exemptus non potuit eum ligare sua sententia. Sententia enim a non suo iudice dicta neminem astringit, ut supra C.ii. q.i. In primis<sup>93</sup>. Vsque *in eis*, idest Adriano et eius ecclesia. Vsque *fraternitas tua*. Ordo constructionis: fraternitas tua abstineat, idest cohbeat et compescat omnem iurisdictionem; *ante habite uite sue*, idest quam ante exemptionem in eum

173 etiam] et Ba Hoc] Sed Lp A P non om. Lr 175 *iuxta om. Lp* 177 Quedam] Que de Ba A P 178 Causam] que add. A 179 partium] personarum Ba<sup>pc</sup> 181 nisi] non praem. Ba A R uoluntate] § medium add. Lp] etc. add. Ba R licet] nisi praem. Lr] usque praem. Lp 182 necessaria cum] necessarium R 183 de nouo om. Ba R uero] episcopus add. Lp 184 numquam] non Lp Ba A R P 186 Contigit - 187 Lansei om. Lr Lp (omoio.) 187 quod] qui A 188 consequentiam] a iurisdictione Lansei et add. Lr] pro iurisdictione Lansei erat add. Lp iurisdictione] exceptus add. Lp qui] quod Lr] quare Lp 189 animaduertere] sententiam condempnationis praem. Lp 191 inuehitur] inuenitur Lr] inuertitur Lp Vsque] ut add. A 192 iurisdictione] potestatem iurisdictionis Ba A R P exemptus] exceptus Lp 193 a non suo iudice] ante suum iudicem Lp suo] suum Lr iudice om. Lr 196 *uite om. F*

<sup>88</sup>C.21 q.1 c.6      <sup>89</sup>C.2 q.5 c.9      <sup>90</sup>1 Comp. 1.4.17 (=X 1.6.8), JL 14070      <sup>91</sup>C.16 q.1 c.2

<sup>92</sup>Cf. Friedberg 1.777. Hodie Termoli-Larino.      <sup>93</sup>C.2 q.1 c.7

- habeat, cohibeat dico, ab eo Adriano et eius ecclesia. Et nota quod non solum Adrianus personaliter fuerit a iurisdictione Lansei exemptus, sed etiam eius ecclesia. Interdum enim dumtaxat persone, aliquando uero ecclesie tantum hoc priuilegium indulgetur, ut C.xi. q.iii. Conquestus<sup>94</sup>. Vsque si qua causa uel fidei. Hinc collige distinctionem in qua dicitur quod causa alia criminalis, alia pecuniaria, alia spiritualis. Nam per causam fidei spirituales cause intelliguntur, supra C.xiiii. q.ii. c.iii., Super prudentia<sup>95</sup> et d.lxi. Litteras<sup>96</sup>. Vsque responsales. Hinc collige legatum summi pontificis non posse omnia que ipse potest. Non potest episcopum ipse deponere, nisi ei specialiter indulgeatur, nec sine proprio episcopo potest aliquid in parochia sua constituere, ut infra C.xxv. q.ii. In Galliarum<sup>97</sup> et e. q. Seruatis<sup>98</sup>. Vsque si est ardua. Et nota quod difficultas negotii inter eas causas connumeratur que summo dumtaxat sunt pontifici concesse. Quot autem et que sint ille inuenies supra d.xvii. c. Huic sedi soli concessa<sup>99</sup>. Vsque excepto ultimo uite tue tempore. Hinc collige quod excommunicatus a summo pontifice non potest ab alio absolui nisi imminente periculo mortis, infra C. prox. q.iii. Si quis suadente<sup>100</sup> et supra d.xv. Sicut<sup>101</sup>.
- 52 (p.c.). § *Si autem.* Respondet ad hoc quod dixerat in hoc c. Multis<sup>102</sup>, scilicet quod sine licentia summi pontificis non potest in alicuius diocesi de nouo episcopum ponere archiepiscopus.
53. (p.c.) § *Hinc duo usque multitudo* etc. Licet enim hodie multe sint ecclesie, tamen si de nouo aliquem non fierent ad paucitatem redigerentur, cum antiquitate consumpte depereant<sup>103</sup>.
54. *Plures usque una terminazione*, idest in una diocesi ita quod non sint determinate et certis limitibus distinete. Vsque *lis Dei iudicio*, idest

197 habeat] habebat **Ba A R P**      eo] scilicet add. **Lp Ba A R P**      nota] notandum  
**A**      199 uero *om. Ba*      200 C.xi. q.iii. ] C.xii. q.iii. **Lp** ] C.ix. q.iii. **A**      si *om. Lr Lp R*  
 201 *causa om. Lr Lp*      203 cause] esse **Lp**      xiiii] x. **Lr Lp**      c.iii *om. A*      lxi.] lxxii. **Ba**  
**A R P**      205 Non] enim add. **Lp Ba A R P**      ipse *om. Ba R P*      207 constituere] statuere  
**Ba A R P**      209 que sint] qualiter **P**      210 sedi concessa *om. Ba A*      212 absoluti]  
 solui **A**      214 hoc<sup>2</sup>] illo **Ba P**      216 episcopum - archiepiscopus] creari episcopus **Ba**  
**A P**      217 *Hinc*] *Sic et Ba*      etc. *om. A*      enim *om. Lp*      218 fierent] facerent  
**Ba**      219 consumpte] antique add. **Ba A R P**      220 usque] in add. **A**      non *om. Lr*  
 221 sint] sunt **Lp**      *lis*] *hiis Lr Lp*

<sup>94</sup>C.9 q.3 c.8      <sup>95</sup>C.14 q.2 c.1      <sup>96</sup>D.63 c.14      <sup>97</sup>C.25 q.2 c.3      <sup>98</sup>C.25 q.2 c.6; cf. SL  
 C.16 q. 1 c. 52 v. *frater, si qua causa uel fidei uel criminis uel pecuniaria, mediocris*      <sup>99</sup>D.17 c.3  
<sup>100</sup>C.17 q.4 c.29      <sup>101</sup>D.15 c.2      <sup>102</sup>C.16 q.1 c.51      <sup>103</sup>Cf. SL c.16 q.1 p.c.53 v. *multitudo*

sacramento uel forte honestis testibus; nam huiusmodi opinionem fortunam esse iudicem iurisprudentia dictat ut ad quem sors peruererit illius sententia in optione precellat, ut in Inst. lib. ii. tit. De legatis, § Optionis<sup>104</sup>, non autem iudicio ferri candardis uel aque feruentis<sup>105</sup>.  
225

54. (p.c.) § *Ius ergo*. Hic Magister respondet illi c. quod est supra, e. q. Si quis laicus<sup>106</sup>.

57. *In canonibus*. Verba sunt hec Simmachi pape<sup>107</sup>. Vsque *si quis oblationes*. Hec sunt uerba concilii. Vsque *a principibus*. Hinc collige principes teneri ad prestandum auxilium ecclesie ut materiali gladio puniat quorum sententia speciali nequit comprimere, C.xxvii. q.i. Si homo esses<sup>108</sup>, C.xxiii. q.v. Principes<sup>109</sup>, C.xxiii. q.i. Maximianus<sup>110</sup>, d.lxiii. Tibi Domino<sup>111</sup>. Vsque *custodes cartarum*, scilicet ut tantum uelimus cartas et libros uolumine dantes operam lectioni et de rebus ecclesie non curare. Vel custodes cartarum prelati dicuntur qui cartas et priuilegia ecclesie seruant quibus ecclesie iura firmantur. Res tamen ipsas permittit ab aliis possideri.  
230  
235

58. *Similiter usque quia res episcoporum ecclesie esse non dubitantur*. De illis rebus episcoporum hoc potest intelligi qui promotionis tempore nichil in bonis uideantur habere quorum res intelliguntur esse ecclesie donec in contrarium sit probatum, ut supra C.xii. q.iii. c.i.<sup>112</sup>  
240

59. *Quia iuxta usque uota fidelium*, idest ex deuotione fidelium uel a

222 honestis ] honestibus Lr testibus ] sortibus **Ba A P** nam om. **R** huiusmodi ]  
enim add. **R** opinionem ] opinionis **Ba A** 223 sors ] s(cilicet) citius **Lp** 226 *ergo om.*  
**R** respondet ] // **R** 229 *a principibus* ] *principium Lr* ] *principum Lp* 230 gladio ]  
gladio *repetit* Lr quorum ] quis **Lp** sententia ] seuitiam **Ba A R P** 231 speciali ]  
gladio spirituali **Ba A P** ] gladio add. **R** comprimere ] arg. add. **A** C.xxvii. q.i. Si  
homo esses ] C.xxii. q.i. Scilicet (c.-) om. **Lp** C. xxiii q. i] et q. iii. **Ba** 234 custodes ]  
custos ille **Ba A P** 235 prelati dicuntur ] prelatus dicitur **Ba A P** seruant ] seruat **Ba A**  
**P** 236 permittit ] permittitur **R** 237 *quia* ] *qui Lr Lp om. A dubitantur* ] dubitentur  
**A** 238 intelligi ] quas intuitu officii et dignitatis suscepere acquisierit, ut supra (supra om.  
**Ba**) C.xii. q.iii. Pontifices. Vel de rebus illorum episcoporum hoc potest intelligi add. **Ba A R P**  
239 uideantur ] uidebantur **Ba A R P** 240 q.iii.] q. iii. **A** 241 idest ex deuotione  
fidelium om. **Lr Lp** (*omoio.*)

<sup>104</sup>Inst. 2.20.23    <sup>105</sup>Cf. Gregorius I, Epistolae ut vocant, purgatio per tactum ferri candardis, per aquam ferventem - Epistola XXXIII. Ad Justinum praetorem, PL 77, 572 ; Auctor incertus, Dissertatio de judicio Dei «ad subeundum judicium ferri candardis, aquae ferventis» PL 87, 967    <sup>106</sup>C.16 q.1 c.42; cf. SL C.16 q.1 p.c.54    <sup>107</sup>JL 760; cf. Friedberg 1.779 et n.550  
<sup>108</sup>C.27 q.1 c.19    <sup>109</sup>C.23 q.5 c.20    <sup>110</sup>C.23 q.3 c.2    <sup>111</sup>D.63 c.33; cf. SL C.16 q. 1 c. 57 v.  
*in canonibus, Si quis oblationes, a principibus*    <sup>112</sup>C.12 q.3 c.1

- deuotis fidelibus collata. *Pretia peccatorum*, quia pro peccatis redimendis dantur presbitero qui suis precibus ea delet. Vnde dicitur peccata populi comedere, idest oblata pro peccatis. *Et patrimonia pauperum*, quia ex eis pauperes, idest clerici, pascuntur. Vel de omnibus pauperibus intelligitur, ut infra e. q. Quoniam quicquid<sup>113</sup>. Vnde qui eas aufert egentium dicitur esse necator, ut supra C.xiii. q.ii. Quicumque<sup>114</sup>. Vsque *nec filiorum*. Hinc collige predecessorem ligare posse successorem, C.xii. q.ii. Non liceat<sup>115</sup>, d.lxiii. Tibi Domino<sup>116</sup>; C.ii. q.iii. Audiuimus<sup>117</sup>, C.ii. q.iii. Omnibus<sup>118</sup>.
- 250 60. *Constitutum usque aut certe propinquis*. Hinc collige ius patronatus ad heredes sanguinis transire. Nam si patroni filii ad inopiam uergunt, tenetur eos sustentare ecclesia, ut infra C.e. q.ult. Quicumque<sup>119</sup>.
- 255 61. *Possessiones usque alienare quibuslicet titulis*, nisi in casibus concessis. Vel de illis rebus hoc potest intelligi que ea conditione sunt date ecclesie ne alienentur.
62. *Nulli usque ultra statuta patrum exigere*. Hinc collige quod si prelatus uult aliquid a subdito extorquere, non tenetur ei subditus obedire, nisi prelatus ostenderit id quod petit sibi deberi per canonem, ut supra C.viii. q.iii. Conquestus<sup>120</sup> et C.xvi. q.i. c. ult.<sup>121</sup>
- 260 64. *Predicator usque non enim debent filii*, spirituales filii non debent parentibus spiritualibus thesaurizare ita quod eorum thesaurum eis auferant etsi teneantur eis in necessariis prouidere. Vsque *princeps pastorum*, idest qui dixit: 'ego sum pastor bonus'<sup>122</sup>.
- 265 65. *Reuertimini usque maledicti*, idest puniti uel peccatores constituti. Duplex enim est maledictum, pene et culpe. Vnde omnis dicitur 'maledictus qui pendet in ligno'<sup>123</sup>. Vsque *et uos me configuratis*. Subaudi in membris,

---

243 presbitero] presbiteris **Ba A P** delet] deleret **Ba**] delent **A P**] debet **R** dicitur] dicuntur **Ba A R P** 245 intelligitur] potest intelligi **Ba A R**] intelligi **P** 247 supra] infra **Lr** q.ii.] q. i. **A** 248 posse *om.* **Ba A R PPc** C.xii.] ut arg. *praem.* **A** 249 Domino] contra *add.* **Ba A** Omnibus] contra *add.* **P** 250 ius *om.* **Ba** patronatus] patronatum **Ba** 251 uergunt] urgent **A** 254 que] qui **Lr** quia **Lp** 258 C.viii.] C. viii. **Ba A P** ] xi. **R** 259 xvi.] x. **A** c. ult. *om.* **Lr** 260 debent] spirituales add. **Ba** spirituales - debent *om.* **Lr Lp Ba** spirituales filii *om.* **R** 263 idest] Christus add. **Ba A R P** 265 omnis *om.* **Ba** maledictus] homo add. **Ba** 266 pendet] pependit **A P** uos *om.* **Lr Lp** configuratis] configit F

---

<sup>113</sup>C.16 q.1 c.68      <sup>114</sup>C.12 q.2 c.3      <sup>115</sup>C.12 q.2 c.20      <sup>116</sup>D.63 c.33      <sup>117</sup>C.3 q.2 c.4

<sup>118</sup>C.2 q.5 c.19      <sup>119</sup>C.16 q.7 c.30      <sup>120</sup>C.9 q.3 c.8      <sup>121</sup>C.16 q.1 c.68      <sup>122</sup>Jo 10,11; Jo 10,14

<sup>123</sup>Dt 21,22-23; Gal 3,13

ut ibi 'uenio iterum crucifigi Romam<sup>124</sup>', dixit Petro, 'in te' et supra C.iii. q.i. c.iiii.<sup>125</sup> Et nota quod aliquando, quod membrorum est, attribuitur capiti propter compassionem, uel ut ibi: 'uerba delictorum meorum'<sup>126</sup>  
 270 dixit Christus, idest membrorum meorum. Vsque *perdidistis*. Hinc collige aliquem debere puniri in quo peccauit, ut supra d.lxxxii. Valet<sup>127</sup>, C.i. q.v. c.i.<sup>128</sup>, C.xii. q.ii. De uiro<sup>129</sup>, C.xvii. q.iiii. Frater<sup>130</sup>, d.xxiiii. Si quis<sup>131</sup>, C.xii. q.ii. Ecclesiarum<sup>132</sup>, C.e. q.vi. Episcopus<sup>133</sup>, C.xx. q.iiii. c.ult.<sup>134</sup>, C.i. q.iiii. § Dauid<sup>135</sup>. Vsque *scientiam sibi uendicauerit*, idest ascripserit non Deo largitori.  
 275 De talibus enim dicitur: 'habenti detur et ei qui non habet'<sup>136</sup>, idest nescit unde habeat, auferetur quod uidetur habere. Vsque *populis ministrauerit*. Nullus enim debet talentum sibi datum in terra abscondere<sup>137</sup>. Vsque *nubibus*, idest predictoribus qui pluunt imbrem celestis doctrine et irrigant corda fidelium et germinare faciunt. Vnde et de apostolis dicitur: 'qui sunt  
 280 isti qui ut nubes uolant etc.'<sup>138</sup>

66. *Decime tributa sunt*, idest pro remedio et absolutione animarum beatitudine egentium tribuuntur. Vsque *sed si tardius dare*. Hinc collige quod sicut rem debitam non facere est licitum, sic in faciendo moram est abhominabile, ut supra d.xxv. § Criminis appellatio<sup>139</sup> et C.xiii. q.i. Quicumque<sup>140</sup>. Vsque *de militia*. Subaudi que licita est, scilicet cum auctoritate maioris bellum indicitur et stipendia dantur, ut infra C.xxiiii. q.i. Militare<sup>141</sup>. Et de preda, sicut quibusdam placet, decimas dari et elemosine fieri possunt, ut infra C.xxiiii. q.v. Dicat<sup>142</sup>. Vsque *de negotio*. Hinc habes quod

267 ut ibi] Vsque Lr Lp<sup>ac</sup> A dixit *om.* Lp in] quasi *praem.* Ba A R P et] ut A P et - 268 c.iiii. *om.* Ba 268 aliquando] id add. A 269 uel *om.* Ba A R P ibi] infra R meorum] usque per uerba delictorum R 270 dixit] dicit A dixit - meorum *om.* Ba A P Vsque *om.* Ba *perdidistis*] *perdidisses* A collige] ibi add. Ba R ] in eo add. A 271 supra] arg. A lxxxii. ] lxxxi. A Valet] Vale Lr Lp 271-272 C.i. q.v. c.i.] C.v. q.iii. Lr Lp 272 d.xxiiii. ] C. xiiii. Lr Lp ] xciiii. A 274 Dauid] § primo Ba Vsque] *si add.* Lr Lp ] sed add. A 275 detur] dabitur Lp<sup>pc</sup> Ba A R P idest] qui add. Ba A P 278 pluunt] plorant Lr ] impluunt Lp<sup>pc</sup> 282 sed] *etsi* Lr *om.* Lp 283 non facere est] facere non est *tr.* Lp licitum] illicitum Lp Ba R P 284 est abhominabile] addere Ba A R P 285 *militia*] *malitia* A 286 q.i. - 288 C.xxiiii. *om.* R 287 Et *om.* A P preda] prebenda Lr Lp<sup>ac</sup>] etiam add. Ba A P decimas] decime Ba A P elemosine] elemosinas Ba 288 v.] i. Lr Lp habes] collige R

<sup>124</sup>Cf. Ambrosius Mediolanensis, Sermo c. Auxentium, 13, *Epistolarum Classis* I, PL 16.1010

<sup>125</sup>C.3 q.1 c.4 <sup>126</sup>Ps 21,2 <sup>127</sup>D.81 c.9 <sup>128</sup>C.5 q.5 c.1 <sup>129</sup>C.12 q.2 c.17 <sup>130</sup>C.17

q.4 c.17 <sup>131</sup>D.24 c.7 <sup>132</sup>C.12 q.2 c.69 <sup>133</sup>C.16 q.6 c.6 <sup>134</sup>C.20 q.3 c.5 <sup>135</sup>C.1 q.4

p.c.11 § 1 <sup>136</sup>Mt 25,29; Lc 19,26; Mt 13,12; Mc 4,25; Lc 8,18 <sup>137</sup>Mt 25,24-30 <sup>138</sup>Is 60,8

<sup>139</sup>D.25 p.c.3 § 4 <sup>140</sup>C.13 q.1 c.7 <sup>141</sup>C.23 q.1 c.5 <sup>142</sup>C.23 q.5 c.25

de rebus quodammodo acquisitis illicite possunt fieri elemosine cum de  
 290 negotiatione possunt dari decime ubi difficile est inter uidentis ementisque  
 consortium non interuenire peccatum, ut infra de pen. d.v. Qualitas<sup>143</sup> et  
 C.xiiii. q.v. Non sane<sup>144</sup>.

67. *Apostolicis uiris et euangelizantibus.* Nam et Apostolus dicit:  
 'communicet autem is qui catechizatur uerbo eius qui se catechizat'<sup>145</sup>.  
 295 Vsque *in necessariis*. Necessitatem autem istam in uictu et uestitu intelligo,  
 quibus cum Apostolo debemus esse contenti<sup>146</sup>.

68. *Quoniam quidquid usque omnibus debent esse communes.* Hinc colligitur  
 clericos teneri ad hospitalitatem prestandam cum nullus etiam promoueri  
 ualeat qui ab hospitalitatis officio inuenitur immunis, ut supra d.lxxxv. c.i.<sup>147</sup>  
 300 Vsque *potuerit*. Hoc ideo dicit quia non possunt aliter monasteriis consulere  
 nisi eis competens subsidium conferant et ecclesie dampna grauia non  
 infligant<sup>148</sup>, ut supra C.xii. q.ii. Bone rei<sup>149</sup>. Vsque *utrum usus decimarum*. Et  
 nota quod si de iure decimarum hoc intelligitur, planum est. Numquam enim  
 laici decimarum iura habere possunt nec prescribere ualent, ut infra C.e.  
 305 q.iii. § Item prescriptio<sup>150</sup>. Si de fructibus hoc intelligatur, similiter uidetur  
 dicendum, quod nec etiam auctoritate episcopi eas possunt laici percipere,  
 ut supra C.i. q.iiii. Peruenit<sup>151</sup>. Vsque *et in usum transiuit monacorum*, et  
 hoc laicis dantibus eas, qui tamen nichil iuris in eis habere uidentur,  
 cum auctoritate domini episcopi. Vnde hinc habes quod quis eius rei  
 310 potest transferre dominium quod non habet<sup>152</sup>, ut infra in Inst. lib. ii. tit.

---

289 quodammodo *om.* **Ba**] quoquomodo **R** 290 negotiatione] negotio **Ba A R P**  
 possunt] possint **A** 292 xiiii] xxiii **Lr Lp** 293 *euangelizantibus*] *euangelizatoribus* **A F**  
 294 is] hiis **Lr Lp** catechizatur] catechizant **Lp** uerbo *om.* **P** eius] ei **Ba A R P**  
 297 colligitur] collige **A** 300 Vsque] *et add.* **Lr Lp** *potuerit*] portauit **Ba**] et potuerint  
**A F** 301 nisi] *ut add.* **Lp A R P** ecclesie] cui auferunt **Ba** 302 *usus*] casus **Lp**  
 Et - 303 decimarum *om.* **Lp** (*omoio.*) 304 possunt] Vsque *add.* **Lr Lp** nec] unde *praem.*  
**Ba A R** prescribere] perdere **Ba** ualent] ualeant **Lr Lp**] possunt **R** 305 Item]  
 hic *add.* **Ba** prescriptio] prescrispsit **R** Si] uero *add.* **Ba A R P** uidetur] esse *add.*  
**Lr**] esse **Lp** 306 nec] uero **Ba** 307 Peruenit] et in Extra. Quamuis graue (X 3.30.17)  
*add.* **A P** *transiuit*] *transierint* **A R P**] *transierint* **F** 309 domini] tamen **A P** quis  
 eius] ius eiusdem **Lp** 310 infra *om.* **A**

---

<sup>143</sup>De poen. D.5 c.2      <sup>144</sup>C.14 q.5 c.15; cf. SL C.16 q. 1 c. 66 v. *tardius dare, militia, de negotio*

<sup>145</sup>Gal 6,6      <sup>146</sup>Cf. 1 Tm 6,8; cf. SL C.16 q.1 c. 67 v. *Apostolici usque necessariis*      <sup>147</sup>D.85

c.1      <sup>148</sup>Cf. supra C.10 q.3 c.10 n.62; C.12 q.1. c.27 n. 35; C.14 q.5 c.10 n.40 ; C.16 q.1 c.43 n.76

<sup>149</sup>C.12 q.2 c.74      <sup>150</sup>C.16 q.3 p.c.15 § 1      <sup>151</sup>C.1 q.3 c.13      <sup>152</sup>Cf. SL C.16 q.1 c.68 v.  
*communes, usus decimationum, transierint* (in principio)

Quibus liceat alienare uel non, § Contra autem<sup>153</sup>. Sed contra inuenitur in Extra. c. Consultationibus<sup>154</sup>. Ibi enim dicitur quod si quis institutus uel representatus fuerit ab eo qui dominum patronatus non habet, debet ecclesiam amittere. Solutio: generale est illud, speciale uero in creditoribus est et in hoc casu propter fauorem monachorum.

## &lt;Q. II&gt;

§ De capellis uero.

1. *Visis litteris usque caritatem quam in celo nequiuuit habere.* Subaudi diu et secundum istam sententiam diabolus caritatem habuit. Alii dicunt eum caritatem non habuisse sed quod appellatus est Lucifer, propter quod uidetur quod caritatis splenduisset fulgore; propter eminentiam et bonorum naturalium perspicaciam illum sic esse dictum asserunt. Vsque *per portas nostras*, idest per sensus corporis qui porte nomine ideo appellantur quia per eos uelut per portas mors ad animam intrat. Nam si uidisti mulierem ad concupiscendum eam per oculos mors intrat, quia mechatus es eam in corde tuo<sup>155</sup>. Vnde alibi: 'sepi uias tuas spinis'<sup>156</sup>. Vsque *quod maius est*. Hinc collige quod cui maiora conceduntur et minora uidentur concedi, supra d.xv. Illud si<sup>157</sup>. Cui si non licent minora nec licita sunt maiora, ut supra C.ix. q.ii. Nullus, Episcopum non debere<sup>158</sup> et quod cui principale conceditur et accessorium, ut infra Extra. Sicut Romana<sup>159</sup>. Vsque *et felici mucrone*. Et

311 autem *om.* **Ba** 312–313 institutus uel *om.* **A** 313 dominum] dominium  
**A** habet] habebat **Ba A R P** 314 generale] regulare **Ba A R P** uero] est *praem.* **A**

## &lt;Q. II&gt;

3 usque *om.* **A** 4 istam] istorum **Ba A** Alii] uero *add.* **Ba A R** 5 propter quod ] per hoc **A** 7 perspicaciam] pericium **Lp**] perspicuum **R** illum sic *om.* **Ba A R P**  
8 qui] quia **Ba** nomine] anime **Lp** ideo] ita **Lp** 9 mors] mortis **R** ad<sup>1</sup>] usque  
*praem.* **Ba A R P** 10 eam] quia *add.* **Lr** oculos] oculum **Ba AP** intrat] intravit  
**Ba A R P** 11 tuo] Vnde oculus meus depredatus est animam meam *add.* **A P** Vnde ]  
etiam *add.* **A** 12 xv] xcv. **A P** 13 si<sup>1</sup> *om.* **Ba A R P**] et c. C.xxvii. q.ii. Sunt qui dicunt  
(c.19) *add.* **Ba A P** Cui] Sic **P** Cui si] Sic cui **A** si<sup>2</sup> *om.* **Ba** non *om.* **Lr Lp**  
licent] licita sunt **Lp** supra] ut **Ba** 14 debere] debent **Lr Lp** et *om.* **Lr Lp**  
15 infra *om.* **A**

<sup>153</sup>Inst. 2.8.1 <sup>154</sup>1 Comp. 3.33.23 (=X 3.24.4), JL 12636 <sup>155</sup>Mt 5,28 <sup>156</sup>Os 2,6 <sup>157</sup>D.12  
c.4 <sup>158</sup>C.9 q.2 c.1,7 <sup>159</sup>1 Comp. 1.21.6 (=X 1.29.5, Praeterea), JL 12193; cf. SL C.16 q.2  
c.1 v. *caritatem habere, per portas nostras nequiuuit, et si in dando* (in fine)

nota quod de sententia anathematis qua solus episcopus potest cum clericis sacerdotem punire hic intelligitur, ut infra C.xxiiii. q.iii. Corripiuntur<sup>160</sup> et C.i. q.i. Reperiuntur<sup>161</sup>. Et nota quod hec duo capitula que in questione presenti ponuntur uidetur sibi inuicem contraire, quorum solutio in ultimo 20 paragrapho huius questionis inuenitur.

### <Q. V>

§ Tales etc. Hic latenter subingreditur tractare quintam questionem que, quoniam in summa<sup>162</sup> latius tractatur, simpliciter uolumus pertransire eam.

8. *Si quis episcoporum usque territorio*, idest diocesi. Territorium enim 5 accipitur pro diocesi ut hic, interdum pro ipsa terra et pro possessione accipitur, ut infra q. prox. c. Licet<sup>163</sup>. Vsque *hec gratia*, idest iuspatronatus quod ideo dicitur gratia, quia cum sit spirituale et ita non erat successorium nec a laicis poterit possideri; ex sola gratia et benignitate canonum est factum quod et a laicis possideri potest et ad heredes sanguinis transire 10 ualet. Vel edificatori episcopo gratia dicitur reseruari quia cum alii patroni non ualeant sine consensu diocesani episcopi in suis ecclesiis clericos ordinare, que tamen est in aliena parochia constituta. Et hoc uidetur sequens littera satis innuere. Vsque *acquiescat*, quasi dicat proprius episcopus non debet contradicere representationi a patrono facte, nisi forte in persona electi 15 quid uoluit opponere, d.xxiiii. c.i.<sup>164</sup>, d.l. Postquam<sup>165</sup>, d.lv. De persona<sup>166</sup>,

16 de sententia] sententiam **Ba**      cum] etiam **R**      17 iii. ] iii. **A**      Corripiuntur] Corripiantur **A**      18 C.i.] C.e. **Lr Lp**      19 quorum] tamen add. **Ba A P**      20 huius om. **Lp**

<Q. V>

2 quintam om. **A**      3 simpliciter] post eam add. **A**      4 *episcoporum*] *episcopus* **Ba R P** *episcoporum* usque om. **Lr Lp**      idest diocesi om. **P**      enim] hic **Ba**      5 interdum] uero add. **Ba A R P**      pro<sup>2</sup> om. **A**      7 sit] ius add. **Ba A R P**      successorium] successor **Lr Lp<sup>ac</sup>**      8 poterit] poterat **A**      possideri] et hoc add. **Ba**      10 ualet] potest **R** 11 ualeant] possint **R**      clericos om. **R**      12 ordinare] et instituere episcopi ualent add. **R** ] de gratia conceditur patrono episcopo ut etiam non requisito diocesano episcopo possit in sua ecclesia clericos ordinare add. **Ba A P**      tamen] non add. **A**      est] sunt **R** constituta] constitute **R**      13 satis om. **R**      innuere] Vnde secundum hanc lectionem territorium (hoc add. **P**) pro possessione hic accipitur add. **Ba A P**] inuenire **R**      14 debet] potest **Ba A R P**      contradicere] contraire **Ba**      representationi] scilicet *praem.* **Ba** 15 quid] aliquid **A**      opponere] ut arg. add. **A**      lv.] lxxv. **Ba A R P**

<sup>160</sup>C.24 q.3 c.17      <sup>161</sup>C.1 q.1 c.7      <sup>162</sup>Cf. infra C.16 q.5 c.1, n. 7      <sup>163</sup>C.16 q.3 c.5;      <sup>164</sup>D.24 c.1      <sup>165</sup>D.50 c.11      <sup>166</sup>D.65 c.4

C.e. q.ult. Monasterium<sup>167</sup>.

9. *Possessio*. Hoc c. satis in summa<sup>168</sup> exponitur.

### <Q. III>

§ *Quod uero*.

1. *Per singulas ecclesias rusticanas*. Rusticane ecclesie dicuntur ille que in ruribus et uillis sunt edificate. Vsque *maxime* etc. Hinc collige quod etiam in male fidei possessore currit prescriptio. Tunc enim maxime cum sine uiolentia, ergo idem est etiam cum per uiolentiam possessio possidetur. Qui uero contrariam fouent, sic exponunt: 'maxime', idest tantum possessionum.
2. *Presulum usque si quod absit*. Et hinc similiter colligitur quod ecclesia possit mala fide prescribere. Per hoc enim uidetur quod dicitur 'absit' quod de mala fide hic agitur. Taliter tamen res possesse prescriptione tolluntur. Aliter uero hoc ideo asserunt esse dictum quia prescriptiones sunt odiose. Vsque *uindicent*. Ideo dicit quia si quoquomodo possessor a possessione cecidit rei uendicationem habebit. Nam secundum quosdam prescriptio transfert dominium, ut infra e. q. § Item prescriptio<sup>169</sup>. Vsque *et quia filiorum nostrorum*. Istud 'quia' non est causatiuum sed quasi dicat non est mirum

17 *Possessio om. Lr Lp* satis] bene add. **Lp Ba A R P** exponitur] expositum est **R**

### <Q. III>

3 ecclesie *om. Ba* 4 ruribus] rure **Ba A R P** Vsque] *et add. A* etiam *om. Lp*  
 5 prescriptio] *Si add. Ba A R P* maxime] non ecclesie **Lp** 6 etiam *om. Lp* cum  
*om. A* Qui] Quidam **Lp** 7 fouent] fouentur **Lr**] fouentes **Lp**] sententiam *add. Ba A P*  
*tantum*] Simile uerbum similiter exponitur supra C.xi. q.iii. Si quis episcopus  
 (c.91) **Ba A P** possessionum *om. Ba R P* 8 *Presulum om. Lr Lp* si] *ut praem. A*  
*absit*] *possit add. R* similiter] uidetur posse **Lp**] uidetur *add. Ba R P* colligitur]  
*colligi Lr Lp Ba R P* 8–9 ecclesia possit] *de Lp* 9 prescribere] possidere **Lp**  
*quod<sup>1</sup>*] *hic add. R* 10 mala] male **Ba A R P** fide] fidei prescriptione **Ba A P**] fidei  
 possessione **R** agitur] agatur **A** tamen] enim **P** res *om. Lr Lp* 11 Aliter]  
 Alii **Ba A R P** 12 *uindicent om. Lr Lp*] *uendicet A*] *uendicentur R*] Improprie (Proprie **R**)  
 hic ponitur *uindicationis nomen* quasi habeat. Vel *uindicet add. Ba R P* 13 cecidit *om. P*  
*uendicationem*] *uenditione A* habebit] gaudebit **Ba A P** 14 transfert] *non praem.*  
**Ba** Item prescriptio] Potest et aliter **A P** *quia om. Ba*

<sup>167</sup>C.16 q.7 c.33; cf. SL C.16 q.5 c.8 v. *Si quis usque territorio* (in principio), *hec gratia reseruetur, acquiescat,* <sup>168</sup>Cf. supra C.16 q.5 c.1, n. 1 <sup>169</sup>C.16 q.1 p.c.15 § 1

si constituimus hoc circa nostros subditos cum principes in suis subditis similiter statuissent.

3. *Sicut.* Sed talis est casus cap. hic. Bisinianensis episcopus prescripsit intra limites Cosentine ecclesie quosdam redditus et oblationes cuiusdam ecclesie Cosentini episcopi. Tandem uolebat populum ad illam ecclesiam uenientem in sua iurisdictione habere, ut sic ab eo sacramenta perciperent, quod dicit concilium fieri non posse<sup>170</sup>. Non enim quia prescripserit temporalia, eo ipso uidetur spiritualia prescripsisse. Si uero utrumque prescripsisset, cum ecclesia non possit in limite ubi prescriptio non currit, prescriptione quoad omnia tutus esset, cum ei liceat sic possidere et spiritualia prescribere potest. Et leges litteram sic: *tricennalis possessio*, idest possessio triginta annorum, *non ita adimit conuentum territorium* idest populum ad illam ecclesiam conuenientem, subaudi quoad spiritualia; *sicut tollit diocesim alienam*, quoad temporalia.
- 30 4. *Quicumque usque interpellatione*, idest prescriptionis interruptione. Vsque secundum ius legis naturalis. Dicunt quidam quia hinc uolunt colligere quod nulla prescriptio a peccato presribentem excusat, cum omnis prescriptio contra ius naturale uideatur esse introducta. Vsque extra, idest in limitibus prouinciarum non currit prescriptio. Vsque diocesis defenditur, idest dum prescriptionis ratione uult sibi quis limites uindicare etc.
- 35 5. *Licet usque exempli mali.* Hinc collige quod propter exempli perniciem

---

16 cum ] et add. A ] etiam et add. R suis om. Lr Ba 17 statuissent] Vel redditio cause est : omnis prescriptio de fonte ciuilis iuris emanauit add. Ba A P 18 *Sicut om. Lr Lp R* Sed ] Sit Ba A P om. R est om. Ba A P c. hic] iste Ba ] huius R om. P hic om. Lp Bisinianensis ] Husinanensis Lr ] Humanensis Lp ] Cassanensis P prescripsit] longe add. A 19 Cosentine ] Policastrensis P 20 ecclesie om. Lp Cosentini ] Policastrensis P episcopi] uoluit habere add. Lp 21 sic om. Ba A R P 23 temporalia] ideo add. Ba A P uero] cum add. Lr Lp R 24 prescripsisset] p' Lr Lp possit] esset Ba A R 25 prescriptione quoad om. Lp omnia om. Lr Lp esset] esse Lp cum] enim add. Ba A R P ei om. Lp ] sibi Ba A R P sic om. Lp Ba A R P possidere] spiritualia add. Ba A 27 *ita] rei Ba adimit]* ad unum Lr Lp ] admittit Ba A La ] ad R 28 quoad] quia R *sicut]* secum Lr Lp om. R 29 *diocesim]* diocesis Lr Lp ] diocesi R alienam] aliena Lr Lp R quoad temporalia om. Lr Lp R temporalia] quasi dicat: non quia prescripsit temporalia illius ecclesie et spiritualia eo ipso prescripsit. Si uero utrumque possedisset tricennio et utrumque prescriberet nisi limitis uicinitas prescriptionem impediret add. Ba A P 31 quia] qui Ba A P 33 extra] etc. add. A 35 quis] aliquis A 36 usque - collige om. Lr Lp<sup>ac</sup>

---

<sup>170</sup>Cf. SL C.16 q.3 c. 3 v. *Sicut*

aliquid est omittendum, d.xcvii c.i.<sup>171</sup>, C.i. q.i. Principatus<sup>172</sup>, C.xxvii. q.i. Quod si<sup>173</sup>, C.xxx. q.i. Si quis<sup>174</sup>. Vsque nulla igitur prescriptione. Et nota quod canon iste et sequens de limitibus uel de hiis que limitibus adiacent sunt intelligendi in quibus, quamuis uetusta retentio, nullum iuri preiudicium aufert. Vsque neque ignauia. Hinc uidetur quod negligentia episcopi non obest ecclesie, contra illud quod est infra, e. q. Placuit<sup>175</sup>. Sed speciale est in limitibus. Item hic queritur an contra ecclesiam que pastore est uiduata currat prescriptio. Quod nullo modo est concedendum, ut in Extra. c. Licet preter solitum<sup>176</sup>.

6. *Inter memoratos usque nullum iuri preiudicium afferit.* Sed queritur an si tota parochia prescribatur ab aliquo et limites prescribi possint, quod quibusdam placet. Quedam enim sunt que per se ad alias transire non possunt, que tamen cum uniuersitate transeunt, ut fundus dotalis et quedam alia. Vsque ne in dubium ultra. Hoc ideo dicit quia eis iam prescriperat nec tamen lis fuerit sopita. Vsque cuiusque ius retentionis, idest ipse limes qui dicitur ius retentionis quia semper apud dominum permanet etsi aliis possidere uideatur. Nam prescriptione limes non tollitur, licet pedium ubi sit limes prescriptione tolletur inter laicos. Item queritur in cuius diocesi limes esse dicatur et cui episcoporum ecclesia debet esse subiecta que in limite est constituta. Et placet quibusdam et limitem et locum in quo fundata est ecclesia communem esse et usque ad parietes ecclesie; hinc inde episcopatus extendi et terminari. Ecclesia illi erit episcopo quoad omnia

37 omittendum] admittendum **Ba**] ut arg. add. **A**      38 *prescriptione* **F**  
 39 uel] et **Ba A**      40 uetusta *om.* **Lp**] in *praem.* **R**      *retentio*] *retenta* **R**      nullum]  
 nulli **Lr Lp**      *preiudicium*] *prudentiam* **Lr La**      41 aufert] *affert* **Ba A**      *uidetur*]  
 posse colligi add. **Lp**      42 ecclesie] quod est add. **Ba A R P**      est<sup>2</sup>] hoc add. **Ba A R P**  
 44 c.] continetur add. **Ba A P**      46 *memoratos* usque *om.* **Lp**      usque *om.* **Lr**      nullum]  
 nulli **Lr Lp**      *iuri*] *iuris* **Ba La R P F**      *affert*] *aufert* **Lr Lp**] *afferret* **F**      Sed] hic  
 add. **Ba A R P**      47 si *om.* **Lp**      prescribatur - et] aliquos **Lr Lp**      *limites*] *limes* **P**  
 prescribi] prescribere **Lp**      possint] possit **Lr P**      50 Vsque - 51 sopita *om.* **Lp**      eis]  
 eum **Lr**      prescriperat] scripserat **Ba R P**      51 tamen] enim **Ba**      fuerit] fuerat **A**  
*cuiusque*] *cuius est* **Lp A R P F**] *deest* **Ba**      qui] quod **Lr Lp**      54 sit *limes*] sunt *limites*  
**A**      tolletur] toleratur **Lr**] tollatur **Lp A**      55 ecclesia *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup> R**      debet] *debeat*  
**A**      56 et<sup>1</sup> *om.* **A**      57 et *om.* **Lr Lp**      ad *om.* **Lp**      inde] posse colligi add. **Lp**  
 58 terminari] criminaliter **Lr**] specialiter **Lp**      Ecclesia] ecclesiam **Lp**] uero add. **Ba AR P**  
 erit] esse **Lp**

<sup>171</sup>D.96 c.1  
*exempli mali*

<sup>172</sup>C.1 q.1 c.25  
<sup>175</sup>C.16 q.3 c.15

<sup>173</sup>C.27 q.1 c.5

<sup>174</sup>C.30 q.1 c.9; cf. SL C.16 q.3 c.5 v.  
<sup>176</sup>1 Comp. 2.18.6 (=X 2.26.4, De quarta), JL 14091

subiecta in cuius parochia edificator ecclesie morabatur.

- 60 7. *Dilectio usque prebeat sacramentum.* Hinc habes quod qui prescripsisse  
se asserit prescriptionem approbare oportet.
8. *Placuit usque secularium clericorum.* Et nota quod seculares clerici  
dicuntur ad differentiam monachorum et canonicorum regularium<sup>177</sup>, sicut  
et secularis ecclesia dicitur.
- 65 10. *Sacerdotes usque diffinisse*, idest alienasse. Diffinire enim pro alienare  
sepe ponitur, ut supra C.xii. q.ii. Episcopus qui mancipia<sup>178</sup>.
11. *Clerici quantacumque temporis diuturnitate.* Et nota quod hii sunt casus  
in quibus non currit prescriptio: in limite, ut supra e. q. Inter<sup>179</sup>; in uita  
irrite iudicantis, ut in primo superiori capitulo<sup>180</sup>; in hiis que beneficio  
70 conferuntur, ut in subiectis capitulis; ubi necessitas interuenit hostilitatis, ut  
infra, secundo et tertio capitulo<sup>181</sup>; in hiis que communi iure possideri non  
possunt, ut infra e. q. § Potest et aliter<sup>182</sup> et d.c. Contra morem<sup>183</sup> et C.xxxiii.  
q.v. Quod Deo<sup>184</sup> et d.xciii. Illud<sup>185</sup>. Vsque *prescriptione temporis.* Hoc ideo fit  
quia proprietas clericis rerum ecclesiarum non conceditur, sed usus fructus,  
75 ut infra C.e. q.vi. Illud<sup>186</sup>.
14. *Porro usque inter Christianos*, idest ubi Christiani non opprimuntur,  
sed tranquilla sunt tempora. Vnde ex hoc et superiori c.<sup>187</sup> colligi potest arg.  
ad eam questionem in qua dicitur an ille, qui timore principis non audet in  
prouincia sua moram facere, possit propter diuturnam absentiam ecclesias

59 edificator] edificantur **Lr**                   edificator - morabatur] sunt ecclesie edificate **Lp**  
morabatur] Alii uero dicunt quod hec ecclesia nulli subicitur. Vnde a nullo episcopo interdici  
potest et sacramenta a quolibet episcopo suscipere poterit. Litteram (autem add. A) sic leges  
(lege **A**) ita ut diocesis, idest ecclesia possidentis episcopi sit, idest transeat in eternum  
dominium illius (illius] sub ius **A**) ecclesie cuius est ius retentionis, idest limes. Si tamen  
limes prouisus, idest subtiliter inspectus, monstrauerit ueris (iuris **P**) signis illam basilicam  
esse subaudi in limite add. **Ba A R<sup>pc</sup>** (fol. 96vb *glossa in margine b*) **P**      61 approbare] eum  
probare **Ba A R P**      62 *clericorum om. P F*] rerum **P<sup>ac</sup>**      64 et] etiam **A**      dicitur]  
fieri add. **Lr Lp**      65 alienare] alienatione **Ba**      66 sepe] interdum **Ba A**] plerique **P**  
ponitur] accipitur **Ba A P**      67 *Clerici*] *quilibet add. Ba A R P*      68 in<sup>2</sup>] usque **Lr Lp**  
69 beneficio] beneficiis **Ba**      70 ubi] usque **Lr Lp**      71 que] de add. **Ba A P**      73 q.v.]  
q.iiii. **A**      74 ecclesiarum] ecclesiasticarum **Lp A**      76 opprimuntur] inprimuntur **Lr Lp**  
77 et *om. A*      78 dicitur] queritur **Ba A P**      an] aut **Lr Lp**      timore] timorem **Lr Lp**  
79 possit *om. Lr Lp*      diuturnam] diurnam **Lp**

<sup>177</sup>Cf. SL C.16 q.3 c.8

<sup>178</sup>C.12 q.2 c.58; cf. SL C.16 q.3 c.10 v. *definisse*

<sup>179</sup>C.16 q.3 c.9

<sup>180</sup>C.16 q.3 c.1

<sup>181</sup>C.16 q.3 c.2,3

<sup>182</sup>C.16 q.3 p.c.15

<sup>183</sup>D.100 c.8

<sup>184</sup>C.33 q.5 c.4

<sup>185</sup>D.93 c.22

<sup>186</sup>C.16 q.6 c.7

<sup>187</sup>C.16 q.3 c.13

- 80 suas amittere<sup>188</sup>. Vsque *corporalia*. In spiritualibus armis clerici debent esse exercitati. Sicut enim imperator milites suos arma uult scire et non leges, ita ignominiosum est clericis secularibus implicari istis.
15. *Placuit usque quod si intra sex menses*. Et nota quod hic agitur de prescriptione xxx annorum; nam cum parochianos ad meam cathedram pertinentes per sex menses a die conuentionis computatos ad fidem conuertisti aut per meam negligentiam factum est, in quo casu statim securus es et ipso iure facta est domina tua ecclesia; aut sine culpa mea, sed per hereticorum astutiam hoc fuit factum, quo casu parochia tua non est factum. Immo si hoc probatur usque ad xxx annos ipsam recuperabo.
- 85 Si autem tacuero tricennalis obiectio michi silentium imponat. Sed queritur quomodo tricennalis prescriptio possit episcopum a peccato defendere qui parochianos alterius ad fidem conuertit, cum ab initio rei aliena conscientiam habuerit cum id quod suum non erat scire debuit ad alium pertinere. Solutio: iste excusatur auctoritate canonis qui hoc fieri permittit in
- 90 odium suam rem negligentium. Alii uero dicunt quod hic inuenitur ex sex mensium prescriptione secundum quos si per sex menses a die conuentionis parochianos tuos possedi, tutus ero de cetero aduersus omnem petentem.
- 95 Alii uero asserunt quod nulla prescriptione sed potius auctoritate canonis iste qui conuertit hereticos est securus.
- 100 15. (p.c.) *Potest etiam usque ecclesiis obici non potest*, sed sola prescriptione xxx annorum et deinceps descendere in finem tertii paragraphi et postea, lecto c. quod ibidem sequitur, redeas ad hunc locum, scilicet item 'prescriptionum'<sup>189</sup> et sic litteram ordinabis.

---

80 In] Nam *praem.* **Ba A R P** 81 uult] uolunt **Lr om. Lp** leges] docet *add.* **Lp**  
 83 *intral*] in **Lr Lp** 85 fidem] finem **Lr Lp** 86 in *om. A* 87 aut] si *add.* **BaPc A P**  
 88 fuit] fuerit **A** 89 factum] facta **Ba A P** Immo si] Sed **R** probauero  
**Ba A P** annos] annum **Lr Lp** ipsam] eam **Ba**] hoc **R** 90 autem] uero **Ba A R**  
 obiectio - 91 tricennalis *om.* **Lr Lp** (*omoio.*) imponat] imponet **A** 91 prescriptio  
 - defendere *om.* **R** possit] potest **A** 94 qui] quod **Lr Lp** hoc] uidetur *add.*  
**Lp** 95 uero *om.* **Lp** ex *om.* **Ba A R P** sex] v. **Lr Lp** ] xv. **R** 96 prescriptione]  
 prescriptio **Ba A R P** quos] quid **Lr**] quod **R** si *om.* **Lp** 97 ero] erit **Lr**  
**Lp** 99 securus] Statim elapsis sex mensibus. Sex autem menses de quibus hic dicitur non ad prescriptionem inducendam sed ad faciendam admonitionem deputantur *add.* **Ba A P** 100 *ecclesiis*] *clericis praem.* **Ba** *ecclesiis*] *eos Ba* prescriptione] prescriptio **Ba A R** 101 descendere] descendit **A** 102 redeas] uideas **Ba** item] inter **Lr Lp R** 103 prescriptionum] prescriptum **Lr Lp**] prescriptionis **Ba**

---

<sup>188</sup>Cf. SL C.16 q.3 c.14 v. Porro usque *Christianos*

<sup>189</sup>C.16 q.3 p.c.15 § 1

17. *Nemo usque nullis temporibus.* Subaudi que sunt infra centum annos.  
 105 Sed hic queritur an contra priuilegium a Romana ecclesia alicui indultum currat prescriptio<sup>190</sup>. Et credimus quod si tali priuilegio Romana ecclesia uoluit aliquam ecclesiam uel personam ecclesiasticam decorare ut contra eam non posset prescriptio currere, nullius quamuis uetusta retentio ei poterit preiudicium generare.

#### <Q. III>

1. *Possessiones usque habere,* quantum alius xl. annum possedit spatio. Dicunt quidam quod hac ratione prescriptionis se potest contra priuilegiatum defendere. Nam si iuri communi prescriptio imponit 5 silentium multo fortius priuilegium et iuri priuato. Alii tamen asserunt quod non priuilegio sed priuilegiato potius ex prescriptione sit preiudicium.
2. *Volumus usque motam fuisse questionem.* Ex hoc uerbo et illo c. iii. q. Per singulas<sup>191</sup> uidetur innui quod facilius secundum canones quam secundum leges possessio interrupitur per litis contestationem. Secundum leges 10 enim interrupitur per litis contestationem. Secundum uero canones ad prescriptionis interruptionem uidetur sufficere si tantum lis inde fuit mota. Quod tamen non prouenit. Si enim apud extraneum iudicem lis contestata

104 annos] Litteram lege sic : sancta Romana ecclesia suscepit priuilegium in firma Petri. *Stabilitatis.* Petri, quod (qui A) priuilegium 'nullis temporibus angustatur (angustantur A)', uel que, 'Romana ecclesia nullis temporibus angustatur' add. Ba A P 105 alicui - 106 ecclesia om. Lp (omoio.) 107 uoluit Lp uel] in Lr 108 quamuis] quantumuis Ba 109 generare] Si uero concessit alicui priuilegium ut decimas uel (om. R) possessiones aliquas (aliquas om. R) haberent (haberet R), quas tamen (quantum R) alius xl annorum possedit spatio, dicunt quidam quod hic ratione prescriptionis se (sed R) potest contra (esse R) priuilegiatum (priuilegium R) defendere; nam si iuri communi prescriptio imponit silentium, multo fortius priuilegio (priuilegio om. R) et iuri priuato. Alii tamen asserunt quod non priuilegio sed priuilegiato potius (priuilegiato potius om. R) ex prescriptione fit preiudicium add. Ba A R P

#### <Q. III>

2 *Possessiones*] *Volumus usque motam fuisse questionem.* Ex hoc uerbo et hic cap. iii. q. Per singulas uidetur innui. Si uero concessit alicui priuilegium usque decimas praem. Lr Lp *Possessiones* - 6 preiudicium om. Ba A R P usque om. Lr Lp 5 priuato] priuata Lr Lp 6 sed priuilegiato om. Lp sit om. Lp 8 innui om. R quam - 10 canones om. R (omoio.) 9 Secundum - 10 interrupitur om. Lr 10 per - contestationem om. Ba A per] pro Lp contestationem] contestatione Lp 11 inde] non A fuit] fuerit A

<sup>190</sup>Cf. SL C.16 q.3 c.17 v. *infra c. annos*

<sup>191</sup>C.16 q.3 c.1

fuerit uel minus sollempniter, temporis interruptionem non facit, ut Cod. lib. iii. de statu defunctorum, Si pater<sup>192</sup> et Cod. lib. iii. de litis contestatione,  
15 Res in iudicio<sup>193</sup>.

3. § *Neque usque sed sola xl annorum curricula religiosis domibus.* Hoc de regularibus canonicis et monachis est intelligendum contra quos non nisi quadragenaria currit prescriptio, ut in Extra. c. Ne religiosorum<sup>194</sup>. Ecclesia uero contra ecclesiam uel laicus contra ecclesiam xxx annorum prescriptione  
20 potest prescribere, ut supra C.e. q.iii. Presulum, Sicut<sup>195</sup>. Apostolicus tamen uidetur dicere quod sola xl annorum prescriptio ecclesia ab ecclesia opponi potest, ut in Extra. c. Licet preter solitum<sup>196</sup>.

## &lt;Q. V (VI)&gt;

§ *Quod uero autem ea que.*

1. *Consuetudo usque competere posse suspicantur.* Et nota quod hic non negatur quin de prediis que constat esse ecclesie prelati hec facere ualeant  
5 que in hoc c. continentur, sed in hiis que alias retinet quia eo ipso cadit accusatio si magna illa signa in agro alterius posuit, ut Cod. lib. ii., de hiis qui potentiorum nomine, l. i.<sup>197</sup>

## &lt;Q. VI&gt;

1. *Placuit usque et alio retinente irruerit.* Hinc collige quod nulli liceat ius sibi dicere et quod cadere debet a causa qui auctoritate sua rem suam

13 ut - 14 et om. Lp      14 iii.<sup>1</sup>] vii. Ba A      pater] presbyter Lr      et -  
15 iudicio] etc. R      16 *Neque] enim add. Ba*      sed] et A      *religiosis]*  
*religionis* Lr Lp      18 Ne om. Lr Lp      religiosorum] religiosum Lp

## &lt;Q. V (VI)&gt;

2 uero om. Lp Ba A P F      autem om. R      que om. Ba      4 quin de  
prediis om. P      de] in Ba A R      constat] constant Lr Lp      6 accusatio]  
a causa Ba A P      7 potentiorum] potiuntur Lr Lp potentiarum A

## &lt;Q. VI&gt;

2 collige] habes Ba A P      liceat] licet A      3 dicere] ut (supra add. P) C. xii. q. v. c. i.  
add. Ba A P      debet] debeat Ba      a causa] actio Lr Lp<sup>ac</sup>      qui] quod Lr

<sup>192</sup>Cod. 7.21.7      <sup>193</sup>Cod. 3.9.1

<sup>194</sup>1 Comp. 2.18.5 (=X -), JL 1482

<sup>195</sup>C.16 q.3 c.2,3

<sup>196</sup>1 Comp. 2.18.6 (=X 2.26.4, De quarta), JL 14091

<sup>197</sup>Cod. 2.14.1

alio retinente accepit, quia afflito non debuit addi afflictio, supra C.ii.  
 5 q.vii. Lator<sup>198</sup>. Paulo tamen Deacline<sup>199</sup> ciuitatis episcopo specialiter fuit  
 indultum quod a causa sua non cecidit cum res suas propria auctoritate  
 accepit, quia afflito non debuit addi afflictio, supra C.ii. q.vii. Lator<sup>200</sup>.  
 Hinc etiam colligitur quod delictum personarum in dampnum ecclesie  
 conuertitur, persone uero unius delictum quod in faciendo consistit non  
 10 debet redundare in dampnum ecclesie, ut in primo sequenti c.<sup>201</sup>, licet  
 delictum unius quod in omittendo consistit imputetur ecclesie, ut supra C.e.  
 q.iii. Placuit<sup>202</sup>.

4. *De lapsis usque pauperrima.* Hoc ideo dicit quia si forte copiosum  
 esset monasterium, secus esset. Vsque *et res lapsorum*. Quid autem si in  
 15 eorum possessione nichil inuenitur? Tunc forte dabit episcopus unde  
 penitentes uiuere possunt uel ipsum monasterium quod pauperes nutrit  
 ipsis necessaria propinabit<sup>203</sup>, nisi paupertas ipsum excuset. Vsque *res*  
*eorum*. De propriis rebus eorum uidetur hoc intelligendum.

5. *Si fortassis.* Et nota quod ad hoc inducitur c. quod delictum persone  
 20 non debet in dampnum ecclesie redundare. Licet enim Leo papa inutilis  
 crederetur esse a Carolo, non tamen ecclesia cui preerat ob hoc minoris erat  
 auctoritatis.

7. *Illud usque in usumfructum.* Nam quoad proprietatem ecclesie res non  
 dantur clericis, ut supra C.xii. q.ii. Vobis<sup>204</sup>. Et inde est quod res ecclesie a  
 25 clericis non possunt prescribi, ut supra C.e. q.iii. Clerici<sup>205</sup>. Vsque *in persona*  
*habeatur districtum*, ut scilicet deponatur uel suspendatur, non in facultate, ut

4 accepit] accipit A quia - 5 Lator *om. P* 5 Deaclino Lr Lp specialiter] spiritualiter Lr Lp 6 proprias Lr Lp 7 accepit] precepit Lr Lp R ] Paulo (5)-accepit (7) repetit R non *om. Lp* supra] ut A 10 ut] usque Lr Lp licet *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* 11 imputetur] tote *add. Lr* 15 possessione] V *add. Lr* bonis Ba R P ] donis A nichil *om. Lr* inuenitur] inueniretur A dabit] eis *add. Ba A P* 16 possunt] possint P 17 excuset] Vt (Vsque A) scilicet (scilicet *om. A*) *subsidia* (*subsidiū A*) (Vt - *subsidia* *om. P*). Hinc habes quod ad quodcumque onus adeundum (adeundi A) debet spectare (et *add. A*) emolumenut, ut Cod. lib. vi. De furtis (militibus Ba<sup>ac</sup>) et seruo corrupto, l. ult., § Nunc (Cod. 6.2.22) (Nunc] Sed cum A ] *om. P*) *add. Ba A P* Vsque] Vt Lr Lp 18 rebus *om. Ba* eorum] episcopi *add. Lr Lp Ba<sup>ac</sup>* 19 ad *om. Lr Lp* ad hoc] hic R inducitur] hoc *add. Ba A R P* quod<sup>2</sup>] quia R 20 debet in *om. Lr* 23 *usumfructum*] *usum F* res *om. Lr* 26 ut] usque Lr Lp non] nam Lr ] si *add. Lp* facultate Lr<sup>ac</sup>

<sup>198</sup>C.2 q.7 c.44    <sup>199</sup>Doclea; cf. Friedberg 1.498 (C.2 q.7 c.43, 44)    <sup>200</sup>C.2 q.7 c.44    <sup>201</sup>C.16 q.6 c.3    <sup>202</sup>C.16 q.3 c.15    <sup>203</sup>Cf. SL C.16 q.6 c. 4 v. *quatinus ipsi*    <sup>204</sup>C.12 q.2 c.23  
<sup>205</sup>C.16 q.3 c.11; cf. SL C.16 q.6 c. 7 v. *in usum*

propter hoc res ecclesiastica quam habet auferatur, non dico ei, sed ecclesie.  
 Vel de illo beneficio potest intelligi quod quis habet, non intuitu beneficii  
 quod auferatur cum officio sed de illo potius quod datum est alicui intuitu  
 30 extrinsece probitatis, quod non est priuandus aliquis, licet officium perdat.

## &lt;Q. VII&gt;

§ *Quod autem.* Sine distinctione est concedendum quod laici ius  
 decimationum habere non possunt; nam cum sit res spiritualis, non  
 nisi a spiritualibus possideri ualet. Fructus enim de communi iure possidere  
 5 non possunt nisi forte specialiter alicui fuerit a summo pontifice indultum.  
 Si quis uero contrariam consuetudinem nobis uelit opponere, sciat quod  
 in hoc opere intendimus ostendere, non quid Rome fiat, sed quid fieri debeat.

4. *Quicumque usque nec peius,* quam ipse Dominus accepit. Non minus  
 quam de decem partibus unam, ut supra C.e. q.i. Decime<sup>206</sup>. Vsque aut de  
 10 negotio. Hic apparent negotiationem esse licitam, que tamen exercetur a laico  
 tempore opportuno et causa inopie<sup>207</sup>.

5. *Omnes decime usque sanctificantur,* idest sancte eius ecclesie et ministris  
 conferuntur. Quidquid enim offertur sanctum sanctorum uocatur, ut supra  
 C.xii. q.ii. Nulli, Indigne<sup>208</sup>. Vsque anathematis uinculo feriantur. Quo soli

27 res ecclesiastica ] rem ecclesiasticam Lr Lp 28 Vel] Sed Ba om. P beneficio ]  
 hoc add. Ba A ] hic add. P quis] uis Lr ius Lp beneficii ] officii  
 A P beneficii - 29 intuitu om. R (omoio) 29 auferatur] auferatur Ba  
 30 extrinsece ] intrinsece Ba quod] quo Ba A R perdat] Vel dicas  
 non in persona sed tantum (tantum]etiam A ] add. P) in facultate add. Ba A P

## &lt;Q. VII&gt;

4 enim ] autem add. A<sup>Pc</sup> 5 possunt] possumus Lp specialiter Lr Lp ]  
 ipsum A 7 Rome om. Ba 8 Quicumque] uerbum add. Lr Lp usque om. Lr Lp  
 10 licitam ] et concessam, ut (supra add. A) di. lxxxviii. Fornicari (c.10). Vsque de uenatione.  
 Hinc similiter colligitur uenationem esse licitam add. Ba A R P 13 offertur] ecclesie add.  
 Ba A R P 14 Nulli] Vsque admoneantur. Semper enim fere (fere om. Ba<sup>Pc</sup>) trina admonitio  
 debet uindictam precedere etiam in horrendis criminibus, ut (supra add. R) C.xii. q.ii. Nulli  
 (c.3) add. Ba A R P

<sup>206</sup>C.16 q.1 c.66

<sup>207</sup>Cf. SL C.16 q.7 c.4

<sup>208</sup>C.12 q.2 c.3, 21

15 contumaces sunt feriendi, ut supra C.xi. q.iii. Nullus<sup>209</sup>.

9. *Et hec usque et primum.* Et nota quod Origenes hoc dicit exponens illum locum euangeli 'uos fecistis domum Patris mei domum fornicationis etc.'<sup>210</sup> Et hic subaudias et incipias ibi, 'et primum quidem', et procedas usque 'nunc'. Demum legas pretermissa et sic constructionem ordinabis. Vsque 20 que utilitas etc. idest quam utilitatem consecuta est ecclesia et quid prefuisse uidetur dum pro eius redemptione 'meum sanguinem fudi cum omnes sicut ante uideantur esse peruersi'<sup>211</sup>. Vsque in corruptionem, idest in flagella et uerba ne obuiet illud 'non dabis sanctum tuum uidere corruptionem'<sup>212</sup>, idest putrefactionem. Vsque ue michi. More humano hic de Deo Osee 25 loquitur.

10. *Omnes usque in episcopi potestate.* Hoc uerum est generaliter nisi ecclesie aliquae speciali priuilegio ab episcoporum sint potestate exemptae.

11. *Nullus usque sine consensu episcopi alicui tribuat.* Si uero ecclesia pastore uacaret cum consensu clericorum forte hec possunt facere prediche persone 30 ut potest intelligi, supra C.xii q.ii. Hoc huius<sup>213</sup>.

12. *Si quis deinceps.* Hoc ideo dicit quia ante quibusdam fuerat concessum ut supra d.lxiii. Adrianus<sup>214</sup>.

13. *Quoniam usque de manu imperatoris,* d. lxiii. Salonitane<sup>215</sup>, contra.

15 Nullus] (7.) *Decimas usque redimantur.* Sicut enim prohibitum est decimas redimere ut hic et supra, C.i.q.iii. Quod sint (Quesitum (c.4) A P), ita et ordines uel beneficia redimere est simoniacum, ut (supra add. A P) C.i. q.i. Nullus (c.118) et C.vii. (q.i. add. A P) Sancitum (c.33) (Sancitum om. P). Vel hic non (decimarum add. P) redemptio prohibetur sed eorum retentio (non-retentio] decimarum redemptio A) interdicitur add. Ba A P 16 et ] ad R 16–17 illum locum ] illud R 17 euangeli] euangelico ] Lr Lp ] euangelicum R fornicationis etc.] negotiationis Ba 18 procedas] procede Lp ] tamen add. R usque om. Lr Lp 19 nunc] autem add. Ba A R P Demum] Deinde Lr Lp P 20 consecuta] secura Ba quid] ei add. Ba A R P 21 redempzione meum] redempcionis in eum Lr Lp sanguinem] sanguine Lr 22 ante om. Lr Lp esse om. Ba corruptionem] corruptione A 23 corruptionem] idest putrefactionem add. A 24 hic om. Lp Osee om. Ba La R P 27 ecclesie om. R aliique] aliquo Lp R 28 ecclesia] alicui add. Lr Lp 29 clericorum] cleri A hec possunt] hoc possent A 30 intelligi] colligi Ba A huius] ius Ba 32 d.lxiii. Adrianus om. Lr Lp R 33 Quoniam - imperatoris om. Lr Lp R d. lxiii. ] supra *praem.* A

<sup>209</sup>C.11 q.3 c.42      <sup>210</sup>Cf. Origène : Commentaire sur saint Jean. T. 2, Livres VI et X, Paris, 1970 (Sources chrétiennes ; no 157) pp. 454-517 et Io. 2,14-17      <sup>211</sup>Eph 1,7; cf. SL C.16 q.7 c.9 v. *Et hec, Que utilitas*      <sup>212</sup>Ps 30,10      <sup>213</sup>C.12 q.2 c.38; cf. SL C.16 q.7 c.11 v. *Nullus usque tribuat* (in medio)      <sup>214</sup>D.63 c.2; cf. SL C.16 q.7 c.12 v. *deinceps*      <sup>215</sup>D.63 c.24

35 Solutio: ea que auctoritate principis ab aliquo illicite committuntur aut tangent generalem statum ecclesie et contra Deum committuntur. In primis non excusat maioris auctoritas, ut hic. In secundo prodest ut ibi. Et hec distinctio in fine illius capituli potest colligi, infra C.xxiii. q.iii. Si hiis<sup>216</sup>. Vel Salonian specialiter fuit indultum.

40 15. *Sane usque discesserunt.* Hic enim excommunicando concilium factus est hereticus. Vnde etiam ante cause cognitionem potuerunt subditi ab eius obedientia recedere, ut supra d.xxi. c.ult.<sup>217</sup> Nec commiserunt contra illud statutum quod est supra C.viii. q.iii. c.i.<sup>218</sup>

45 19. *Sicut enim usque et ecclesie ipse etc.* Non enim debent celebrari diuina officia in talibus ecclesiis donec que mala facta sunt corrigantur, ut infra e. q. Si plures<sup>219</sup> et C.xxv. q.ii. Ita nos<sup>220</sup>; nec clerici earum ibi uel alibi potuerunt celebrare diuina si sunt in culpa; si uero non, alibi celebrare possunt, ibi uero nequaquam<sup>221</sup>.

50 22. *In nona usque nec professione discrepant nec habitu.* Hinc uolunt quidam colligere monachum album non posse uel debere recipi in monasterio eorum qui nigris uestibus induuntur et econuerso, ne aliquem talium monasterio aliorum debere prefici, cum debeat quisque conuenire in omnibus moribus eorum inter quos uixit, ne uideatur intemperans uel superstiosus, ut supra d.xli. Quisquis<sup>222</sup>.

55 26. *Pie mentis.* Ab hoc c. usque ad finem fere questionis de iurepatronatus Magister tractatum interserit de quo, licet multa inueniantur in summa,

34 aut - 35 committuntur *om. R* (*omoio.*) 35 generalem] generaliter **B** **A** committuntur] aut dignitatem personae offendunt *add. Ba A Rp<sup>c</sup> (in margine) P* 36 hec] hic est **Lr** 37 in] ex **A** capituli] poni *add. Lp* colligi] intelligi **Lr Lp** 38 indultum] Et nota quod inuestituram regalium a laico possunt accipere clerici sed non spiritualium *add. Ba A P* 40 hereticus] heresiarcha **Ba** cause cognitionem] omnem penitentiam **Lr Lp<sup>aC</sup>** 41 obedientia] potentia **Lr** 42 iii. c. *om. Lr Lp* c.i.] Et hinc habes quod in rebus licitis liceat potest commoratio (coniuratio **A**) interponi, contra in (in) supra **A** C. xi. q.i. Si quis (c.45) (*et add. A*) C.xxv. q. ult. Ita (Ita) Ea **A** nos (q.2 c.25) (C.xxv. - nos *om. P*) *add. Ba A P* 43 usque - enim *om. Lp* etc. *om. A* Non] Cum **Lr** 44 ut *om. A* 45 plures] C. xi. q.i. Si quis (c.45) *add. Ba* et - nos *om. A* 49 uel] nec **A** recipi *om. Lp* 50 econuerso] ne aliquem talium monasterio eorum qui nigris uestibus induuntur (*repetit*) **Lp** ne] nec **A** 51 moribus *om. Lr Lp<sup>aC</sup>* 52 uixit] uiuit **A** 53 Quisquis] et propter eandem considerationem nec regularis canonicus potest fieri monachus *add. Ba A P*

<sup>216</sup>C.23 q.4 c.28; cf. SL C.16 q.7 c. 13      <sup>217</sup>D.21 c.9      <sup>218</sup>C.8 q.4 c.1; cf. SL C.16 q.7 c. 15 v  
*Sane usque discesserunt*      <sup>219</sup>C.16 q.7 c.36      <sup>220</sup>C.25 q.2 c.25      <sup>221</sup>Cf. SL C.16 q.7 c.19  
<sup>222</sup>D.41 c.1

possumus tamen multa proponere de quibus antiquitas nichil expressit. Vnde primo queritur an iuspatronatus sit spirituale uel corporale et quid, si spirituale est, non est successorum, nec ergo ad heredes sanguinis potest transire ut dicitur, infra e. q. Filiis<sup>223</sup>, cum spiritualia nec transeant, ut supra C.viii. q.i. Apostolica<sup>224</sup>. Item si est corporale, ergo ad quoslibet heredes transire potest. Ad hoc quidam dixerunt iuspatronatus esse ius mixtum. Vnde quia spirituale est, non transit ad heredes extraneos. Quia uero corporale est, ad sanguinis heredes transire potest. Sed melius est quod dicamus quod iuspatronatus est ius spirituale. Vnde de communi iure ad nullos heredes transire potest. De gratia tamen canonum et benignitate conceditur ut possit ad sanguinis heredes transire. Inde est quod etiam ipsum ius gratia appellatur, ut supra C.e. q.v. c.i.<sup>225</sup> Inde est quod sine metu simoniaci criminis uendi non potest, ut infra e. q. Nemini<sup>226</sup>. Item queritur cum plures sint patroni alicuius ecclesie, an equaliter an inequaliter habeant ius patronatus. Et credimus quod, cum sit res incorporea, diuisionem non patitur sed totum est in singulis et a singulis in solidum habeatur. Item cum iuspatronatus per ditationem seu locupletationem acquiratur, ut infra e. q. Filiis<sup>227</sup>, queritur an quicunque aliquid dat ecclesie, puta quadraginta uel centum solidos, an per locupletationem iuspatronatus acquisisse. Et dicimus, licet in canonibus non inueniatur expressum quantum quis dare debeat ad hoc ut per ditationem iuspatronatus sibi acquisisse dicatur, tamen credimus quod non quelibet datio patronum constituit dantem. Vnde adhereas illi uerbo 'ditauerint' et patebit tibi solutio questionis. Item queritur de eo qui iuspatronatus habet in aliquam ecclesiam, qui tamen necessitate uel alia de causa mutatur in aliud locum, in qua istarum

---

56 multa] quedam **B** **A** **P** nichil] non **B** **a** 57 quid] enim **B** **a**] quidem **L** **p** **A** 58 est] ergo add. **P** successorum] successorum **L** **r** **L**<sup>ac</sup> 59 transeant] ad heredes add. **B** **a** **A** **R** **P** 61 heredes] sanguinis add. **A** 63 potest - 65 transire *om.* **R** 64 quod<sup>1</sup>] ut **B** **a** **A** **P** 66 possit *om.* **B** **a** transire] transeat **B** **a** Inde - 67 appellatur *om.* **L**<sup>ac</sup> (*omoio.*) est *om.* **R** 67 est] etiam add. **B** **a** **R** **P** 68 Nemini] Est tamen spirituale mixtum, nam si merum (uerum **A**) esset non posset laicis de iure concedi (credi **A**) add. **B** **a** **P** 69 alicuius] unius **A** ecclesie *om.* **L** **r** **L**<sup>ac</sup>] ecclesiis **R** 74 iuspatronatus] dicatur *praem.* **B** **a** acquisisse] acquisiserit **L** **r** **L**<sup>ac</sup>] acquisiuit **R** 75 dicimus] quod add. **B** **a** **P** 77 constituit] constituat **R** dantem] Sed si quis tantum dederit unde clerici possint sustentari add. **L**<sup>pc</sup> **B**<sup>pc</sup> **R** 78 questionis] Tunc autem ditare intelligitur cum tantum assignat ecclesie unde et (et *om.* **A**) luminaria (emi add. **A** **P**) et clericis necessaria possint subministrari, (ut add. **A**, supra add. **A** **P**) C.i. q.ii. c.i add. **B** **a** **P** 79 qui] que **L** **r** **L**<sup>ac</sup> aliquam ecclesiam] aliqua ecclesia **A** 80 mutatur] mittatur **A**

---

<sup>223</sup>C.16 q.7 c.31

<sup>224</sup>C.8 q.1 c.7

<sup>225</sup>C.16 q.5 c.1

<sup>226</sup>C.16 q.7 c.40

<sup>227</sup>C.16 q.7 c.31

ecclesiarum iste dicatur iuspatronatus habere, an in noua uel in ueteri. Et credimus quod si per ditationem iuspatronatus acquisierit cum diuitie sequuntur nouam ecclesiam et ius patronatus per diuitias acquisitum nouam ecclesiam comitatur. Secus esset forte si per constructionem uel 85 possessionem iuspatronatus acquisiuisset. Item queritur an ius patronatus sine consensu episcopi patronus possit religioso loco concedere, quod apostolicus approbare uidetur in Extra. Quamuis simus<sup>228</sup>. Vtrum autem qui concedit omnia sua alicui uel uendit, donare uel uendere iuspatronatus uideatur, is inquirat quem mundi labor exagitat<sup>229</sup>. Vsque *collata prius donatione*, dotis sollempniter facta, ut supra C.i. q.ii. c.i.<sup>230</sup> Vsque *processionis aditus*, idest ius patronatus; dicitur enim multis modis iuspatronatus, ut infra e.q. Nemini<sup>231</sup>; gratia, ut supra C.e. q.v. c.i.<sup>232</sup> et *processionis aditus*, ut hic. Vsque *qui omni christiano*, patrono debetur. 'Christiano' uero 90 ideo dicit quia paganus iuspatronatus in ecclesia habere non potest et eo ipso uidetur amittere qui in heresim labitur. Vel 'processionis aditus', ideo ius patronatus appellatur quia in quibusdam ecclesiis patronus iuxta prelatum 95 in processione consuevit ire.

30. *Quicumque usque de facultatibus aliquid suis*, quasi magnum quid. Non enim pro qualibet donatione quis potest iuspatronatus acquirere<sup>233</sup>.
- 100 31. *Filiis usque quod aut nulla operatio*, idest aut si agat patronus ut omnino nullo modo ecclesie operando ecclesie noceat aut, si omnino abstinere non uult, quin aliquid de rebus ecclesie accipiat, saltem assumat multam uel

---

82 acquisierit] acquisiuit **R P** 83 et ius - 84 ecclesiam *om.* **Lr Lp** (*omoio.*) 84 esset] erat **A** 86 loco] episcopo **Lp**] laico **A** 87 approbare uidetur] uidetur concedere et approbatur ab eo **Lp** 88 qui] quod **Lr Lp** 89 *prius*] *primitus F* 90 *donatione*] idest ante dedicationem donatio est (donatio est] donatione **A P**) *add.* **Ba A P** dotis *om.* **R** Vsque] *quod add.* **A** 91 enim *om.* **Ba** modis] scilicet *add.* **Lr Lp** 93 *christiano*] scilicet *add.* **A P** 95 qui] quod **A** ius *om.* **Lr Lp P** 96 patronatus] patronus **Lr Lp** 97 consuevit ire] appellatur **Lp** 99 acquirere] Si uero ecclesia patronum ad inopiam urgentem alere contempserit, per maiorem est compellenda. Necessaria autem non ad uoluptatem sed quoad uite et anime necessaria propinabit, scilicet habita ratione ne egeat, si etiam culpa sua patronus ad hanc inopiam deuenisset, ut di. lxxxvi. Non satis (c.14) *add.* **Ba A** 100 *nulla*] *nullam F* si] sic **Ba A R P** patronus] sacerdos **A** omnino *om.* **A** ] animo **R** 101 ecclesie<sup>1</sup> *om.* **A P** ecclesie<sup>2</sup>] esse **Lp** 102 quin] ut **A** aliquid *om.* **Lp** ecclesie] non *add.* **Lr Lp P** assumat *om.* **Lp**] non *praem.* **Ba<sup>Pc</sup> R**

---

<sup>228</sup>1 Comp. 1.21.7 (= X 1.29.6), JL 14156      <sup>229</sup>Cf. D.34 c.17 n.476; D.74 (75) c.7 n.778; C5 q.2 c.2 n. 8; C.11 q.3 c.7 n. 119, C.12 q.2 c.65 n.114; C. 16 q.7 c.26 n. 229; C.31q. 1. c.8 n.8; C.33 q.1 c.4 nn. 15,16.      <sup>230</sup>C.1 q.2 c.1      <sup>231</sup>C.16 q.7 c.40      <sup>232</sup>C.16 q.5 c.1      <sup>233</sup>Cf. SL C.16 q.7 c. 30 v. *Quicumque usque aliquid*

105 aliquam partem salutaris mercedis, idest oblationis que pro mercede et  
salute confertur ecclesie. Multam uero partem forte potest accipere cum ipse  
multum ditauit ecclesiam cum parum ecclesie contulit<sup>234</sup>.

32. *Decreuimus usque quos ipsi fundatores.* Hic queritur si aliquis qui  
patronus esse credebatur representauit aliquem episcopo et eum episcopus  
instituit in ecclesia et postea aliis iuspatronatus illius ecclesie emerit, an  
clericus a primo representatus possit de ecclesia amoueri. Et dicimus quod  
110 non debet clericus de ecclesia remoueri si tempore sue presentationis ille  
qui eum presentauit iuspatronatus ecclesie possidebat. Si uero tunc non  
possidebat iuspatronatus sed tantummodo credebatur esse patronus cum  
non esset nec possessionem patronatus haberet, secundum consuetudinem  
115 prouincie poterit iudex procedere ut in Extra. c. Consultationibus<sup>235</sup>. Vsque  
*ordinari*, ab eodem presumptore episcopo uel ab alio, et hoc fiet auctoritate  
canonis in odium episcopi<sup>236</sup>.

33. *Monasterium*, idest ecclesiam, secundum uulgare Francorum<sup>237</sup>. Vsque  
eo *inuitio*. Sic ergo uidetur innui quod si quis uoluerit, poterit iuri patronatus  
abrenuntiare. Vsque *ne malus existat*. Hinc collige causam quare episcopo  
120 debet presbiter a patrono representari, ne malum possit patronus eligere.  
Vnde si bonum uult patronus non potest ei contradicere episcopus, nisi in

104 confertur ] offertur A uero ] non Ba<sup>pc</sup> forte om. A 105 ecclesiam ] paruam add.  
Ba<sup>pc</sup> A P cum ] et Lp 108 emerit] euicerit Ba A R ] deuicerit P 110 debet] debeat  
A presentationis] representationis Lp 111 presentauit] presentabat Ba ecclesie  
om. Ba 112 sed] si Lr sed - patronatus om. Lp 114 poterit] potest A iudex]  
iudicare et Lr Lp Consultationibus om. Lr Lp A P ] De cetero Ba R 116 episcopi]  
Si uero spreto patrono episcopus aliquem elegerit, an (an om. A) auctoritate propria patroni  
eum expellere possint queritur et tutius esse uidetur ne hoc (ne hoc] ut non A) sibi ius (ne -  
ius om. P) dicant sed auctoritate maioris hoc faciant. Si uero plures patroni discordant obtinet  
sententia plurimorum, ut (supra add. A P) di. lxv. c.i. Si uero equales fuerunt hinc inde partes,  
tunc episcopus se interponet ut ille preferatur ceteris qui maioribus iuuatur meritis, ut (supra  
add. A) di. lxiii. c. ult. (c.36) Et nota quod in capella electio tantum (tantum] tota A P) pertinet  
ad patronos (patronum A). In collegiatis uero ecclesiis pertinet ad collegium. Patronus tamen  
esse debet (unus add. A) de elegantibus, ut (infra add. A) C.xviii. q.ii. Abbatem (c.2) add. Ba  
A P 117 ecclesiam] sic dictum add. Ba A R P 118 uidetur] hic add. Lp Ba A R P  
120 ne] scilicet *praem.* Ba A P patronus] eligere add. Ba A P

<sup>234</sup>Cf. SL C.16 q.7 c.31 v. *assumat ... mercedis* <sup>235</sup>1 Comp. 3.33.23 (=X 3.24.4), JL 12636

<sup>236</sup>Cf. SL C.16 q.7 c.32 v. *ordinari* <sup>237</sup>Cf. infra C.18 q. 2 p.c.9 n.19. Lex Francorum, saec.  
VII., cf. Lex Ribuaria et Lex Francorum Chamavorum. Ex Monumentis Germaniae Historicis  
recusae, ed. Rudolphus Sohm, Hahn Hannoverae 1883, 112 - 123, cf. Lex Salica.

personam electi aliquid uelit obicere, ut d.xxiiii. c.i.<sup>238</sup>, d.lv. De persona<sup>239</sup>, supra C.e. q.v. c.i.<sup>240</sup>, d.l. Postquam<sup>241</sup>.

125 36. *Si plures heredes, quorum scilicet quilibet habet iuspatronatus in solidum.* Vsque de *communi ecclesia*, idest de ecclesia in qua communiter habent iuspatronatus. Vsque et unde uiuat. Per hoc uidetur quod de non consecrata ecclesia loquitur cum omnis ecclesia cui sollempnitas dedicationis accessit dotem habeat unde debent clerici sustentari, ut supra C.i. q.ii. c.i.<sup>242</sup> Si uero patroni ira commoti noluerint in unum presbiterum 130 consentire, sed plures uolunt in ecclesia statuere sacerdotes qui alternatis uicibus in ecclesia diuina celebrent, non sunt ab episcopo permittendi, sed communi consensu unum eligant uel plures si eius facultas hoc fieri patiatur, ut supra C.vii. q.i. Illud<sup>243</sup> et Bur. lib.iii., ex concilio Mediolanensi, c. Prelatum est<sup>244</sup>.

135 37. *Laici usque consensu suorum episcoporum.* Hoc uerum est generaliter nisi cum episcopi fundatoribus spretis sacerdotes in ecclesiis constituunt, ut e. q. Decreuiimus<sup>245</sup>.

140 40. *Nemini regum.* Lege sic capitulum : nemini regum liceat tradere monasterium, in quo, subaudi, habet iuspatronatus; *cuiquam hominum*, scilicet qui non sunt heredes sanguinis; *tradere*, dico, *in proprium ius*, idest ita ut iuspatronatus quod ibi habet in aliud transferat. Vel *nemini regum aut cuiquam hominum liceat*, ut primo dictum est. Item nemini regum aut cuiquam homini liceat ius quod habet in sua ecclesia tradere nisi ad aliud monasterium. Vel *commutare nisi cum alio monasterio*, ut monasterii nomine 145 quelibet ecclesia intelligatur. Et hoc ideo dicit quia priuatus cum priuato, sicut quibusdam placet, non potest iuspatronatus commutare. Vsque uel

122 obicere] dicere Ba ut] arg. add. A 125 idest de ecclesia om. Ba R 126 uiuat] iuuat A 129 unum] eum Lp 130 in ecclesia om. Ba ] ea P 132 sed] uel add. Ba A P eius] ecclesie Ba A R P 133 concilio] con. A Mediolanensi] Medio. matricis Lr A 134 est om. Ba La R 136 spretis] sumptis Lr constituant] instituunt Ba A R P ut] supra add. A 138 Lege - regum om. Lp capitulum] hoc praem. Ba 139 cuiquam - 141 transferat om. Lp (omoio.) 140 scilicet om. Ba A sunt heredes] sit heres A P 142 est] Et add. A R P Item] tunc R aut - 143 homini om. Lp Ba A R P 143 ius] patronatus add. A<sup>ac</sup> R 144 Vel om. Ba Vel - monasterii om. Lp 146 iuspatronatus] quelibet ius uendere uel add. Lp Vsque - 147 uendere om. Lp

<sup>238</sup>D.24 c.1      <sup>239</sup>D.65 c.4      <sup>240</sup>C.16 q.5 c.1      <sup>241</sup>D.50 c.11      <sup>242</sup>C.1 q.2 c.1; cf. SL C.16 q.7 c. 36 v. *Si plures heredes, communi ecclesia, unde uiuat*      <sup>243</sup>C.7 q.1 c.15      <sup>244</sup>Bur. 3.42; PL 140.680      <sup>245</sup>C.16 q.7 c.32; cf. SL C.16 q.7 c. 37 v. *consensu episcoporum*

*quocumque commento uendere.* Istud regulare est quod ius patronatus nemini uendi potest quia, cum sit spirituale, simonie notaretur crimine quisquis illum presumeret illicita uenditione distrahere.

---

147 *commento*] questioni **Lr**      quod ] est *add.* **A**      ius - 148 quia *om.* **Lp**      149 illum ]  
illud **A P**      uenditione] uenditione **Lp Ba A P**

## &lt;CAVSA XVII&gt;

*Quidam presbiter etc.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem.*

1. *Sunt quedam*, scilicet ut diabolo abrenuntiare et hiis similia. Vnde hinc habes quod infideles non excusantur de infidelitatis crimine cum non uouentes etiam teneantur diabolo et omnibus pompis eius abrenuntiare.
  - 5 *Vsque quedam etiam sunt*, ut scilicet uirginitatem promittere et hec que sunt res uoti non precepti, ut infra C.xxi. q.i. *Integritas*<sup>1</sup>. Vsque *non debemus*. Apostolus enim dicit de uirginibus: 'preceptum Domini non habeo'<sup>2</sup>.
  2. *Vouentibus*. Subaudi sollempniter. Vsque *sed etiam uelle*. Nam non solum factum sed etiam nubendi uoluntas post factum uotum sollempne uidetur esse peccatum mortale.
  - 10 4. *Qui bona usque deliberant*. Et nota quod uotum secundum triplicem sui processum triplex sortitur denominationis uocabulum. Primo namque dicitur deliberatio, cuius fractio leuissimum est peccatum, quia potest homo deliberata non facere et etiam in bonis operibus permanere, ut hic: 'tandem accedit ad cor altum et qui primo quasi tepide se deliberauerat esse facturum firmiter proponit in animo et dicitur propositum', ut infra C.e. q.ii. Nos nouimus<sup>3</sup>, cuius propositi uiolatio ueniale peccatum est, sed grauius quia inter mortalia peccata est differentia. Alia enim sunt lignum,
  - 15 20 alia fenum, alia stipula, sicut dicit Apostolus<sup>4</sup>. Et istud quidem impedit matrimonium contrahendum sed non dirimit iam contractum, ut infra e.
- 

## &lt;Q. I&gt;

2 *autem om. F*    3 *abrenuntiare*] renuntiare A    *hiis*] huius **B** *a* *om. A*    *Vnde om.*  
**A**    4 *de*] ab A    6 *quedam*] *que* F    *hec om. B* *a* *] huiusmodi A P* *] his similia R*  
*8 Domini om. A*    13 *triplex*] *tripliciter B* *a* *P*    *namque*] *enim R*    14 *quia om.*  
*R*    15 *etiam om. A R P*    *operibus*] *prioribus A R*    16 *accedit*] *homo add. B* *a* *P*  
*qui*] *quidem A* *] quod in R*    *deliberauerat*] *cogitauerat B* *a*    17 *esse*] *se add. B* *a* *om.*  
*R*    *proponit*] *promittit A*    18 *propositi*] *propositae L* *r*    *uiolatio om. L* *r* *] fractio R*  
*19 quia*] *sicut add. B* *a* *R P*    *differentia*] *ita inter uenialia add. B* *a* *R P*    20 *alia*<sup>1,2,3</sup>]  
*aliud B* *a*    *dicit*] *ait R*    21 *infra - 22 c.*] *in eodem A*

---

<sup>1</sup>C.32 q.1 c.13; cf SL C.17 q.1 c.1 v. *Sunt quedam, quedam etiam*    <sup>2</sup>1 Cor 7,25    <sup>3</sup>C.17 q.2 c.2

<sup>4</sup>1 Cor 3,12

c.<sup>5</sup> et d.xxvii. Si uir<sup>6</sup>. Tandem quia magis ac magis priuata uita placere incipit pactum<sup>1</sup> et sanctum otium complacere, pactum<sup>2</sup> quod primo homo nude cum Deo pepigerat interpositis sollempnitatibus uestit et dicitur 25 uotum cuius fractio impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum, ut infra C.xxvii. q.i. per totum<sup>7</sup>. Vsque ceciderint ex deliberatione, idest non habebunt premium quod ex deliberatione operis meruerunt uel non habebunt meritum quod essent habituri etsi deliberata perficerent.

## &lt;Q. II&gt;

1. *Consaldus usque feroire.* Per hoc intelligitur quod non fuerat sane mentis; nam si eo tempore promitteret se monachum esse futurum cum non erat mente captus, teneretur implere quod promisit, ut in Inst. lib.ii. 5 tit. quibus non est permisum facere testamentum<sup>8</sup>, e. lib. iii. de emptione et uenditione<sup>9</sup>. Vsque refutauit in manu aduocati. Vnde non debuit ei facere preiudicium cum non refutauerit in manu eius cui debuit abrenuntiare, ut supra C.vii. q.i. Denique<sup>10</sup>. Si uero quis coram episcopo se ad religionem promiserit conuolare, si tamen non suscepert habitum, non est cogendus in 10 uoto procedere nec matrimonium contrahere prohibetur, si alias reperitur idoneus, ut in Extra. c. Meminimus<sup>11</sup> et c. Super eo quod<sup>12</sup>. Vsque mox. Ideo hoc dicit quia si longo tempore post in monasterio moram fecisset, quia interdum mora trahit ad se periculum, fiet ei ex mora preiudicium, ut infra C.xxvii q.i. c.ii.<sup>13</sup>

22 uir] uiuet Lr Lp<sup>ac</sup> 23 pactum<sup>1</sup> om. Ba A R P pactum<sup>2</sup> om. Lr Lp  
25 fractio] status Ba 26 ceciderint] ceciderunt F 27 operis] pii praem. Ba A  
R P 28 perficerent] Cadere enim dicitur non solum qui mortaliter sed etiam qui  
uenialiter peccat. Vnde iustus septies cadit in die (in die om. A) (Cf. Pr 19,16) add. Ba A P

## &lt;Q. II&gt;

2 fuerat] fuit Lp] fuerit A 3 esse om. A 4 erat] esset A 5 testamentum] ut  
c. add. A iii.] ivii. A 6 uenditione] Emptionem add. Ba<sup>ac</sup> A P non om. Lr  
8 vii.] ix. Lr Lp] vi. A q.i.] q.ii Lr q.iii. Lp 11 ut] infra add. A 13 fieret A  
ex] ea Ba mora] rapta add. Lp preiudicium] rapit iudicium Lr 14 c.ii.]  
Ideo autem non tenebatur iste in monasterio perdurare quia et mente captus promisit et  
(quia add. A) uotum fecit priuatum (priuatus A) post quod si esset laicus non impediretur  
matrimonium de iure contrahere ut in Extra. Meminimus nos (nos om. Ba) (1 Comp. 4.6.6 - X  
3.31.9) add. Ba A P

<sup>5</sup>C.17 q.1 c.4 <sup>6</sup>D.27 c.3 <sup>7</sup>C.27 q.1 <sup>8</sup>Inst. 2.12 <sup>9</sup>Inst. 3.23; cf. Cod. 4.38 <sup>10</sup>C.7  
q.1 c.9 <sup>11</sup>1 Comp. 4.6.6 (=X 4.6.3), JL 13162 <sup>12</sup>1 Comp. 3.27.9 (=X 3.31.9), JL 13946  
<sup>13</sup>C.27 q.1 c.2; cf. SL C.17 q.2 c.1 v. feroire, in manu aduocati, mox

15 2. *Nos nouimus.* Sed utrum de sollempni uoto uel de simplici hoc intelligatur, queritur. Et dicunt quidam quod de sollempni propter hoc quod dicitur 'nouimus' et 'testes sumus', scilicet quoniam post tale uotum matrimonium contraxerat iste, relinquitur quod de simplici uoto hic agitur, quod etsi impedit matrimonium, non tamen dirimit iam contractum, ut hic, nec obstat quod dicit 'nouimus' et 'testes sumus'; nam sicut sollempne priuate, ita simplex uotum publice fieri potest. Vsque *nauigasti*. Et nota quod coniugati nauigantibus comparantur. Sicut enim nauigantes propter instantia pericula et urgentes procellas anxiantur et dolent, ita coniugati dicuntur ab Apostolo habere carnis sollicitudinem  
 20 pro inueniendis necessariis sibi et familie<sup>14</sup>. Vsque *Tubanis*, idest in loco illo ut Aurelianis, ut infra C.xxi. q.iii. § i.<sup>15</sup> Vel *Tubanis*, idest hominibus illius ciuitatis. Vsque *cuius sine consensu continenter tibi uiuere non licet*. Hinc collige quod si quis uoto continentie se adstrinxit uel quod limina sepulchri uisitaret et antequam uotum adimpleret uxorem duxit, non potest illud sine uxoris uoluntate adimplere.  
 25  
 30

3. *Si quis usque aut liber*, ut filius minor qui etsi liber, nichil tamen distat a seruo cum sit dominus omnium.

### <Q. III>

§ *Queritur utrum.*

4. *Sacrilegium*, quid sit sacrilegium, quot modis committatur et que sit pena sacrilegorum, ut infra q. inuenies, c. Quisquis et c. Si quis<sup>16</sup>.

15 Sed *om. R* de<sup>2</sup> *om. Lr Lp* 16 de *om. Lr* 17 dicitur] dicimus *Lr Lp* scilicet] sed *Ba A R P* 18 contraxerat] contraxit *Ba* iste] contraxerat *repetit Lr* relinquitur] ergo add. *Lp* quod *om. Lr* 19 etsi] si *Lp*] etiam si *A* impedit] impediunt *Lr*] impedit *Lp* non *om. Lr* 20 dicit] hic *Lp* 21 sicut *om. Lr Lp* priuate] priuato *Lr*] uotum et priuatum *Lp* uotum] uouere *Lp om. P* fieri *om. Lr Lp* 23 anxiantur] anxietates *Lr Lp* 25 in *om. Ba* 26 infra *om. A* 27 ciuitatis] ut Pisanis add. *Ba A R P* sine *om. A* continententer] continentur *Lr Lp* 28 uel *om. Lr Lp* 31 etsi liber] et sit *Lr Lp*  
 <Q. III>  
 4 ut *om. Ba A R* infra] e. add. *Ba A*

<sup>14</sup>1 Cor. 7,28; cf. SL C.17 q.2 c.2 v. *nauigasti*, *Tubanis*, *consensu*  
 q.4 c.21, 22

<sup>15</sup>C.23 q.3 p.c.1

<sup>16</sup>C.17

- 5    6. § *Sicut antiquitus usque nisi publicus latro*, uel sacrilegus qui non gaudet priuilegio ecclesie quam non metuit uiolare, ut infra e. q. Frater<sup>17</sup> et in Extra. c. Cum sacrosancta<sup>18</sup>. Publicus autem latro ille dicitur qui militum uel priuatorum agros nocturnus populator aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsedit<sup>19</sup>, ut Cod. lib.iii. quando licet sine iudice, l.i. et ii.<sup>20</sup>
- 10    19. *Nullus usque si qui uero clerici in mutuam cedem proruperint*. Quod hic uidetur innui, quia si clericus clericum uerberat potest ab episcopo absolutionis remedium accipere. Quod tamen uidetur sanctorum canonum constitutionibus obuiare cum sacrilegi non nisi a summo pontifice possint absolui, ut infra e. q. Si quis suadente diabolo<sup>21</sup>. Vt autem rei ueritas luce 15 clarius innotescat et nullus possit in animo legentium circa presentem articulum dubius scrupulus remanere, ostendere uolumus quando sit sacrilegus et ad Romanam sedem mittendus et quando non, qui in clericum manus init uiolentas. De hiis autem sic tenet Romana ecclesia quod si clerici infra puberes annos se ad inuicem aut unus alterum percuesserit, 20 non sunt ad apostolicam sedem mittendi quia etas excusat, nec etiam clerici si sunt plene etatis et non de odio uel inuidia uel indignatione sed leuitate iocosa se ad inuicem percutere contingat neque magister si scolarem clericum intuitu discipline uel correctionis percuesserit, quia non potest in ipsis uiolente manus injectio denotari. Ceterum si ex odio scolares uel 25 clerici se percuesserint, pro sua absolutione debent ad apostolicam sedem ire. Monachi uero et canonici regulares quocumque modo se percuesserint in claustro non sunt ad eandem sedem mittendi, sed secundum prouidentiam et discretionem sui abbatis discipline subdantur et si discretio abbatis sui non sufficit ad eorum correctionem, diocesani episcopi prouidentia est adhibenda. Si quis uero alicuius potestatis ostiarius sub pretextu officii

5 § *Sicut om. Lr Lp R*    6 quam] qui Lr] quod Lp    7 autem om. Ba    8 populator] uiolator Ba] intrauerit add. Ba A R P    9 obsedit] obsederit Ba A P    quando] quod Lr Lp    licet] liceat A    l.i. et ii.] l.iii. R] Sed an auctoritate propria quisque possit 13 talem abstrahere de ecclesia queritur. Quod credimus esse dicendum pro eo quod auctoritate propria licet cuilibet tales punire add. Ba A P    10 cedem] procedere Lr Lp    proruperint] irrumpunt Lr Lp R    Quod om. A R P    11 hic] Hinc R    quia] quod A P 14 diabolo om. Ba A P    16 dubius] dubietatis Ba A R P    20 etas] eos add. Ba A P    21 plene] penes Lr Lp    indignatione] 23 uel] per A    24 scolares] uel *praem.* A 25 se] sese A    26–27 in claustro om. P    28 et discretionem om. Ba R    30 pretextu] textu Lr Lp

<sup>17</sup>C.17 q.4 c.10  
*latro* (in principio)

<sup>18</sup>1 Comp. 2.20.5 (=X 2.28.5), JL 12020  
<sup>20</sup>Cod. 3.27.1,2

<sup>19</sup>Cf. SL C.17 q.4 c.6 v. *publicus*

<sup>21</sup>C.17 q.4 c.29

sui malignatus clericum leserit, ab episcopo suo potest solui, nisi forte eundem clericum grauiter uulnerauerit. Officialis pro iniectione manuum in clericum non potest sine mandato summi pontificis absolutionis beneficium promereri, quia nulli laico super clericum tanta datur auctoritas, nisi  
 35 forte turbam arcendo irruentem non ex deliberatione sed fortuitu casu clericum ledat. Si uero clericum uim sibi inferentem repellat uel ledat, non debet propter hoc ad apostolicam sedem transmitti, sed si incontinenti uim ui repellat, cum uim ui repellere leges et omnia iura permittunt<sup>22</sup>. Nec compellendus est ad eam uenire qui in clericum cum uxore, matre,  
 40 sorore uel filia sua turpiter inuentum manus iniecerit violentas. Ceterum si eum in stupro deprehenderit aliquis uel adulterio quando ea cum qua stuprum uel adulterium committitur ipsum ita proxima sanguinis linea non contingit cepерit uel in eum violentas manus iniecerit, non est a sententia excommunicationis immunis. Et hec omnia que de sacrilegis diximus  
 45 inuenies in Extra. c. Sicut dignum est<sup>23</sup>.

20. *Si quis usque pro emunitate, idest priuilegio et dignitate ecclesie uiolata.* Vsque componat. Subaudi illi ecclesie ad quam actio sacrilegii pertinet et querela, ut infra, c.i.<sup>24</sup>

21. *Quisquis usque triginta libras.* Sed huic loco signatur contra, supra  
 50 c.i.<sup>25</sup> Solutio: triginta librarum summa de qua hic agitur forte nongentorum solidorum quantitati equiparatur de qua ibi dicitur. Vel secundum diuersos patres uaria emanauit constitutio canonum et impositio penarum. Vsque  
*clericis arma non ferentibus.* Hinc collige eum non esse sacrilegum qui uerberat clericum arma ferentem, ut C.xxi. q.iii. Sine ornatu<sup>26</sup>, C.xvi.  
 55 q.iii. Porro<sup>27</sup>, C.xvi. q.i. Generaliter<sup>28</sup>, C.xxiiii. q.ult. Quisque<sup>29</sup>, C.xxiiii. q.i. Militare<sup>30</sup>. Vsque dampnum nouies. Hinc habes quod ecclesia cum augmento potest aliquid exigere. Habes etiam quod multiplex pena uni et eidem

31 sui om. **Ba** solui] absolu A 36 repellat] ui *praem.* **Ba A P** uel] et **Lp**  
 37 sed - 38 repellere om. **Lp** si om. **Lr** 38 repellat] repellere **Lr** permittunt]  
 permittuntur **Lr**] permittant **Lp A** 39 Nec] ille add. **Ba A R P** eam] eandem sedem  
**Ba A P** 41 deprehenderit aliquis om. **P** 44 que om. **Lr Lp** 45 in] infra *praem.* A  
 46 *emunitate* **Ba** 47 et om. **Lr Lp Ba R** 54 ferentem] portantem **Ba A R P**  
 ut] arg. add. **A** 55 Quicumque A 57 multiplex] multipliciter **P**

<sup>22</sup>Constantinus, *Conciones*, PL 8.443; cf. Isidorus Hispalensis, *Etymologiae*, PL 82.641; cf. infra C.17 q.4 c.29 n.33      <sup>23</sup>1 Comp. 5.10.7 (=X 5.12.6), JL 12180      <sup>24</sup>C.17 q.1 c.4; cf. SL C.17 q.4 c.20      <sup>25</sup>C.17 q.1 c.4      <sup>26</sup>C.21 q.4 c.4      <sup>27</sup>C.16 q.3 c.14      <sup>28</sup>C.16 q.1 c.40; cf. SL C.17 q.4 c. 21 v. *arma non ferentibus*      <sup>29</sup>C.23 q.8 c.34      <sup>30</sup>C.23 q.1 c.5

potest infligi et quod una pena non excludit aliam. Sed opponitur: ecce in principio capituli dicitur quod xxx librarum argenti pena est puniendus  
 60 pro immunitate uiolata. In fine uero capituli dicitur quod pro immunitate tripliciter est puniendus. Sed ne estimes quod non respondeant ultima primis, dicas quod una eademque est pena xxx librarum et illa triplex que pro immunitate uiolata datur.

22. *Si quis usque priorum.* Prioress dicuntur maiores ecclesie persone quia primam et digniorem uocem habent in capitulo<sup>31</sup>. Vsque nisi forte iudicatum. Hinc uidetur posse colligi eum non esse sacrilegum qui clericum iam depositum uerberat, etsi alias actione iniuriarum teneatur. Sed sophistice trahitur. Hoc enim non refertur ad hoc quod dixit 'percusserit', sed ad aliud, scilicet 'propria sede depulerit'. *Si contumax fuerit excommunicetur.* Hoc ideo dicit quia nullus nisi contumax est anathematis uinculo innodandus, cum excommunicatio sit maximum remedium contra contumacie morbum, ut supra C.xi. q.iii. Nullus<sup>32</sup>.

23. *De presbiterorum usque iuxta preceptum Domini,* illud scilicet in quo dicitur: 'si frater tuus peccauerit in te'<sup>33</sup> etc. Vsque reuocari. Subaudi per summum pontificem uel per eum cui specialiter hoc indulserit.

29. *Si quis suadente usque iniecerit.* Subaudi prius. Si uero se defendendo aliquis clericum uerberaret, esset a pena sacrilegi immunis cum incontinenti uim ui repellere<sup>34</sup> omnes leges omniaque iura permittant, ut in Extra. c. Sicut dignum est<sup>35</sup>. Qualiter autem sit excommunicatus qui in canonem  
 80 date sententie incidit inuenies latius, ut in C.xi. q.iii.<sup>36</sup> Vsque presentetur. Hoc totum ad pene exasperationem addetur quod secundum quosdam de

59 puniendus] sacrilegus add. Ba A R                    60 immunitate] emunitate Lr Lp A R  
 immunitate] emunitate Lr Lp A R                    61 puniendus] prouidendus Lr                    estimes]  
 existimes A                    62 eademque] et eadem Ba A P                    est om. Ba                    63 immunitate]  
 emunitate Lr Lp A R                    66 clericum om. Ba                    68 dixit] dixerat A                    aliud] illud Ba A  
 R P                    69 propria] a praem. Ba A P                    sede] dicit add. Lr Lp                    depulerit] repulerit Lr  
 ] expulerit Ba A R P                    Hoc - 70 dicit om. A                    70-71 cum excommunicatio] anathema R  
 71 maximum] magnum Ba                    72 Nullus] et secundum ea tempora loquitur in quibus ipso  
 iure non erant sacrilegi excommunicati add. Ba A P                    73 usque] ut Lr                    75 hoc om.  
 Ba                    76 iniecerit] uerberari Ba ] subiecerit R                    se om. Lr Lp Ba R                    77 incontinenti]  
 incontinentium Lr Lp<sup>ac</sup>                    80 inuenies latius om. R                    ut in] usque R                    81 addetur]  
 additur A

<sup>31</sup>Cf. SL C.17 q.4 c.22 v. *priorum*                    <sup>32</sup>C.11 q.3 c.42                    <sup>33</sup>Mt 18,15; Lc 17,3; Lv 19,17

<sup>34</sup>Constantinus, *Conciones*, PL 8.443; cf. Isidorus Hispalensis, *Etymologiae*, PL 82.641; cf. supra  
 C.17 q.4 c.19 n.22                    <sup>35</sup>1 Comp. 5.10.7 (=X 5.12.6), JL 12180                    <sup>36</sup>C.11 q.3 c.42

illis solis sacrilegis est intelligendum qui clericos uerberant. Sed Romana ecclesia tenet quod etiam qui bona ecclesie diripit est ad sedem apostolicam transmittendus ut ibi absolutionis beneficio possit promereri. Qui non excommunicandus sed excommunicatus esse est denuntiandus, ut infra Extra. c. Conquesti sunt nobis<sup>37</sup>.

30. *Nemini usque iudicare.* Nam summus pontifex non iudicabitur a quoquam nisi cum a fide deuiare inuenitur, ut supra d.xl. Si papa. Vsque retractare, nisi a seipso et hoc iusta de causa uel a successoribus fiat et hoc etiam cum sub conditione prolata est sententia, ut infra C.xxxv. q.ix. Apostolice<sup>38</sup>.

32. *Metuentes usque et ideo directus* etc. Sic construe: 'et ideo' cum 'directus homo', scilicet nuntius 'supradicti' Petri, 'directus', dico 'de presenti', idest presentialiter 'prebuit sacramentum de impunitate eius' serui, 'statim facias eum ad dominum suum modis omnibus remeare' et non solum, sed 'cum eo', scilicet 'nuntio tuo, quem elegeris esse mittendum' cum seruo ad dominum suum et propter episcopi reuerentiam non presumat dominus seruum suum punire. Vsque *sacramenta prebuerit*. Subaudi in animam domini sui. Vnde habes quod in anima alterius alias potest iurare<sup>39</sup>, ut in Extra. c. In pertractandis<sup>40</sup>.

35. *Diffiniuit usque reuerentia.* Que alio nomine immunitas appellatur, ut supra e. q. Si quis contumax<sup>41</sup>. Vsque dampnorum. Et nota quod si dicatur quod de bonis ecclesie debeant domino serui fugitiui satisfieri, ergo delictum persone redundaret in dampnum ecclesie. Vnde potius est ut dicamus de propriis rebus sacerdotis debere domino satisfieri. Si uero sacerdos propria

82 Sed] etiam add. Ba A 84 ibi] ibidem Ba A P promoueri Lr Lp  
 85 infra] in A 88 cum om. R deuiare] deuius Ba A R P xl. om. Lr 89 uel] que  
 Lr Lp R successoribus] suis add. Ba A P 91 Apostolice] Et nota quod hii de quibus  
 hic dicitur non sunt sacrilegi sed qui (quasi A P) sacrilegi iudicantur. Vnde et supra dicitur  
 instar est sacrilegii (instar - sacrilegium om. Ba) add. Ba A P 92 etc. om. A 94 facias]  
 facit Ba] facies A P 95 remeare] remanere Lr 97 suum] misit add. Lp et]  
 usque Lr Lp] ut A 98 suum om. Ba A P 99 Vnde] Hinc add. A alius] alter A  
 100 pertractandis] Nam aliter (alias A) non esset dominus reus periurii si contra ueniret add.  
 Ba A P 101 immunitas] impunitas Lr Lp 102 dicatur] dedicatur Lr] dedicantur Lp  
 103 quod de bonis om. Lp debeant] debent Lp 105 debere om. Ba A

<sup>37</sup>2 Comp. 5.18.11 (=X 5.39.22), JL 17642; cf. Mc Laughlin, 'The extravagantes', 169      <sup>38</sup>C.35

q.9 c.4      <sup>39</sup>Cf. Juncker, *Die Summa*, 369; cf. SL C.19 q.4 c.32 v. *directas, sacramenta prebuerit*

<sup>40</sup>1 Comp. 1.35.4 (=X 2.7.3), JL 9506      <sup>41</sup>C.17 q.4.c.20

non habuerit, extraordinarie punietur, ut supra C.xii. q.i. Fraternitas<sup>42</sup>.

36. *Id constituimus usque uel de domo episcopi*, que iuxta ecclesiam constituta est, ut supra d.xli. Episcopus uilem<sup>43</sup>. Sed queritur si domus episcopi longo terrarum spatio sit ab ecclesia separata an sit sacrilegus qui inde seruum fugientem extraxit. Quod quibusdam placet. Alii tamen hoc tunc demum intelligunt cum infra xl passus deputatos ecclesie est domus episcopi constituta, ut supra, in primo c.<sup>44</sup> Vsque *intentione faciente*, idest cum maiori et intensiori pena quam in legibus statuta. Potest tamen legitimam penam exigere ut reus componat quod inique commisit, ut supra e. q. Reos<sup>45</sup>.
- 110 37. *Si quis usque occasione religionis*, idest propter reuerentiam religiosi loci ad quem se reus transtulit. Vel propter reuerentiam religionis, idest ideo quia dominus est infidelis cum seruus sit liber et christiane religionis professor. Per quod uidetur quod non cogetur tamquam dignior infideli domino famulari. Quod tamen non sequitur. Non enim ob hoc debet fidelis 115 seruus infidelem dominum contempnere<sup>46</sup> ut in sequenti c.<sup>47</sup> declaratur.
39. *Nullus usque insinuandam esse primati*. Antiquatum est quod hic dicitur. Sufficit enim hodie episcopo in alienatione facienda canonicorum consensus, ut supra C.xii. q.ii. Sine exceptione<sup>48</sup>. Vsque *quod si non fecerit* etc. Hinc collige sollempnitatem in alienationibus usque adeo esse necessariam quod ea pretermissa uitiatur contractus, ut C.xii. q.ii. Vulterane<sup>49</sup> et infra e. q. 120

106 q.i.] q.ii. R 107 *Id*] idest Lr Lp *Et praem.* R usque om. Lr Lp que - 108  
episcopi om. Lr Lp<sup>ac</sup> (*omoio.*) 108 ut supra - 112 constituta om. R (*omoio.*) uilem  
om. Ba 109 separata om. Ba inde] uidit Lr Lp 110 extractum Lr Lp  
111 cum] ut add. Lr Lp 112 in om. A c.] et supra e. q. Si quis contu(max) (C.17 q.4  
c.20) add. A *intentione*] *retentionem* Ba ] *intensione* A *faciente*] fauente Lr Lp 113 in  
om. Ba legibus] sit add. Ba A P statuta] est add. Lp ] statutum Ba ] sit statutum  
A Potest] uel cum Lr ] cum tamen Lp 114 exigere] exigeret Lp reus] reos Lr Lp  
componat quod] puniat qui Lr Lp inique] numquam R commisit] promiserunt  
Lp 117 infidelis] in fide Lp ] uel add. Lr Lp seruus] dominus Lr Lp 119 ob] ad  
Lr Lp fidelis om. Lr Lp 120 contempnere] Dicit enim Apostolus in prima epistola  
ad Petrum (Titum A R P): 'serui obedeit dominis uestris, non solum bonis, sed etiam discolis'  
(cf. 1Pt. 1,18) Vsque *deseruire*. Per negationem hoc debet intelligi, idest nullus debet docere et  
instruere seruum contempnere dominum suum add. Lp<sup>pc</sup> Ba A R P ut - declaratur om. A  
121 Antiquatum] Aliquantum Lr Lp 123 Sine - 125 Vulterane om. Lr Lp<sup>ac</sup> 125 ut]  
supra add. A

<sup>42</sup>C.12 q.2 c.11; cf. SL C.17 q.4 c.35 v. *dampnorum* <sup>43</sup>D.41 c.7 <sup>44</sup>C.17 q.4 c.1; cf. SL C.17  
q.4 c.36 v. *de domo episcopi* <sup>45</sup>C.17 q.4 c.9 <sup>46</sup>1 Pt 2,18; Eph 6,5-8 <sup>47</sup>C.17 q.4 c.38; cf.  
SL C.17 q.4 c.37 v. *Si quis usque occasione religionis* <sup>48</sup>C.12 q.2 c.52 <sup>49</sup>C.12 q.2 c.25

Questi<sup>50</sup>. Quantum de substantia contractus, hic uidetur esse sollempnitas. In aliis autem que sollempnitatis sunt, possunt sine contractus lesionē pretermitti, ut C.xxx. q.v. Nostrates<sup>51</sup>.

40. *In uenditionibus usque ad potestatem episcopi*, idest episcopus sua potestate et auctoritate poterit reuocare. Et est improprie dictum ut illud quod est supra, d.xii. Consuetudo<sup>52</sup>. Vsque abbe, scilicet solo, sine consensu monachorum uel nullo retento patrocinio, quod quidem nequit fieri nisi recompensatio duplex a manumissore detur ecclesie, ut supra C.xii. q.ii. Episcopus qui<sup>53</sup>. Quod tamen abbas nequit facere cum propriis careat. Hoc autem non de omni monasterio et abbe intelligo, sed de eo dumtaxat qui illi presidet monasterio, quod de bonis episcopalibus ecclesie est ditatum, ut supra C.xii. Apostolicos<sup>54</sup>.

126 Questi *om.* Lr Lp R 127 sunt *om.* R contractus] contractu Lr Lp Ba R 128 ut] infra add. A 130 auctoritate] hoc add. Ba A P et *om.* Lp est *om.* Lr Lp  
131 Vsque ] ab add. A scilicet *om.* P 133 duplex] dupli A manumissore] manumissoribus Lr Lp xii] xxii Lr Lp 134 qui *om.* Ba 135 intelligo] potest dici Ba dumtaxat] tamen Ba 136 presidet] possidet Lr Lp 137 xii.] q. ii. add. A Apostolicos] 41. *Questi*. Per hoc intelligo quod inuitis monachis donatio facta fuerat. Nam alias (aliter Ba) non possent conqueri et (et *om.* Ba) nec contra factum suum uenire. Item hinc habes quod propter (propter *om.* Ba P) quicquid datur aliter quam dari debeat irritatur. Quod autem locus in quo fundatur ecclesia non restituitur monasterio ex speciali priuilegio huic ecclesie concessum est; (concesso Ba) nam de iure communi omnia deberent restituī, ut supra C.xii. q.ii. Apostolicos (C.12 q.2 c.13). Nec delictum huius (*huius om.* P) persone redundant in dampnum ecclesie cum forte ius patronatus sibi sit in ea (illa A) ecclesia acquisitum add. Ba A P

<sup>50</sup>C.17 q.4 c.41; cf. SL C.17 q.4 c. 39 v. *insinuandam esse primati, Quod si non fecerit*  
q.5 c.3      <sup>52</sup>D.12 c.7      <sup>53</sup>C.12 q.2 c.58      <sup>54</sup>C.12 q.2 c.13

<sup>51</sup>C.30

## &lt;CAVSA XVIII&gt;

*Quidam abbas.*

## &lt;Q. I&gt;

*§ Prima questio*

1. *Statuendum usque ad solum*, non quidem ab omnibus sed ab hiis que monachus abbati ut homini promiserat ab obedientie obseruatione et  
 5 silentio, ab esu carnium. Monachus enim factus episcopus non tenetur seruare silentium, immo debet tamquam tuba exaltare uocem suam; nam preconis officium suscipit quisquis ad sacerdotium promouetur, ut supra d.xlii. Sit rector<sup>1</sup>. Nec abbati obedire tenetur cum sit factus maior abbe,  
 10 ut supra d.xciii. A subdiacono<sup>2</sup>. Nam filius in patrem, pater est mutatus in filium, que quidem est mutatio dextere excelsi<sup>3</sup>. Videtur etiam quod carnis possit uesti. Nam quisquis rebus pretereuntibus districtius utitur quam se habent mores eorum inter quos uiuit aut supersticiosus est aut aliquid significat, ut supra d.xli. Quisquis<sup>4</sup>, cum etiam Augustinus dicat quod ad quamcumque ecclesiam ueneris eius mores serua que ibi inuenies obseruari,  
 15 ut supra d.xii. Illa<sup>5</sup>. Ab hiis autem que homini ut Deo promittuntur non absolvitur monachus per canonicam electionem, ut ab habitus perpetua retentione et corporis continentia et propriorum abdicatione, quod usque adeo professus est inhibitum. Quod si pecunia alicui eorum in morte inuenta fuerit et in uita non patefecit, nec ad ecclesiam, nec ad hospitale sepelietur,  
 20 sed extra ciuitatem in campis deponatur, ut in Extra. c. Ad petitionem<sup>6</sup> et

## &lt;Q. I&gt;

3 *Statuendum*] Statutum F usque ad solum om. Lp ad solum] absoluit A P F non quidem] numquid Lr Lp omnibus] hominibus Lp ab<sup>2</sup>] de Lr Lp hiis] illis Ba 4 promiserat om. Lr Lp<sup>ac</sup>] scilicet add. Ba A] promittit ut R 5 silentio] et forte add. Ba A P ab] et R Monachus - 6 silentium om. Lr Lp 7 suscipit om. Lr 9 pater] et praem. A 11 possit] possint Lr Lp districtius] restrictius P 12 habent] habeant A om. P mores] maiores Lr Lp 14 que] quos A inuenies] inuenieris A 15 autem om. Lr Lp que] a qua Lr Lp ut om. Lr] et Lp 16 ut ab habitus] usque ab abbatibus Lr Lp 17 et<sup>1</sup> om. A corporis] scilicet add. A propriorum] priorum A abdicatione] obdicationem Lr] obdicatione A 18 professus] professis A Quod om. Lp 19 patefecit] pateficerit A sepelietur] sepeliatur A 20 deponatur] sepeliatur P

<sup>1</sup>D.43 c1      <sup>2</sup>D.93 c.5      <sup>3</sup>Ps 76,11      <sup>4</sup>D.41 c.1      <sup>5</sup>D.12 c.11      <sup>6</sup>1 Comp. 3.27.1 (=X -), JL 13972

huiusmodi ut supra C.xvi. q.i. De monachis<sup>7</sup>. Vsque *sibi*. Hinc uolunt quidam colligere quod monachus factus episcopus possit habere propria, quod non concedimus. Vnde sic expone: *sibi*, idest sue ecclesie cui per eum acquiritur, sicut per seruum acquiritur domino. Et hoc uidetur finis c. satis innuere et illud quod est infra C.xix. q.ult. Si qua mulier<sup>8</sup>.

## <Q. II>

### § Secundam

1. *Hoc tantum usque aliaque officia*, ut iconomos et priores constituere et huiusmodi; et hoc cum abbas id facere negligit uel contempnit, ut supra 5 C.ix. q.iii. Cum simus<sup>9</sup>. Vsque *extra regulam acta corrigere*. Hoc in illis est uerum que depositionem inducunt, ut infra Si quis abbas<sup>10</sup>. In minimis uero excessibus ab abbate uel priore sunt puniendi, ut supra d.xc. Si quis monachus<sup>11</sup> et in Extra. c. Sicut dignum est<sup>12</sup>. Sed queritur si abbas uoluerit monachos pro suis excessibus secundum regulam beati Benedicti 10 corrigere et ipsi ut malitiam suam liberius ualeant exercere, ad remedium appellationis confugiunt et in uocem conquestionis prorumpunt, an hoc in casu appellationi interposite sit deferendum. Et dicimus quod cum appellationis remedium non fuerit ideo constitutum ut alicui religioso a religionis et ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua nequitia 15 patrocinium exhibere, non ideo minus abbas poterit secundum quod in eorum regula continetur eum corrigere et castigare, ut in Extra. c. Ad nostras aures<sup>13</sup>. Vsque *usurpare quicquam*, scilicet quod enorme dampnum inflagat. Potest tamen ad suam et suorum necessitatem necessaria accipere, ut supra

21 *sibi om. Lr Lp* quidam] *sibi add. Lr* 22 quod] tamen *add. Ba A R*  
*P* 24 uidetur *om. P* 25 *Si om. A* mulier] *De aliis autem episcopis*  
*hoc non posset intelligi cum omnia que non intuitu ecclesie acquirunt possunt cui*  
*uolunt relinquere ut supra (supra om. Ba) C.xii. q.iii. c.ii. et iii. add. Ba A P*

### <Q. II>

2 § *Secundam om. Ba* 3 ut] *usque Ba* 4 id] *hoc Lp* negligit uel *om. Lp*  
*5 q.iii] q.ivii R* Cum simus] Crescimus *Lr Lp R* *corrigere om. R* 9 *beati]* sancti  
*R* 10 *liberius om. P* ualeant] possint *R* 12 casu] enim *add. R* sit] est *Lr<sup>ac</sup>*  
*13 constitutum]* institutum *A* 16 ut] *infra add. A* 17 quod *om. A* 18 et *om. Lr*  
*necessaria om. Lp*

<sup>7</sup>C.16 q.1 c.3    <sup>8</sup>C.19 q.3 c.9    <sup>9</sup>C.9 q.3 c.3    <sup>10</sup>C.18 q.2 c.15    <sup>11</sup>D.90 c.5; cf. SL C.18  
q.1 c.4 v. *corrigere*    <sup>12</sup>1 Comp. 5.10.7 (=X 5.12.6), JL 12180    <sup>13</sup>1 Comp. 2.20.3 (=X 2.28.3,  
Ad nostram noveris), JL 13865

C.xii. q.ii. Caritatem<sup>14</sup>.

- 20    4. *Abbatem usque et possessionis dominus.* Et nota quod non ideo dicitur  
quod post dedicationem sit dominus ipse patronus, cum locum ubi fundatur  
ecclesia oporteat esse liberum et nullo onere tributorum grauatum, ut Bur.  
lib. iii. Sancitum<sup>15</sup>, sed potius quia ante fundationem ecclesie dominus erat;  
et hoc intelligas ubi congregatio degit, quod unus de eligentibus debet esse  
25    patronus. Si uero non uocato facta fuerit electio, iniuria quidem fiet patrono,  
sed non constat an electio ob hoc debeatur irritari. In capellis tota electio et  
representatio ad solum patronum spectat et quicquid sine eo fit irritatur, ut  
supra C.xvi. q.ult. Decreuimus<sup>16</sup>.
- 30    5. *Quam sit usque aliis monasteriis,* qui tamen habitu et professione non  
discrepent, ne in boue et asino uideantur arare<sup>17</sup>, ut supra C.xvi. q.ult. In  
nona<sup>18</sup>. Vsque uel ad alium honorem. Hic queritur cum clericus etiam inuitu  
episcopo causa maioris religionis possit ad monasterium conuolare, ut infra  
C.xix. q.ii. Due leges sunt<sup>19</sup>, quare monachus inuitu abbe nequit curam  
35    pastoralis regiminis accipere, ut hic, cum in episcopatu sit maius meritum  
quam in monasterio, ut supra C.viii. q.ii. In scripturis<sup>20</sup>. Diuersitatis huius  
tamen forte poterit assignari quia clericus multum proficit cum efficitur  
monachus. Monachus uero cum ad episcopatus regimen inuitatus parum  
proficit et mediocre bonum debet propter obedientiam pretermitti, ut  
supra C.xi. q.iii. Quid ergo<sup>21</sup>. Vel ideo quia clericus, etsi episcopo promisit  
40    obedientiam, reseruauit sibi tamen propriam uoluntatem. Vnde absque  
episcopo uouere potest. Monachus uero sicut propriis, ita et uoluntati  
abrenuntiauit, ut supra C.xii. q.i. Non dicatis<sup>22</sup>. Vnde nec uoto potest se  
obligare, ut infra C.xx. q.iii. Monacho<sup>23</sup>. Vel ideo quia episcopatus locus est  
dignitatis qui solet appeti. Vnde notaretur monachus ambitu si sine abbatis  
45    licentia ad episcopatus regimen conuolaret. Secus uero de monasterio,

---

20 ideo] hoc add. **Ba A**    21 quod] quia **Lr Lp**    ubi] sibi **Lr**    fundatur] fundaret **Lr**  
**Lp**    24 degerit **Lr**    quod om. **Lr**    25 uero] eo add. **Ba P**    uocata] uocato  
**Lr Lp**] uocatus **R**    facta om. **Lr Lp R**    electio] ad electionem **R**    26 debeatur]  
debeat **Ba A P**    capellis] uero add. **Ba A P**    27 solum om. **A**    29 qui] que **Lr A**  
31    30 noua **A**    31 alium] aliquem **A P F**    35 Diuersitatis] ratio add. **Lp**    huius] hic  
**Lr Lp**] hec **A**    36 tamen om. **Lp**] autem **Ba A**    forte om. **Ba**    poterit] ratio add. **Ba**  
**A R P**    37 Monachus om. **R**    38 obedientiam] inobedientiam **Lr Lp**    40 reseruauit]  
et *praem.* **Lr Lp**    Vnde] ut add. **Ba**] etiam add. **A**    41 et om. **A**    44 qui] que **Lp A R**

---

<sup>14</sup>C.12 q.2 c.45    <sup>15</sup>Bur. 3.52; PL 140.682    <sup>16</sup>C.16 q.7 c.32    <sup>17</sup>Dt 22,10    <sup>18</sup>C.16 q.7 c.22  
<sup>19</sup>C.19 q.2 c.2    <sup>20</sup>C.8 q.1 c.9    <sup>21</sup>C.11 q.3 c.99    <sup>22</sup>C.12 q.1 c.11    <sup>23</sup>C.20 q.4 c.2

maxime strictiori, ubi propter deiectionem et asperitatem regule ambitus presumptio uel suspicio euanescit, ut supra C.viii. q.i. Sciendum<sup>24</sup>.

6. *Luminoso usque recessibus*, idest in cellulis uel monasteriis ad que monachi confugint de seculo recedentes<sup>25</sup>.

50 8. *Abbas usque et cum permissione episcopi*. Hinc collige quod dignitatis uel beneficii abrenuntiatio in manu episcopi debet fieri. Aliter uero facta irritatur, ut supra C.vi. q.iii. Denique<sup>26</sup>.

9. (p.c.) § *Hinc etiam uidetur usque clerici*, idest monachi. Vel ideo dicit clerici monasteriorum, quia in eisdem monasteriis erant monachi et clerici.  
55 Vel monasteria dicuntur ecclesie seculares secundum uulgare Francorum<sup>27</sup>.

10. *Quidam usque sub potestate* etc. Subaudi quod ad ea in quibus religiosi subsunt episcopis, scilicet in ordinibus accipiendois ab eis, scilicet chrismate et oleo huiusmodi, nisi per priuilegium ab hiis sunt exempti.

11. *Qui religiosis usque comprobetur*, scilicet ne sit iuuenis cuius etas incontinentie periculum minetur, ut di. xxxii. Quorundam, sed mature etatis cuius etas future incontinentie suspicionem auferre dinoscatur, ut supra d. xxxiii. Fraternitatis<sup>28</sup>.

12. *De monachis usque nisi episcopo permittente*, qui lapidem benedictum debet eis concedere et ecclesie atria designare, ut infra de con. d.i. Nemo ecclesiam<sup>29</sup>. Et nota quod religiosi sine licentia diocesani episcopi hospitale domum in qua pauperes recipient possunt construere. Ecclesiam uero uel oratorium sine eius licentia edificare non ualent, ut in Extra. c. Ad

46 strictiori] districtiori **Ba R P** ubi] ut **Lr Lp**] nisi **A** propter] per **A** deiectionem ]  
districtionem **Ba** 47 C.viii.] C. xxviii. **Lr Lp** Sciendum] Decidentium **Lr Lp**  
48 *Luminoso*] *Liminoso* **Lr** *recessibus*] *regularibus* **Ba** monasteriis] monasterio **Lp**  
ad om. **Lr** ad que] a quas **Lp** 49 recedentes] redeuntes **Ba** 50 dignitatis] dignitas  
**Lr Lp** 53 *uidetur* om. **Ba A R P** usque] ut **A** idest] uel **Lp** 54 monasteriorum -  
clericu om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** (*omoio.*) 55 dicuntur om. **R** seculares] etiam add. **Lp Ba**] et add. **A**  
secundum] uel **Lr** 57 accipiendois] accipiendois **Lr** ab] in **Lr Lp** scilicet<sup>2</sup> om. **Ba P**  
] et **A** 58 oleo] et add. **A** 59 *comprobetur*] betur **A** 60 periculum - 61 incontinentie  
om. **Lr Lp<sup>ac</sup>** (*omoio.*) ut] supra add. **A** xxxii. ] xxxiiii **A** 61 suspicionem om. **Ba R P**  
62 xxxiii. **A P** 63 qui] quod **Lr Lp**

<sup>24</sup>C.8 q.1 c.10      <sup>25</sup>Cf. SL C.18 q.2 c.6 v. *recedentes*      <sup>26</sup>C.6 q.3 c.3      <sup>27</sup>Cf. supra  
C. 16 q.7 c.33 n. 32 ; SL C.18 q.2 p.c.9 v. *clericu*; Lex Francorum, saec. VII., cf. Lex Ribuaria et  
Lex Francorum Chamavorum. Ex Monumentis Germaniae Historicis recusae, ed. Rudolphus  
Sohm, Hahn Hannoverae 1883, 112 - 123, cf. Lex Salica.      <sup>28</sup>D.34 c.7; cf. SL C.18 q.2 c.11

<sup>29</sup>De cons. D.1 c.9

petitionem<sup>30</sup>.

15. *Si quis abbas cautus.* Non ergo simplex est ad abbatiam promouendus,  
 70 ut supra d.xxxix. c.i.<sup>31</sup> Vsque *a suo arceatur honore*, idest ab administratione  
 abbatie remoueatur, non ab ordine, quod non potest episcopus sine  
 tribus uel sex episcopis facere, ut supra C.xv. q.vii. Felix<sup>32</sup>. Quare autem  
 simplicitas abbatem sicut archidiaconum deiecit iam promotum, ut hic, et  
 non episcopum, inuenies supra C.vii. q.i. super illud c. Quia frater<sup>33</sup>.
16. *Abbates usque conueniant,* quasi ad concilium episcopi abbates uenire  
 cogantur, quod est contra Turonicum<sup>34</sup> concilium in quo dicitur quod  
 episcopus non debet cogere abbatem uenire ad sinodum nisi aliqua  
 rationabilis causa existat, supra d.xviii. Episcopus<sup>35</sup>.
20. *Peruenit usque commatres facere,* nisi per canonicam electionem a iugo  
 80 monastice professionis sint absoluti, ut supra, C.e. q.i. c.i.<sup>36</sup> Tunc enim forte  
 possunt sibi commatres facere, sicut de beato Gregorio legitur<sup>37</sup>.
21. *Diffinimus usque duplex.* Duplex autem monasterium dicitur ubi simul  
 monachi et moniales morantur. Vsque *quia scandalum*. Hinc collige ratione  
 uitandi scandali aliqua esse omittenda uel facienda, ut d.l. De hiis uero<sup>38</sup>,  
 85 C.e. q.e. Monasteria<sup>39</sup>, C.ii. q.v. Presbiter si<sup>40</sup>, C.xx. q.ult. § ult.<sup>41</sup>, C.xxxiii.  
 q.iii. Quod Deo<sup>42</sup>. Gregorius tamen uidetur contradicere inquiens: 'utilius  
 scandalum oriri permittitur quam ut ueritas relinquatur'<sup>43</sup>. Vsque *secreto*. Si  
 uero publice et in loco communi talis cum tali loquitur, contraria euanescit  
 presumptio, ut infra C.xxxv. q.vi. Ab isto die<sup>44</sup> et supra d.lxxxi. In omnibus<sup>45</sup>.

---

71 quod] quia Lp 72 facere] hoc add. Lp supra om. A autem] si add.  
 Lr Lp 73 deiecit] deicit Ba<sup>Pc</sup> A P 76 cogantur] coguntur A Turonicum]  
 Turonense Lp 77 non debet] debet non Lr 78 supra] ut A Episcopus] Vnde  
 illud de priuilegiatis loquitur, istud uero de his qui priuilegio non excusantur add. Ba P (A)  
 79 commatres] contumaces Lr Lp 80 monastice professionis] manifeste perhibuit Lr Lp<sup>ac</sup>  
 81 commatres] contumaces Lr Lp 82 ubi] ut Lr Lp<sup>ac</sup> 83 morantur] inciantur Lr  
 Lp<sup>ac</sup> 84 ut] arg. add. A 85 q.v.] q.iii. Lr ] iiiii. Lp A § ult.] C.vii. q. ii. (q.ult. R)  
 c.ult. add. Lp Ba A R xxxiii.] xxxiii. A 86 tamen] contra P 87 ut] uero Lr Lp  
 88 communi om. Ba talis] tali Ba 89 C. xxxv. - supra om. Ba R xxxv] xxxiii  
 Lr xxxiii Lp<sup>ac</sup>

---

<sup>30</sup>1 Comp. 3.27.1 (=X -), JL 13972; cf. SL C.18 q.2 c.12      <sup>31</sup>D.39 c.1      <sup>32</sup>C.15 q.7 c.4      <sup>33</sup>C.7  
 q.1 c.18      <sup>34</sup>Cf. Ivo Carnotensis, *Decretum*, PL 161.566; Concilium Turonense (a. 813), c.11  
<sup>35</sup>D.18 c.11; cf. SL C.18 q.2 c.16 v. *Abbates usque conueniant*      <sup>36</sup>C.18 q.1 c.1      <sup>37</sup>Cf. SL C.18  
 q.2 c.20      <sup>38</sup>D.50 c.34      <sup>39</sup>C.18 q.2 c.17      <sup>40</sup>C.2 q.5 c.13      <sup>41</sup>C.20 q.4 p.c.3      <sup>42</sup>C.33  
 q.5 c.4      <sup>43</sup>Lc 17,2      <sup>44</sup>C.35 q.6 c.2      <sup>45</sup>D.81 c.26; cf. SL C.18 q.2 c. 21 v. *secrete*

90 Vsque neque cum monacha singulariter etc. Et non debet uideri mirabile in oculis nostris<sup>46</sup> si singularitas presumptionem sinistram apud carnales inducit, cum et discipuli legantur esse commoti cum Christum inuenient solum cum Samaritana loquentem<sup>47</sup>. Vsque uetula. Nam ratione societatis pro aliquo et contra aliquem presumitur, ut supra C.ii. q.ii. Peruenit<sup>48</sup> et d.lxxxi. Clericus<sup>49</sup>.

95 22. *In nullo usque mulieres quidem in suo loco manere.* Et nota quod ideo mulieribus in constructo monasterio permanentibus uiris nouarum fabricarum onera imponuntur quod propter sexus fragilitatem mulieribus pertinet et quia uiri ad hec explenda sunt aptiores.

100 23. *Monasteria usque aut propter oblocutionem hominum.* Nam Apostolus dicit: 'ab omni specie mala abstинete uos'<sup>50</sup>; et alibi 'prudentes bonum, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus'<sup>51</sup>, ut supra d.l. De hiis uero<sup>52</sup> et d.liiii. Generaliter<sup>53</sup>.

105 24. *In decima.* Et decima actio dicitur questio decimo loco tractata in sinodo. Vsque ad uestibulum. Vestibulum dicitur a uestiendo et sicut quibusdam placet pro atrio domus ponitur quod ipsam domum quodammodo uestit, idest circumdat. Vel uestibulum dicitur pars illa que est inter chorum et altare, unde dicitur inter uestibulum et altare<sup>54</sup>; uel locus ubi clerici diuina celebratione uestiunt<sup>55</sup>.

110 25. *Perniciosa usque consuetudinem.* Propheta enim dicit: 'ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum'<sup>56</sup>.

26. *Peruenit usque clericorum habitacula.* Quod non debet fieri, sed quod semel fuit monasterium maneat monasterium, ut infra C.prox. q.iii. Que semel<sup>57</sup>, quia loci sacri dignitas non debet sine culpa extenuari<sup>58</sup>.

90 *cum monacha*] *monachis* Lr Lp Et] nota quod add. Ba A P 92 esse] fuisse Ba R P esse commoti om. A Christum] Ihesum R 94 supra] infra Lr Lp q.ii.] q.vii. Ba A R P et<sup>2</sup> - 95 Clericus om. Lp 96 *manere*] *permanere* Ba quod] quia A 99 pertinet] parcitur P hec om. A aptiores] proniores Lr Lp 100 *oblocutionem*] *locupletationem* Lp 101 bonum] bona A 104 *In decima* om. Lr Lp Et om. Ba A R 108 unde - altare om. Lp Ba A 109 celebratione] celebraturi Ba A P ] celebrantes R uestiunt] uestiuntur Ba A R P 110 *consuetudinem*] communiter A 111 in unum] etc. Lp 112 Quod] quidem add. Lp A

<sup>46</sup>Ps. 117, 24; Mt. 21,42; Mc. 12,11. <sup>47</sup>Io 4,7 et ss. <sup>48</sup>C.2 q.7 c.59 <sup>49</sup>D.81 c.20 <sup>50</sup>1 Th 5,22 <sup>51</sup>Rm 12,17 <sup>52</sup>D.50 c.34 <sup>53</sup>D.54 c.12 <sup>54</sup>Ez. 8,16; Jl. 2,17 <sup>55</sup>Cf. SL C.18 q.2 c. 24 <sup>56</sup>Ps 132,1 <sup>57</sup>C.19 q.3 c.4 <sup>58</sup>Cf. SL C.18 q.2 c.26 v. *clericorum habitacula*

115 27. *Dudum usque negligentes.* Hinc collige quod qui contempnit facere quod ex iniuncto officio explere cogitur et a prelato proprio debet despici et eo inuito illud est peragendum, ut supra C.ix. q.iii. Cum simus<sup>59</sup>.

120 30. *Eleutherius usque nomine eulogie.* Et nota quod eulogie nomine forte potest intelligi cathedralicu quod tempore huius canonis tenebantur monasteria episcopis dare, licet postea ab hiis exactionibus per posteriores canones sint exempta, ut supra q.e. Quam sit<sup>60</sup> et C.x. q.ult. Inter cetera<sup>61</sup>. Vel nomine eulogie aliquod honestum seruitium potest intelligi, de quo in sequenti c. dicitur<sup>62</sup>.

---

116 proprio] primo **Ba A** 119 tenebantur] tenebant **Lr Lp** 120 licet dare *tr. Lr Lp* ab] ex **A** hiis] huiusmodi **A P** 121 sint *om. Ba* exempta] exempti **Ba** 123 sequenti] secundo **Lr Lp R** dicitur] Et nota quod post consecrationem licite possunt pacta interuenire, non ante. Vel potest dici quod ius sibi debitum episcopum licite exigere, siue ante siue post consecrationem *add. Ba* (*glossa fol. 35va, margine a*) dicitur] Quod uero opponitur supra C.i. q.ii. c. (-) Idem (*Ibidem P*) inuenies in hac eadem summa determinatum *add. Ba A P*

---

<sup>59</sup>C.9 q.3 c.3; cf. SL C.18 q.2 c.27 v. *negligentes*      <sup>60</sup>C.18 q.2 c.5      <sup>61</sup>C.10 q.3 c.8      <sup>62</sup>C.18 q.2 c.31; cf. SL C.18 q.2 c.30 v. *nomine eulogie*

## &lt;CAVSA XIX&gt;

*Duo clerici.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod episcopus.*

1. *Clerici usque largiri oportet.* Et nota quod hic necessitas prelatis imponitur quam facere tenentur quod eis in hoc canone imperatur. Quod enim imperatur necesse est fieri et sine pena non potest pretermitti, ut supra C.xiiii. q.i. Quisquis<sup>1</sup>.

## &lt;Q. II&gt;

§ *In iusto uero episcopo.*

2. *Due sunt leges usque propter criminosos.* Sic ergo uidetur per contrarium sensum huius canonis quod religiosus et honestus sine commendationis litteris est recipiendus. Quod enim ex causa institutum est, cessante causa cessare debet, ut supra C.i. q.i. Quod pro necessitate<sup>2</sup>. Sed quoniam sepe recipiebantur qui erant uite inferioris, inde est quod de omnibus uidetur constitutio emanasse, ut supra d.xcviii. Transmarinos<sup>3</sup> et in Inst. lib.i. tit. de auctoritate tutorum. Vsque dignior enim est lex priuata etc. Et nota quod multiplicitate uidetur infringi et canonum uidetur institutionibus obuiare quod hic dicitur legem priuatam legi publice preiudicare. Si enim minor xii annorum afflatus Spiritu Sancto ad monasterium conuolaret, infra annum et diem secundum legem canonicam potest a parentibus inde extrahi, ut infra

<sup>2</sup> *clericis*] usque add. Lr Lp

<Q. I>

<sup>3</sup> *Clerici*] *clericis* Lp                    *usque*] ut Lr                    <sup>4</sup> *eis*] ei Lp                    Quod  
- 5 *imperatur om.* Lr Lp Ba ] et R                    <sup>5</sup> *pena*] culpa R

<Q. II>

<sup>2</sup> *uero*] *etiam* Lp                    <sup>4</sup> *sine*] et *praem.* A                    *commendationis*] *commendaticiis* Ba A P  
5 *enim om.* Ba                    <sup>6</sup> *debet*] *effectus* add. Lp                    <sup>7</sup> *inferioris*]  
*infirmioris* Lr Lp R                    <sup>8</sup> *inde*] *ubi non* R                    <sup>9</sup> *tutorum*] *tuorum* Lr ] // Lp                    <sup>10</sup> *institutionibus*]  
Vsque om. Ba                    *enim om.* R                    <sup>11</sup> *minor*] x uel add. Lp                    <sup>12</sup> *potest*] autem add. Ba

<sup>1</sup>C.14 q.1 c.3        <sup>2</sup>C.1 q.1 c.41        <sup>3</sup>D.98 c.2

C.prox. q.ii. Puella<sup>4</sup>. Simile de episcopo qui sine licentia summi pontificis non potest ad religionem transire, ut supra C.vii. q.i. § Hoc tunc<sup>5</sup>. Idem est de uiro qui non potest habitum religionis accipere nisi fuerit ab uxore separatus uel absolutus, ut infra C.xxvii. q.i. Si quis coniugatus<sup>6</sup>. Idem est etiam de canonico regulari, ut infra C.e. q.iii. Statuimus<sup>7</sup> et si qui alii casus inueniuntur. Solutio: lex priuata dicitur dignior lege publica quia digniorem hominem constituit. Interdum tamen lex publica legi priuate preiudicat et hoc inducit minor etas persone, dignitas seu communis utilitas, matrimonii uinculum et constitutio canonis. Vsque *eat liber nostra auctoritate*. Sequitur ergo quod episcopi auctoritas non potest talibus uiam religionis claudere et eorum propositum impedire, ut infra C.prox. q.ult. Virgines<sup>8</sup>. Sicut enim ligatus a summo pontifice non potest ab alio absolutionis beneficium promereri, ut supra C.xvii. q.iii. Si quis suadente<sup>9</sup>, sic ab eo solutus, ab aliis ligari non potest, ut supra d.xv. Sicut<sup>10</sup>. Vsque *non estis sub lege*, similiter ut illi quos non amor iustitie sed penalis cohercio ab illicitis retrahebat. Vnde per hoc uidetur quod inuito et non requisito episcopo potest clericus iter peregrinationis arripere. Nam cum ducitur lege priuata, non potest per publicam impediri. Sed contrarium inuenies, infra de con. d.v. Non oportet<sup>11</sup>.

### <Q. III>

#### § *Canonicos autem.*

1. *Nullus abbas.* Et nota quod in hoc c. pena infligitur illis monachis qui canonicos regulares recipiunt. Vsque *quamdui ordinis sui* etc. Dicit enim Apostolus: 'in qua uocatione quis uocatus est, in ea permaneat'<sup>12</sup>, ut infra

14 Simile ] est add. Ba A R      15 potest om. Lp      q.i. ] sub add. Ba A      Hoc ] Si praem.  
 R      Idem ] uel add. R      16 accipere ] sumere R ] assumere Ba A P      17 separatus  
 uel om. Ba A R P      18 iii. ] ius Lr Lp om. A      19 quia - 20 publica om. Lr Lp<sup>ac</sup>  
 (omoio.)      20 constituit] instituit Ba P      tamen] autem R      21 communis]  
 communionis Ba      22 eat om. Ba      26 promereri] remedii Ap<sup>c</sup>      C.xvii ] C.xvi  
 Lr Lp      q.iii] q.iiii Lr A      26-27 ab aliis ligari] alligari Lr      27 aliis] alio Lp  
 Sicut om. P      similiter] seruiliter Lr Lp      29 clericus om. Lr      31 contrarium] contra A  
 <Q. III>  
 2 autem] usque Lp

<sup>4</sup>C.20 q.2 c.2      <sup>5</sup>C.7 q.1 p.c.48      <sup>6</sup>C.27 q.2 c.22      <sup>7</sup>C.19 q.3 c.3      <sup>8</sup>C.20 q.4 c.1      <sup>9</sup>C.17  
 q.4 c.29      <sup>10</sup>D.15 c.2      <sup>11</sup>De cons. D.5 c.37      <sup>12</sup>1 Cor 7,20

C.xxi. q.i. c.i.<sup>13</sup>

2. *Mandamus.* Hec pena imponitur canonicis ad monasterium transeuntibus. Vsque *monachus efficiatur.* Hoc forte causam dedit edicto quia non debet quis distare nec professione nec habitu ab illis inter quos uiuit. Vel illa est ratio huius constitutionis quam assignauimus cum illi c. incumbebamus, quod est C.xi. q.iii. Quid ergo<sup>14</sup>. Vsque *memorialem*, idest quam transgressionem memoret, refricet ut hoc saltem timore ceteri corrigantur, ut infra de con. d.ii. Et dixit<sup>15</sup>.

4. *Que semel usque nec posse ea ultra fieri* etc. Hoc ideo accidit quia locus religiosus in quo sacre edes edificate sunt, etiam dirupto edificio adhuc sacre remanent, ut infra in Inst. lib.ii. tit. i.<sup>16</sup>

8. *Relatum usque specialiter donationis titulo.* Hoc ideo dicit esse factum, scilicet ne eius consanguinei aliquam molestiam monasterio inferrent. Vel ideo dictum est specialiter quia ipso ingressu de iure communi facta fuerant bona eius monasterii, ut infra c. i.<sup>17</sup> Tamen abundans cautela non nocet<sup>18</sup>.

9. *Si qua usque partem sibi*, idest monasterio suo. Et minus proprie ponitur, ut supra C.xviii. q.i. c.i.<sup>19</sup> Vsque *lege disponitur*, in hunc modum ut scilicet legitimam habeant filii, reliquum monasterio competit.

(10). *Non licet usque in causam ingratitudinis inciderunt.* Hinc collige per susceptionem religiosi habitus infamiam aboleri et quod absit monacho quod ei in seculo obstaculum generabat, contra supra C.xvi. q.i. Legi<sup>20</sup> et

7 *Mandamus*] Non damus Lr Lp Hec] Hic A 8 Hoc om. Ba 10 uiuit] ut (supra add. A) C.xvi. q.ult. In nona (q.7 c.22) add. Ba A P 11 est] supra add. A memorialem] memo. Lr] nemo Lp 12 quam] que Ba A P transgressionem] factam add. Lp Ba A R P memoret] et add. Ba A P hoc] hic Lp 13 dixit] Vtrum autem cum licentia prioris possit regularis canonicus ingredi monasterium ex contrario sensu sequentis cap. uidetur esse (esse om. A) dicendum, sed an sensus (an sensus] si consensus P) ille contrarius pro lege debeat recipi non est explorati iuris add. Ba A P 14 nec] non A accidit] dicit Ba 15 religiosus] religionis Lr Lp om. Ba P edificate] dedicate Ba 17 Relatum] Perlatum F dicit] accidit Lp 19 dictum est] dicit que A ipso om. P 20 nocet] ut Cod. lib. vi. De testamentis, Testamentum (Cod. 6.23.17) add. Ba A P 21 Si] Et Lr Lp 22 xviii.] xviii. A 24 licet] liceat Ba F 25 susceptionem] suscessionem Lr ] successionem Lp quod] quia R absit] non obsit Ba A R P 26 ei] eum Ba R P in om. Ba R P obstaculum] obstaculo Lr generabat om. Lr Lp<sup>ac</sup> i. Legi om. Lr Lp<sup>ac</sup>

<sup>13</sup>C.21 q.1 c.1

<sup>14</sup>C.11 q.3 c.99

<sup>15</sup>De cons. D.2 c.26

<sup>16</sup>Inst. 2.1

<sup>17</sup>C.19 q.3 c.1

<sup>18</sup>Cf. SL C.19 q.3 c.8 v. *specialiter*

<sup>19</sup>C.19 q.1 c.1 (C.18)

<sup>20</sup>C.16 q.1 c.16

d.lv. Priscis<sup>21</sup>.

---

<sup>21</sup>D.55 c.1; cf. SL C.19 q.3 c.10 v. *inciderunt*

## &lt;CAVSA XX&gt;

*Duo pueritie annos agentes etc.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod intra annos*. Sciendum est igitur quod qui monasterium ingreditur, aut est adultus, aut minor. Si adultus fuerit et propria uoluntate intrauit, de cetero exire non poterit, ut infra C.e. q.ii. c.ii.<sup>1</sup> Si uero coactus ponitur, exire poterit nisi propter iuste offensionis causam fuerit ibi intrusus ut infra e. q. Sicut qui<sup>2</sup>. Similiter exire poterit si causa probationis intrauit, ut in Extra. c. Ad nostram noueris<sup>3</sup>. Si uero minor fuerit aut intrauit auctoritate propria aut a parentibus est oblatus. Si auctoritate propria infra annum et unum diem potest a parentibus uel tutoribus extrahi, ut infra C.e. q.ii. Puella<sup>4</sup>. Annum autem et diem est a tempore scientie, dico, numerandos; nam et post decem annos poterit eum extrahere si ante eum non poterit inuenire, ut C.xvii. q.ii. Si quis<sup>5</sup>, nisi forte minores annos puer excesserit. Nec refert secundum quosdam an fuerit doli capax uel non. Si uero a parentibus est oblatus et doli capax fuerit quod a septennio et deinceps esse potest et consenserit similiter cogitur et susceptum habitum retinere, in quo casu quinque proxima capitula loquuntur. Si uero doli capax non fuerit uel si fuit, non tamen consensit, dabitur ei optio Martini pape in xv anno an permanere cupiat in suscepto habitu uel non, ut e. q. Illud §<sup>6</sup>. Si uero in xv annum non contradixit, quia forte non est interrogatus et longo tempore postea ibidem fuerit, exire non poterit quia ratum uidetur habuisse quod ab initio de iure

2 annos - etc. om. Ba

## &lt;Q.I&gt;

2 *Quod] (Q) uo Lp intra] inter A igitur] deinde R 4 C.e. om. R ponitur om. Ba R 5 ibi] ibidem Lr Lp A R P 6 intrauit om. Ba R 7 uero] aut add. Lr aut] et Lr Lp R intrauerit R 8 aut - propria om. R<sup>ac</sup> unum] om. Ba A R P 9 uel] et R 10 Annum - 12 excesserit om. P est om. Lp A R et<sup>2</sup>] etiam Ba A 11 poterit] potuit A 12 ut] supra add. A 13 uero] non Lr Lp est] ecclesie Ba om. A 14 septennio] septimo Lr Lp ] vii. anno R 15 et om. Ba A R P 16 proxima] prima Ba A R P fuit] fuerit A 17 consensit] consensus Lp Martini] Marcelli R in xv anno om. Lp 18 ut] infra add. Lr A Illud] uelud Lr Lp xv] x<sup>o</sup> Lp annum] anno Ba A 18-19 non contradixit quia forte om. Lp 19 est] fuit Lp*

<sup>1</sup>C.20 q.2 c.2

<sup>2</sup>C.20 q.1 c.9

<sup>3</sup>1 Comp. 3.27.8 (=X 3.31.8), JL 13854

<sup>4</sup>C.20 q.2 c.2

<sup>5</sup>C.17 q.2 c.3

<sup>6</sup>C.20 q.1 c.10

non tenuit<sup>7</sup>.

1. *Firma usque et, pro idest. Vsque que solet.* Hinc habes arg. ad eam questionem in qua queritur an iudicandus sit maritus qui in decimo anno dicitur aliquam reddidisse pregnantem. Et uidetur quod non debet inclinari animus iudicis ad hoc, cum hoc fieri non consueuerit et non uidetur esse iudicandus secundum quod miraculose aliquid contingit, sed potius secundum cursus nature fieri consueuit, licet Gregorius dicat 'Manifestum est eum puberem esse qui sui corporis gesticulatione talis est ut iam possit procreare, licet ad annos nondum peruenit per leges diffinitos'. Vsque *apta nuptus*, ut scilicet puer sit xiiii annorum et puella xii. Queritur an mulier sit citius apta nuptus quam uir, phisicum est, quod tamen fit ideo quia maturiora sunt uota mulieris quam uiri, sicut in legibus continetur<sup>8</sup>.
2. *Addidistis.* Et in hiis quatuor c. agitur de pueris doli capacibus consentientibus et cum parentum uoluntate oblati, in quo solo casu sunt perpetuo obligati. Alias datur eis optio Martini pape. Vsque *uel mater.* 'Vel' pro 'et' ponitur. Nam secundum quosdam mater filium nec ponere nec extrahere de monasterio potest, quia filius non dicitur esse in potestate matris<sup>9</sup>.
3. *Monachum.* Dicas sic: *aut paterna deuotio*, idest deuotus pater facit filium suum monachum, filium dico, non minorem sed doli capacem et consentientem. Nam alias, licet doli capax et consentiens, semper potest tamen pater eum infra annum et diem extrahere, quia non debet patri malitia filii, que supplet etatem, preiudicium generare. *Aut propria confessio.* Hoc de adulto plene intelligitur. Vsque *alligatum tenebit*, uel in perpetuum

---

22 idest *om. R* Vsque] Vel *R* arg. - 23 questionem] quod agit de ea questione *Lp*  
 23 queritur] dicitur *Lp Ba A* 25 ad hoc *om. A* 26 potius *om. Lr Lp* 27 secundum]  
 quod in *Ba P*] *add. A*] quod *add. R* cursus] cursu *Ba A R P* fieri *om. Ba* 28 eum  
*om. R* gesticulatione] iaculator *Lr Lp<sup>ac</sup>* 29 nondum] non *Lp* peruenit] peruenit  
*Lp A* per leges] lege *A* 30 *nuptus*] *nuptiis A F* Queritur an] Quare autem *Ba*  
*A P* mulier] puella *Lp* 31 sit *om. Ba<sup>pc</sup>* *nuptus*] *nuptiis A* quod] et *R*  
 32 continetur] Per hoc (etiam *add. A*) uolunt quidam quod ante xii annum non potest puer  
 matrimonium contrahere quamuis sponsalia ualeat celebrare *add. Ba A P* 33 Et *om. Ba A*  
*R* hiis] istis *Ba*] ///*ditis add. R<sup>ac</sup>* pueris] puellis *Lp om. Ba* 34 solo *om. Lp*  
 35 Martini] Marcelli *R* 40 non *om. A* 41 licet] sit *add. Lp Ba A R P* 43 malitia]  
 milicia *Lr Lp<sup>ac</sup>* *confessio*] *professio Ba A P F* 44 plene] pene *Lr Lp Ba*

---

<sup>7</sup>Cf. SL C.20 q. 1 pr. v. *Quod intra*  
*C.20 q.1 c.2 v. uel*

<sup>8</sup>Cf. SL C.20 q.1 c.1 v. *que solet, apta nuptiis*

<sup>9</sup>Cf. SL

45 ipsum adultum uel minorem usque ad xv annum.

12. *Iuuenculas.* Et nota quod de triplici uelo in hiis tribus c. loquitur. Est enim uelum prelationis quod datur abbatissa sexagenarie, ut in primo c. Est uelum ordinationis quod olim dabatur diaconissis quadragenariis, ut in secundo c. Est et uelum consecrationis quod datur uelandis uirginibus in xxv anno, ut in tertio c.<sup>10</sup> Sexagenaria autem ideo eligi debet abbatissa quia et Apostolus ad Timotheum dicit: 'uidue elegantur non minus lx annorum in quibus ignis libidinis sit extinctus'<sup>11</sup>. Virgo autem forte ideo esse debet quia Christi debet sacramentum et ecclesie in se presentare. Vel ideo quia non posset libera esse uirginitatis hortatrix si perpessa esset dampna uiolate pudicitie et uirginitatis lilia perdidisset, ut supra d.xxxvi. Vna<sup>12</sup>. Nam qua fronte audet peccantes corrigere cum tacite sibi respondeat eadem se commisisse que corripit, ut supra d.xxv. c.ult.<sup>13</sup> Vel quia indecorum esset ut corrupta uirginibus et intactis oppressa preesset<sup>14</sup>.

16. *Vidua* usque uel ministro. Sic ergo uidetur quod quicumque fiat professio alligat profitentem, nisi quis exponat: 'uel' pro 'et'. Vsque seu in lectulo, cum sit infirma. Vnde hinc habes quod uotum in infirmitate factum tenet, dummodo tempore uoti sane mentis esset. Contra, supra C.xvii. q.ii. Consaldus<sup>15</sup>. Vsque non suspecta. Hinc habes quod non solum persona suspecta dicitur, ut d.xxxiiii. c.i.<sup>16</sup>, sed etiam locus, ut infra C.xxxv. q.vi. Ab isto die<sup>17</sup>, sed etiam uestis ut hic<sup>18</sup>.

---

45 annum] annos R 47 c.] dicitur add. Ba A 49 et] etiam A uirginibus] ut add. Lr Lp in] infra Lp 50 abbatissa] in abbatissam Ba 51 dicit om. Lp uidue elegantur] uidua elegatur A P 52 quibus] qua P extinctus] ut infra C.xxxi. q.i. Quomodo (c.10) add. A ideo - 53 quia<sup>1</sup> om. Lr Lp (omoio.) 53 quia<sup>1</sup>] ut R debet om. R presentare] representare Ba A P ] possit add. R 54 libera] libere A R om. P 55 xxxvi. ] xxvi. A 58 et om. Ba R P preesset] esset Lp 59 quicumque] cuicumque Lr 60 exponat] sic add. A in om. F 61 sit] fuit Lp 63 Hinc - 64 suspecta om. Ba 64 etiam om. R xxxv. ] xxv. A 65 sed] et R

---

<sup>10</sup>C.20 q.1 cc.12, 13, 14      <sup>11</sup>1 Tm 5,9      <sup>12</sup>D.26 c.4      <sup>13</sup>D.25 c.6      <sup>14</sup>Cf. SL C.20 q.1 c.12

<sup>15</sup>C.17 q.2 c.1      <sup>16</sup>D.34 c.1      <sup>17</sup>C.35 q.6 c.9      <sup>18</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 473-477; cf. SL C.20 q.1 c. 16

## &lt;Q. II&gt;

1. (a.c.) § *De hiis usque in qualibet minori*, scilicet que sit infra xiiii. annum, ut in Extra. c. Ad nostram noueris<sup>19</sup>.

2. *Puella* usque *dissimulando* etc. idest dissimulauerunt, per quod  
5 consentire uidetur. Vsque *nec ipsi*, idest parentes quorum negligentie fit preiudicium nec ipsa puella exire potest quando erat doli capax, nam alias post xiiii. annum posset exire, ut supra C.e. q.i. Illud<sup>20</sup>. Quare autem dies in expectatione ponitur, solet a quibusdam queri. Quam tamen quidam dicunt esse inanem questionem.

## &lt;Q. III&gt;

§ *Quod autem*. Hec questio in principio esset expedita poterit inuenire.

3. *Eos qui usque neque ad honores seculares*, utpote ad archidiaconatum uel  
huiusmodi. Et hoc tantum refertur ad monachos qui, excepto episcopatu  
5 ubi est religionis profectus, nulla alia possunt dignitate decorari<sup>21</sup>, ut possit  
religionis descensus uel periculum denotari, ut in Extra. c. Super eo quod<sup>22</sup>.

4. *Presens*. Quidam comes habebat paruulum filium quem inuitum et  
renitentem obtulit monasterio dum adhuc esset annorum nouem. Vnde  
scribit Nicholaus comprouincialibus episcopis ut huius rei ueritatem  
10 diligenter inquirant et, si ita se habet rei ueritas prout ei fuerat nuntiatum,

---

## &lt;Q. II&gt;

2 usque *om. Lr Lp*] idest **Ba**] *Si A* xiiii] xii **Lp** 3 *nostram*] *nostra Lr Lp* *noueris*]  
*nouerimus Lr Lp* 4 usque *om. Lr Lp* *dissimulauerunt*] *dissimulauerant A*  
5 *Vsque*] *quod add. R* *ipsi*] *tempore Ba* 6 *ipsa*] *illa Ba* *alias*] *aliter*  
**Ba** 7 xiiii] xii **A** 8 *ponitur*] *ponantur Ba A P* *Quam*] *Quod R* *quidam*  
*om. A* 9 *esse om. Lr Lp R* *inanem*] *tertiam Lr Lp*] *inconcinnam Ba*] *om. R*] *cicinam P*

## &lt;Q. III&gt;

2 *esset*] *cause Ba A R P* *esset expedita*] *esse exposita Lp* 6 *uel*] *et A* 7 *Presens*  
*om. Lr Lp*] *clericus add. Ba* *Quidam*] *Atto Ba A P* *paruulum om. Ba A* *filium*  
*om. A* *filium*] *nomine Lambertum add. Ba A P* 10 *si ita*] *sua A*

---

<sup>19</sup>1 Comp. 3.27.8 (=X 3.31.8), JL 13729      <sup>20</sup>C.20 q.1 c.10      <sup>21</sup>Cf. SL C.20 q.3 c.3 v. *ad honores seculares*      <sup>22</sup>1 Comp. 3.27.9 (=X 3.31.9), JL 13946

permitterent Lambertum habitum susceptum relinquere. Vsque *in locum ei succederet*, scilicet quoad ius patronatus quod ibi pater eius habebat. Vel forte uolebat ut post ipsum qui erat eiusdem monasterii edicator et rector, filius eius ei succederet in plenitudinem potestatis. Quod tamen non uidetur approbatione dignum ut aliquis constituat sibi dignitatis successorem, ut supra C.viii. q.i. Plerique<sup>23</sup>, nisi specialiter sit ei a maiore concessum, ut supra C.vii. q.i. Petisti<sup>24</sup>. Vsque *sub testificatione autem*. Hinc collige unius testimonio esse standum, saltem ad presumptionem faciendam, donec probetur in contrarium, si persona est honesta, d.lxxxvi. Tanta nequitia<sup>25</sup>, C.xxxi. q.ii. Si uerum esse<sup>26</sup>, de con. d.iiii. Cum itaque<sup>27</sup>, C.xi. q.i. Quicumque<sup>28</sup>, de con. d.iiii. Placuit<sup>29</sup>; C.iiii. q.iii. § Iurisiurandi<sup>30</sup>, C.xxxiiii. q.ii. Admonere<sup>31</sup>, C.vi. q.ii. § i.<sup>32</sup>, C.ii. q.v. § i. et c.i.<sup>33</sup> Vsque *in canonica degere uita*. Hoc consilii est, non precepti. Quicumque enim infra annos pubertatis et inuitus fuerit in monasterio positus, nec ibi esse, nec canonicum cogebatur suscipere habitum nisi uelit. Vnde de isto et consimilibus queritur an liceat eis reuersis ad seculum uxores ducere et more secularium conuersari. Et dicimus quod si ante xiiii. annum intrauit quis monasterium et processu temporis noluerit ratum habere quod fecit, exire licite poterit, ut supra, C.e. q.i. Illud<sup>34</sup> et ad nuptias conuolare, ut in Extra. c. Ad nostram noueris<sup>35</sup> et c. Super eo quod<sup>36</sup>. Ibidem dicimus de eo qui in probatione fuit, ut in eodem c. continetur, Super eo quod statutum<sup>37</sup>. Qui uero sine probatione intrauit, si infra triduum depositus habitum, similia facere non prohibetur, ut in Extra.

---

11 habitum ] religionis add. **Ba** susceptum *om.* **Lp** 12 succederet ] succederent **Lr Lp** ]  
*succedat Ba* quoad ] ad hoc **Lr Lp** 13 ipsum ] patrem add. **A** eiusdem ] illius **Ba**  
**P** *om.* **A** 14 eius *om.* **A** 16 viii. ] ix. **Lr Lp** ei *om.* **Lp** a maiore ] amore **Lr** ] a  
more **La** 19 si ] suam **Lr Lp** ] tamen add. **A R P** persona] personam **Lr Lp** est ]  
esse **Lr Lp** ] sit **R P** honesta] honestam **Lr Lp** ] ut arg. add. **A** 20 esse] constet add.  
**Ba** C.xi. ] C. xxi. **P** 21 Placuit; ] contra add. **A** Iurisiurandi ] contra add. **Ba R P**  
22 Admonere ] contra add. **Ba P** vi. ] viii. **R** § i. ] contra add. **Ba R** c.i. ] contra add.  
**Ba R** 23 Quicumque] Cum **Ba P** 24 nec<sup>1</sup>] et **Lp** nec<sup>2</sup>] et **Lp** 25 suscipere  
*om.* **Lp** uelit] uellet **Lp Ba A R P** 29 noueris] nouerimus **Lp** 30 Ibidem ] Idem  
**Ba R P** Ibidem - 31 statutum *om.* **A** 31 continetur] Et add. **Lr R** Super eo *om.* **Lr**  
Super - statutum] Etiam quod constitutum **Lp** statutum *om.* **R P** 32 infra ] etiam  
**Lr Lp** depositus] depositus **Lp**

---

<sup>23</sup>C.8 q.1 c.5      <sup>24</sup>C.7 q.1 c.17      <sup>25</sup>D.86 c.24      <sup>26</sup>C.31 q.2 c.1; cf. SL C.20 q.3 c.4 v. *Presens*,  
*in locum eius succederet*, *Sub testificatione*      <sup>27</sup>De cons. D.4 c.112      <sup>28</sup>C.11 q.1 c.35      <sup>29</sup>De  
cons. D.4 c.111      <sup>30</sup>C.4 q.3 c.3 § 37      <sup>31</sup>C.33 q.2 c.8      <sup>32</sup>C.4 q.2-3 p.c.3 § 1      <sup>33</sup>C.2 q.5  
a.c.1, c.1      <sup>34</sup>C.20 q.1 c.10      <sup>35</sup>1 Comp. 3.27.8 (=X 3.31.8), JL 13854      <sup>36</sup>1 Comp. 3.27.9  
(=X 3.31.9), JL 13946      <sup>37</sup>1 Comp. 3.27.9 (=X 3.31.9), JL 13946

Ad nostram<sup>38</sup>.

5. *Constituit usque perseverare cogantur*, quia, licet ab initio fuissent illecti  
 35 propter quod minime consensisse uidentur, tamen fit eis preiudicium quia ex  
 post facto consenserunt. Et hoc de adultis et discretis intelligas. Secus uero  
 esset de paruulis, ut in Extra. c. Ad nostram<sup>39</sup>.

<Q. III>

1. *Virgines*. Quod de uirginibus hic dicitur, scilicet quod uirgines  
 Deo dedicate, etiam abbatissis inuitis, possunt ad districtiorem regulam  
 conuolare, idem credimus et in hoc casu de monachis esse dicendum,  
 5 nec tunc eorum aliquis poterit uelut transgressor argui uel contra legem  
 obedientie fecisse uideri. Nec enim contra obedientiam dicitur uenire qui  
 asperiori regule colla supponit, ut in Extra. c. Ad petitionem<sup>40</sup>. Alii uero  
 distinguunt utrum prius monasterium fuerit solutum uel regulare. In primo  
 casu habet locum quod hic dicitur, in secundo nequaquam.
- 10 2. *Monacho* usque uotum. Subaudi abstinentie durioris. Vel de uoto  
 peregrinationis hoc intelligitur quod nequit a monachis fieri sine maioris  
 licentia, quia propriam uoluntatem non habent, ut supra C.xii. q.i. Non  
 dicatis<sup>41</sup>.
- 15 3. *Monachum* usque retinere presumat, nisi ad frugem melioris uite  
 conuolauerit<sup>42</sup>. Et sic intelligas omnia capitula que in hunc modum  
 loquuntur.

34 Constituit om. Lr Lp illecti] infecti Lp ] infecti A 35 propter] per  
 A preiudicium] preiudicio Lr Lp 36 post facto] ex profecto A

<Q. IIII>

2 Quod - uirgines om. Lr Lp R (omoio.) de om. A 3 dedicate] dicate A R districtiorem]  
 strictiorem Ba 6 uideri] uidetur A enim] ei Lr Lp contra om. Lr ] ex Lp  
 8 prius] hoc A ] huiusmodi P 10 Monacho] Monachis non licet Ba ] Monachis A

<sup>38</sup>1 Comp. 3.27.8 (=X 3.31.8), JL 13854      <sup>39</sup>1 Comp. 3.27.8 (=X 3.31.8), JL 13854      <sup>40</sup>1  
 Comp. 3.27.1 (=X -), JL 13972      <sup>41</sup>C.12 q.1 c.11; cf. SL C.20 q.4 c.2      <sup>42</sup>Cf. SL C.20 q.4 c.3  
 v. Monachum usque retinere

## &lt;CAVSA XXI&gt;

*Archipresbiter cuiusdam.*

## &lt;Q. I&gt;

*In duabus ecclesiis.* Quid circa presentem articulum teneas, in scripturis patrum nostrorum satis plenarie poteris inuenire, scilicet quod nemini liceat duabus ecclesiis uel quoad titulum uel quoad stipendium de iure 5 communi possidere. Potest tamen quis duabus ecclesiis tamquam uerus prelatus preesse si specialiter ei a summo pontifice sit indultum, ut infra e. q. c.ult.<sup>1</sup> et supra C.xvi. q.i. Temporis<sup>2</sup>. In diuersis autem ecclesiis potest quis stipendia percipere in eo dumtaxat casu, si una ei ad necessaria non uidetur sufficere, ut supra C.x. q.ult. Vnio<sup>3</sup> et d.lxx. Sanctorum canonum<sup>4</sup> 10 et in Extra. c. Referente<sup>5</sup>. Et usque adeo regulariter obtinet quod dicimus, quod si prelatus alicui habenti duas ecclesias quarum una sufficit, etiam non seruato iudicario ordine unam abstulerit, non cogitur ei restituere, sed debet eam potius alicui indigenti concedere, ut in Extra. c. Referente<sup>6</sup>. Sed hoc quod dicimus non approbant, sed potius infirmare conantur, qui nobis 15 consuetudinem contrariam nituntur obicere, cum propositum nostrum sit ostendere, non quid Rome fiat sed quid Rome fieri debeat. Latius tamen hoc tractauimus cum illi c. incumbebamus quod est supra d.lxx. Sanctorum<sup>7</sup>.

1. *Clericus usque non debet conscribi*, idest intitulari. Nam antiquitus omnium clericorum nomina alicui ecclesie deseruientium in quadam carta 20 scribebantur que matricula uocabatur ut supra d.l. Contumaces<sup>8</sup>.

<sup>2</sup> *Archipresbiter om. P*

<Q. I>

<sup>2</sup> *In duabus*] Et noualibus Lr om. Lp ecclesiis om. Lp Quid] Quiddam Lr Lp  
scripturis] scriptis Ba A R P 4 liceat] in add. Ba uel - titulum om. P 6 ei  
om. Lp] hoc A sit] fuerit Ba 7 Temporis] Et praem. A autem] tamen Ba  
8 stipendia] accipere et add. Ba percipere] accipere Lp ad] nature add. Lr Lp P  
non om. Lr 9 uidetur] uidetur repetit Lr 10 dicimus] habemus Lp 12 abstulerit  
om. R non<sup>2</sup> - restituere] non tenetur ei restituere nec cogitur Ba 13 potius om.  
A Referente] et uag. add. Lr] et usque add. Lp 14 qui] quod Lr Lp 16 Rome<sup>2</sup>  
om. Lp A P 17 est om. Lr 18 Clericus - 20 Contumaces om. Lr non] nullus F  
19 quadam carta] quandam cartam R 20 que matricula om. A

<sup>1</sup>C.21 q.1 c.16    <sup>2</sup>C.7 q.1 c.44    <sup>3</sup>C.10 q.3 c.3    <sup>4</sup>D.70 c.2    <sup>5</sup>1 Comp. 3.5.9 (=X 3.5.7),  
JL 14168    <sup>6</sup>1 Comp. 3.5.9 (=X 3.5.7), JL 14168    <sup>7</sup>D.70 c.2    <sup>8</sup>D.50 c.21

5. *Relatio usque ut sacerdos proprius.* Et nota quod istud 'ut' non est similitudinarium sed ueritatis expressuum.

### <Q. II>

*§ Qui uero.*

2. *Placuit usque ordinis,* idest officii executione, sicut sequens littera uidetur innuere. Si enim degradatus esset, non posset de leui restitu. Vsque  
5 *licentia,* que scilicet propagatur et dilatatur per exemplum.

5. *Precipimus usque conducticis.* Non enim debent sacerdotes sub anno pretio constitui in ecclesiis 'quia dum sacerdotium sub huiusmodi mercede uenale disponitur, ad eterne retributionis premium consideratio non habebitur', ut in Extra. c. Quoniam enormis<sup>9</sup>. Sed de uicariis queritur, an  
10 ipsi uel qui eos sub anno pretio et certa pensione in ecclesiis constituunt, an sint huius canonis transgressores. Quod non uidetur, quia et talis est consuetudo generalis ecclesie et summus pontifex non uidetur improbare et ideo maxime. Vicario enim cura animarum non committitur, sed officiorum uicaria executio commendatur. Sed de uicario queritur qui ab aliquo est in  
15 aliqua ecclesia constitutus, an a successore constituentis possit ab ecclesia remoueri. Quod non uidetur summus pontifex approbare, in Extra. c. Quamuis simus<sup>10</sup>.

### <Q. III>

*§ Quod uero.*

1. *Omnis usque a sacrato ordine,* scilicet clericorum. Vnde quidam tamen

---

### <Q. II>

6 sub anno] subaudi Lr Lp 10 et om. Lp et certa pensione] certam pensionem Lr Lp 11 et om. A 12 uidetur] hoc add. Ba A R P 15 a om. Lp constituentis] instituentis Lp Ba A R 16 in] ut *praem.* A 17 Quamuis simus] Quem iussimus Lr Lp simus] debitores add. Ba

### <Q. III>

3 a sacrato] ad sacratos Lr ] ad sacros Lp ordine] ordines Lr Lp Vnde om. Ba P

---

<sup>9</sup>1 Comp. 5.3.3 (=X 5.4.3), JL –; Con. Tur., anno 1163, c.5 Illud), JL 14156; cf. SL C.21 q.1 c. 5

<sup>10</sup>1 Comp. 3.33.10 (= X 3.38.8,

sunt qui asserunt hanc prohibitionem in sacris dumtaxat ordinibus esse factam, ut infra e. q. c.iii.<sup>11</sup>

3. *Episcopi usque diaconi.* Et nota quod de subdiaconibus non uidetur fieri mentio, nec facta est hec prohibitio nisi de reliquis inferioribus clericis, ut supra e. q. c.i.<sup>12</sup>

4. *Sine ornatu sacerdotali*, qui in uestibus et capitis tonsura consistit per que clerici a laicis discernuntur. Vsque *ut aliquis secularium*. Hinc collige eum non esse sacrilegum qui clericum uerberat in habitu clericorum non incidentem, si tamen eum esse clericum ignorauit, ut C.xvi. q.iii. Porro<sup>13</sup>, C.xvii. q.iii. Quisquis<sup>14</sup>, C.xvi. q.i. Generaliter<sup>15</sup>, C.xxiii. q.ult. Quicumque<sup>16</sup>, C.xxiii. q.i. Militare<sup>17</sup>, Bur. lib. iii. Vt presbiteri<sup>18</sup>. 'Clerici enim qui relichto habitu suo et officio intonsi et tamquam laici conuersantur, si in criminibus comprehensi tenentur, per ecclesiasticam liberari iustitiam non precipimus. Tales enim inter apostatas numerandos sanctorum patrum statuta declarant. Sacerdotibus enim tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodum facere presumpserint et occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam a laicis capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri per quos constat in ecclesia scandalum generari', ut in Extra. c. Presbiterum<sup>19</sup>.

## &lt;Q. V&gt;

§ *Suum uero.*

2. *Si quis usque imperialibus auribus.* Subaudi petendo cognitionem publicorum iudiciorum. Episcopale iudicium licet clericis ab imperatore

4 hanc *om.* **Lp**      6 usque] *et add.* **Ba R P**      7 est] esse **A**      nisi] nec **A**      10 *ut*]  
*ubi Lr Lp aut Ba*      12 *ut*] arg. *add.* **A**      16 tenentur] teneantur **A**      iustitiam]  
disciplinam **Lp**      17 inter] apud **A**      18 enim] *et Lp*] etiam **A**      denunties]  
denuntiantes **Lr Lp**      ne *om.* **Lr Lp**      19 eorum *om.* **Lr**      21 capiantur] incipientur  
**Lp** ecclesia - 22 in *om.* **Lp** ab ecclesia] ad secula **Lr**      22 Presbiterum] Prohibimus **Lp**

<Q. V>

4 Episcopale] uero *add.* **Ba A R**      licet] *a add.* **Lr Lp**

<sup>11</sup>C.21 q.4 c.3      <sup>12</sup>C.21 q.4 c.1      <sup>13</sup>C.16 q.3 c.14      <sup>14</sup>C.17 q.4 c.21      <sup>15</sup>C.16 q.1 c.40

<sup>16</sup>C.23 q.8 c.6      <sup>17</sup>C.23 q.1 c.5      <sup>18</sup>Bur. 3.115; PL 140.695      <sup>19</sup>1 Comp. 3.6.2 (=X 3.6.2), JL  
8959

5 impetere<sup>20</sup>, ut supra C.xi. q.i. Placuit<sup>21</sup>.

3. *Si quis cuiuslibet usque ab ecclesiis quibus prefuit.* Hinc habes quod pluribus ecclesiis unus preesse potest, ut supra C.x. q.iii. Vnio<sup>22</sup>. Vsque quo, idest que pena. *Nec etatem*, scilicet doli capacem. Secus uero esset de puerō simplici quem excipit a correptionis censura, ut infra de con. d.iiii.  
10 Eos quos<sup>23</sup>.

4. *Si forte usque reconciliauerit.* Subaudi si poterit. Non enim tenetur quilibet reconciliare episcopo, sed tenetur eum non defendere.

5 impetere ] impetrare **A P**      6 *cuiuslibet* ] honoris add. **Lp Ba**      *prefuit* ] presunt **Lr Lp**  
 7 preesse ] non add. **Lr Lp**      8 *que* ] qua **A**      scilicet] idest **A**      9 correptionis]  
 correptione **Lp R P**] coherence **Ba**      12 quilibet] eum add. **Ba A R P**      sed ] si **R**  
 non *om.* **Lr**

<sup>20</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 363      <sup>21</sup>C.11 q.1 c.11; cf. SL C.21 q.5 c. 2 v. *imperialibus auribus*

<sup>22</sup>C.10 q.3 c.3      <sup>23</sup>De cons. D.4 c.118; cf. SL C.21 q.5 c. 3 v. *Si quis, qua, nec etatem*

## &lt;CAVSA XXII&gt;

*Quidam episcopus.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod iuramentum usque est est, non non.* Expone sic de re: 'est, est', scilicet que est. Vel 'non non', de re que non est. Et secundum hoc geminatio ad maiorem affirmationem inseretur, ut ibi: 'Deus, Deus meus quare me dereliquisti?'<sup>1</sup> Vel affirmatio et negatio duplicatur quia et ore cordis et ore corporis debemus asserenda asserere et neganda negare. Non enim debet homo loqui in corde et corde ut aliud dictet intentio et aliud uerba socientur. Verba enim debent intentioni seruire, non intentio uerbis, ut infra C.e. q.v. Humane<sup>2</sup>. Verba etenim ideo sunt inuenta ut eis quisque cogitationes in alterius notitiam proferat, ut infra C.e. q.ii. Quis<sup>3</sup>.

4. *Vt noueritis usque iurasse*, cum dixit cotidie etc. Vsque *per gloriam uestram*. Et nota quod sic debet exponi hic littera ut in hiis uerbis forma iuramenti appareat: 'per Iesum Christum iuro apud quem iam habeo gloriam de nostra conuersione meo ministerio facta'. Et hoc dicere fuit iuramentum prestare. Vel iuro per auctorem immortalitatis uobis. Idem in epistola ad Romanos fecisse legitur Apostolus cum dixit: 'Testis est michi Deus'<sup>4</sup>. Et in epistola ad Hebreos uidetur Apostolus iuramentum approbare cum dixit: 'finis omnium litium est iuramentum'<sup>5</sup>.

12. *Habemus usque in nomine meo*, idest quoties iurabis in nomine meo non periurabis<sup>6</sup>.

2 *Quidam om. P episcopus*] *iurauit falsum* etc. add. **Ba**

<Q. I>

2 *est est, non om. Lr Lp* sic] esse add. **Lr Lp** de re *om. A est*<sup>1</sup> - 3 *non*<sup>2</sup>] uel non uidetur **Lr** *est*<sup>1</sup> - 3 *est om. Lp* 2-3 scilicet que] dicere quod **A** 3 *non*<sup>2</sup> *om. Lp* de re] dicere **A** que] quod **Lp A** non est] que uel non est add. **Lp** 4 affirmationem] infirmationem **Lr Lp** 5 *Vel*] ideo add. **A** 7 et] ut **A** dictet] dicet **Lr** uerba] oratio **Ba** socientur] sonent **Lp A R**] sonet **Ba** 8 *non*] et **Lp** 9 cogitationes] suas add. **Ba A R P** 10 *Quis*] *Is Ba*] *His A R P* 11 etc. *om. A* 12 *hic om. Ba R*] *hec A P* 13 *iuro om. A* 14 *nostra*] *uesta A* conuersione] conuersatione **Lp** Et] ita add. **Ba A** 15 *uobis*] dande add. **Ba A P** 16 *epistola*] quam add. **Lp** cum *om. Lr Lp*

<sup>1</sup>Ps 21,2      <sup>2</sup>C.22 q.5 c.11      <sup>3</sup>C.22 q.2 c.4 ; cf. SL C. 22 q.1 pr. v. *Quod iuramentum usque Est est, non non*      <sup>4</sup>Rm 1,9      <sup>5</sup>Hb 6,16      <sup>6</sup>Cf. SL C.22 q.1 c.12

14. (p.c.) § *Ex premissis usque ex penali enim infirmitate*, que est pena. Innocens autem credit omni uerbo, ut infra C. e. q.iii. Innocens<sup>7</sup>, quod tamen contra fidei articulos manifeste non fuit.

15. *Quamuis dictum sit*. Subaudi a Iacobo apostolo qui dixit: 'ante omnia, fratres, nolite iurare omnino'<sup>8</sup>. Vsque *iurationem recipiamus*, nisi cum scimus eum falsum esse iuramentum. Tunc enim prohibitum est ne iuramentum talium recipiamus, ut infra e. q.v. Ille, Qui exigit<sup>9</sup>.

16. *Mouet te usque quo fide seruauit*. Hic respondet Augustinus tacite questioni: diceret enim aliquis, cum infideles fidem non habeant, quomodo dicis eos fidem posse seruare? Respondet quod non de fidei uirtute que in solis bonis est, hic agitur, sed de alia quam et demones habent. Demones contremiscunt<sup>10</sup>. Vnde debes scire quod in hoc decretorum opere fides tribus modis accipitur, scilicet fides humanorum placitorum et christiane religionis, ut hic, et pro conscientia, ut infra, C.xxviii. q.i. Omne<sup>11</sup>. Quod non est ex fide, idest quidquid fit contra conscientiam. Sic enim ibi fides accipitur<sup>12</sup>.

16. (p.c.) § *Sicut etiam usque non haberet in me potestatem*. Hinc uolunt quidam colligere quod potestas peccandi est a Deo, a quo est omnis potestas, sicut multiplex testatur auctoritas, infra C.prox. q.i. Quid culpatur<sup>13</sup>. Quidam tamen in contrarium sentiunt et hec uerba per negationem dicunt esse intelligenda in hunc modum: 'si potestatem in me haberet, desuper tibi esset data et concessa'<sup>14</sup>. Vel de facto in eum potestatem habuit uel habere uidebatur<sup>15</sup>.

17. *Preiudicandum est usque ad confessionem uenire noluerit ab ecclesia est*

21 usque om. Lr Lp A P infirmitate] idest ex infirmitate add. Ba A P pena] quia add. Ba<sup>pc</sup> 22 autem om. Lp Ba R credit] credere Lp 23 fuit] sit Lp P ] fit A 24 a om. Lr Lp apostolo] episcopo Lr Lp 25 iurationem] non add. Ba 26 eum om. Lp falsum] factum Lp<sup>ac</sup> iuramentum] iuraturum Lp 27 ut] et A 28 Mouet] Donec Lr Lp ] Mouete A fide] fidem F 29 questioni] obiectioni Lp quomodo] qua A 30 de om. Lp fidei] fide A 31 alia] illa Lp Demones] credunt enim et add. Ba A P] qui credunt et R 33 accipitur] dicitur Ba 34 conscientia] scientia Lp<sup>ac</sup> 35 fit om. R 37 Sicut] Sic F 39 infra - culpatur om. Ba 44 Preiudicandum] Predicandum Lr Lp Ba A uenire] transire A

<sup>7</sup>C.22 q.4 c.23      <sup>8</sup>Ic 5,12      <sup>9</sup>C.22 q.5 c.5,6; cf. SL C.22 q.1 c. 15 v. recipiamus      <sup>10</sup>Ic 2,20; cf. Augustinus Hippone, *Epistolae 1*, PL 33.533      <sup>11</sup>C.27 q.2 c.10      <sup>12</sup>Cf. SL C.22 q.1 c.16 v. quo fidem seruauit      <sup>13</sup>C.23 q.1 c.4      <sup>14</sup>Io 19,11      <sup>15</sup>Cf. SL C.22 q.1 p.c.16 v. potestatem

- 45 *repellendus*. Vnde ad testes cogendos hoc potest induci, ut de con. d.ii. Si non sunt<sup>16</sup>, C.xi. q.iii. Quisquis<sup>17</sup>, C.iii. q.i. Illi qui<sup>18</sup>, C.i. q.i. Quisquis<sup>19</sup>, in Extra. c. Dilecti<sup>20</sup>, C.xiv. q.ii. Quamquam<sup>21</sup>; ut in Extra. c. Quamuis simus<sup>22</sup>, contra.

## <Q. II>

§ *Quod autem.*

1. *In dolo iurat qui aliter facturus est*. Subaudi ex proposito. Nam si promisi tibi decem et gerebam in animo quod essem daturus, licet ex accidenti sit factum quod non possum soluere, non tamen ero periurus reatu periurii, licet sim iuramenti transgressor, ubi uenialis est culpa, ut supra d.xxv. § Criminis<sup>23</sup>.
2. *Animaduertendum usque ueritatem*. Et est sciendum quod duplex est ueritas, rei et conscientie. Conscientie ueritas est cum quis asseuerat aliquid quod uerum esse existimat. Rei autem ueritas est cum res sic se habet ut dicitur. Et nota quod utraque est necessaria. Veritas tamen conscientie sufficit sine rei ueritate, sed non econuerso, ut uerbi gratia: si queris a me, pluit in Africa? et dico pluit, quia sic credo uerum esse, non iudicabor mendax, licet ueritas aliter se habeat<sup>24</sup>. Cum enim non habeam ream mentem nec ream linguam habere possum, ut infra e. q. Homines<sup>25</sup>. Nam si rem apud me depositam aliter tractem quam depositor concessit, non indistincte dicar furtum committere. Sed credam eum concessurum ut sic uterer, quamuis non concessit, non tamen furtum committere dicor, ut in Inst. lib. iiiii. l.i. § Furtum autem fit<sup>26</sup>.

45 Vnde ] Nunc **Ba** ut] arg. add. **A** 46 C.iii.] C.vi. **A**  
**R P** 47 C.xiv. - contra *om.* **R** ut] infra **A**

## <Q. II>

5 tamen *om.* **Lp** ero] ex eo **Lr Lp** 6 iuramenti *om.* **Lp** 7 Criminis] appellatio  
*add.* **Ba A R P** 8 *Animaduertendum*] *Aduertendum* **Lp** 9 *rei*] ueritas *add.* **Lp** et]  
*ueritas* *add.* **Lp** Conscientie] autem *add.* **Ba** ueritas<sup>2</sup>] et *praem.* **Lr** asseuerat]  
*affirmat* **Lp**] *asserit* **R** aliquid *om.* **Lp** 10 autem] ueritas **Ba** 12 ut *om.* **A R**  
14 licet] *rei* *add.* **Ba A R P** habeam] habebam **Lr** ream *om.* **P** 16 concessit]  
concesserit **A** 17 Sed credam] Si enim (enim *om.* **R**) credebam **Ba A R P** 18 concessit]  
concessum **Lp**

<sup>16</sup>De cons. D.2 c.15      <sup>17</sup>C.11 q.3 c.80      <sup>18</sup>C.6 q.1 c.3      <sup>19</sup>C.1 q.1 c.5      <sup>20</sup>Collectio  
Wigorniensis 6.37; 1 Comp. 2.20.1; JL 13934      <sup>21</sup>C.14 q.2 c.2      <sup>22</sup>1 Comp. 1.21.7 (=X 1.29.6),  
JL 14156      <sup>23</sup>D.25 p.c.3 § 4; cf. SL C.22 q.2 c. 1 v. *In dolo usque quam promittit*      <sup>24</sup>Cf. SL  
C.22 q.2 c. 2 v. *Animaduertendum est usque ueritatem*      <sup>25</sup>C.22 q.2 c.3      <sup>26</sup>Inst. 4.1.6

20 5. *Beatus usque minime constitisse sententia.* Hic habes quod si aliquid facturum promisit et iusta de causa mutauit consilium, non est de leuitate notandus. Sapiens enim tunc mutat consilium cum aliquid prudentius meditatur, ut supra C.xii. q.i. Certe ego sum<sup>27</sup>. Habes etiam quod non sunt aliqui iudicandi contrarii, licet diuersa appetant, si ad unum eundemque finem uoluntates eorum intendant, ut supra C.viii. q.i. In scripturis<sup>28</sup> et infra de con. d.ii. Cotidie<sup>29</sup>. Licet enim Petrus diceret: 'non lauabis michi pedes in eternum'<sup>30</sup> et Dominus contra: 'nisi lauero tibi pedes, non habebis partem in celis'<sup>31</sup>, non tamen erant contrarii nec poterant iudicari quia, licet diuersa dicerent, una tamen et eadem erat uoluntas. Nam Dominus causa humilitatis uolebat pedes lauare discipulis, Petrus uero propter reuerentiam et deuotionem ad pedes lauandos non patiebatur flecti suos Magistrum.

30 9. *Cum humilitatis.* Hic queritur an ecclesia, quod absit, mentiatur cotidie uel qualiter ualeat a mendacii periculo excusari cum unusquisque asserat et fateatur se in omnibus uitiis male peccasse in quibus miser homo peccare potest et in quibusdam se peccasse asserit quorum ipsa conscientia non remordet. Videtur ergo, prout hic dicitur, quod mentiendo transgressor est constitutus. Ad hoc dicere possumus et sic ecclesiam excusare quod unusquisque in persona ecclesie loquitur et confitetur in qua sunt quidam qui et hec et alia commiserunt peccata. Alii uero dicunt hoc numquam esse dicendum, scilicet in quibus miser homo peccare potest, tamen possumus cum ecclesia matre nostra secure hoc dicere ita ut tamen hunc intellectum habeamus in uerbis in omnibus uitiis malis, idest confiteor

20 Hic ] Hinc A si om. Lr ] quis se add. Ba A R P 21 facturum ] facturus Lr promisit ] proposuit A P non - 22 consilium om. P (omoio.) est ] etiam add. A 23 q.i. ] q.ii. Lr Lp sum om. Ba A 25 uoluntates ] uoluntas Lp R eorum ] eorundem Lr intendant ] deuenerunt Lr ] deuenit Lp R ] tendant A ut ] hic et add. Ba A P viii ] ix. Lr Lp 27 contra ] econtra A tibi pedes ] te Ba 28 in celis ] mecum Ba A R P nec ] curuus add. A P poterant ] poterat A P licet om. P 29 dicerent ] essent eorum uolita (uoluntates Ba) Ba A P erat ] eorum add. Ba A P causa ] fine Ba<sup>ac</sup> A P 30 uero] autem Lp propter ] fine Ba A P reuerentiam ] reuerentie Ba A P 31 deuotionem ] deuotionis Ba A P lauandos om. R flecti ] et inclinari ] add. Ba A P suos ] dominum suum et Lp Magistrum ] Vnde cum humilitatis (humilitas A P) et reuerentie (reuerentia A P) non sint contrarie uirtutes, nec eorum uoluntates contrarie sunt dicende add. Lp<sup>pc</sup> Ba A P 33 uel] et A 34 male om. Lp A in quibus - 35 peccasse om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.) 35 ipsa] ipsam Ba A R P conscientia ] consentiam Ba non] eos praem. Lp 39 et<sup>1</sup> om. A P alia] illa A P 41 ita] om. Lr Lp A P 42 habeamus om. Lp in<sup>2</sup> om. Ba uitiis] meis add. Lp

27C.12 q.1 c.18

28C.8 q.1 c.9

29De cons. D.2 c.13

30Io 13,8

31Io 13,8

me peccasse omnibus illis modis in quibus miser homo peccasse potest, scilicet cogitatione, locutione et opere. Hiis enim dumtaxat modis omne  
45 actuale peccatum committitur nec inuenitur quarta origo peccati. Et ita non comprehenduntur hic singula generum, sed genera singulorum.

14. *Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem.* Hic queritur an debeat homo potius uinculo mendacii se ligare quam hominem perdat cui uidet mortis periculum imminere. Et quidam asserunt, sicut Augustinus in principio  
50 huius c. uidetur asserere, quod nec hominem prodere nec mendacium debet proferre, sed in hoc casu licitum est ei ueritatem occultare. Mentiri enim ideo non debet homo quia periculosa est compensatio ut nos committamus minima ut alii uitent grauiora peccata, ut supra d.xiv. c.i.<sup>32</sup> Quid autem  
55 si ille qui hominem insequitur ex taciturnitate tua affirmatio tollitur, quia qui tacet consentire uidetur<sup>33</sup>, et eum insequitur et occidit, numquid tibi imputabitur? Nequaquam. Semel enim es functus officio tuo et absit ut ea que propter bonum et licitum facimus, si aliquod malum inde preter nostram uoluntatem accidit, quod nobis debeat imputari, ut infra C.xxiii. q.v. De occidendis<sup>34</sup>. Quidam tamen de perfectis tantum hoc intelligunt quibus  
60 nec in hoc casu licitum est mentiri, quia quod aliis est ueniale, eis uidetur esse mortale, ut infra C.xxxii. q.v. Qui uiderit<sup>35</sup>. Vsque non enim cogitabat furentem posse repetere. Hinc collige quod in quolibet uoto, iuramento uel promisso seu contractu debet quelibet licita conditio subintelligi, C.xxvii. q.ii. § ii.<sup>36</sup>, C.xxii. q.ii. Beatus<sup>37</sup>.

65 18. *Quod ait usque ut exitus docuit.* Hinc collige quod per sequentia interdum precedentia cognoscuntur, C.xxxiiii. q.i. c.i.<sup>38</sup>, C.i. q.i. Constat<sup>39</sup>, d.xviii. Peruenit<sup>40</sup>, C.xxxiiii. q.i. Non satis<sup>41</sup>, d.l. Si quis prepostera<sup>42</sup>, d.l. Si

43 in *om.* **Lp A** peccasse] peccare **A P** 47 *et spiritualem*] hominem **Ba A P** 48 mendacii] iudicii **Ba** 51 proferre] prodere **Ba** est *om.* **Lr** 52 ideo *om.* **Lp A P** homo *om.* **Ba** ] enim *repetit R<sup>ac</sup>* est] huiusmodi *add.* **Ba** ] hec *add.* **A P** 54 affirmatio] affirmationem **Ba A R P** tollitur] colligit **Ba A P** ] collecta **R** quia] *om.* **Ba** 55 qui] enim *add.* **Ba** ] quod **P** numquid] nequaquam **Lp** 56 Nequaquam *om.* **Lp** enim *om.* **P** functus] unctus **R** 57 et] ac **A** inde *om.* **Ba P** 58 xxiiii] xiii **Lr Lp** 59 tantum *om.* **R** hoc *om.* **A** intelligunt] intelligitur **P** 60 ueniale] hoc *add.* **A P** 63 subintelligi] ut arg. *add.* **A** 65 *ut*] ubi **Lr Lp** sequentia] consequentia **Lp** 66 cognoscuntur] intelliguntur **R** ] ut arg. *add.* **A** xxxiiii. ] xxxiiii. **A**

<sup>32</sup>D.14 c.1      <sup>33</sup>Cf. Dig. 19.2.13 § 11      <sup>34</sup>C.23 q.5 c8      <sup>35</sup>C.32 q.5 c.13      <sup>36</sup>C.27 q.2 p.c.2

<sup>37</sup>C.22 q.2 c.5; cf. SL C.22 q. 2 c.14 v. *non enim cogitabat*      <sup>38</sup>C.34 q.1 c.1      <sup>39</sup>C.1 q.1 c.111

<sup>40</sup>D.18 c.6      <sup>41</sup>C.34 q.1-2 c.3      <sup>42</sup>D.50 c.27

quis diaconus<sup>43</sup>, C.xxvi. q.ult. De hiis uero<sup>44</sup>.

19. *Si quis usque rerum alienarum raptum, idest dicat licitum esse res alienas rapere<sup>45</sup> sicut in Testamento Veteri filii Israel uasa aurea et argentea Egiptiis abstulerunt<sup>46</sup>. Vsque quanta animaduersione ueritas insequitur.* Dicit enim per Apostolum, 'non uos iudicantes Romani, sed date locum ire<sup>47</sup> et 'michi uindictam et ego retribuam'<sup>48</sup>, dicit Dominus.
20. *Si quelibet culpa usque merces que eis potuit in eterna uita retribui.* De mendacio obstetricum hic queritur, an fuit mortale uel ueniale peccatum, uel quod si mortale fuit peccatum, nulla ergo, nec eterna, nec temporalis debuit eis merces retribui, cum nichil nisi pena pro peccato mortali debeat solui. Si uero uenialis culpa fuit, non debuit impedire quo minus eis remuneratio uite eterne daretur, cum ueniale peccatum non priuet hominem premio uite. Simul enim potest quis et peccatum ueniale habere et uita eterna esse dignus. Ad hoc potest dici secundum quorundam opinionem, quod mendacium obstetricum mortale fuit peccatum. Vnde pro eo nullam remunerationem sunt consecute. Quod uero legitur quod eis mentientibus domos et familias dedit Dominus, non pro mendacio sed pro pietate dicimus esse factum, quod pueros seruauerunt. Quidam tamen dicunt quod pro bono malefacto temporalis remuneratio datur alicui; qui causa uane laudis et ut uenetur fauorem humanum elemosinam erogat et largitur temporalem mercedem accipit, scilicet humanum fauorem quem uenatur et sequitur. Vnde de talibus dicitur: 'recepert mercedem suam'<sup>49</sup>, scilicet laudem et fauorem populi. Alii dicunt quod mendacium illud ueniale peccatum fuit nec propter hoc eis fuit premium uite eterne subtractum quod non habuerunt, sed potius ueniale peccatum impediuit ne eis uita eterna daretur quod fieret si ex caritate pueris pepercissent. Vnde et hic dicitur quod eis

71 *insequitur*] *inquiritur Lr Lp* 72 *Romani*] *huiusmodi Lr Lp* et] *alibi add. Ba om. R*  
 74 *Si*] *tamen add. Ba* 75 *merces*] *meritum Lp* 76 *potuit*] *poterit Lr Lp* 77 *queritur*]  
*loquitur Lp Ba* 78 *uel*] *an A R* 79 *peccatum*] *delictum Ba P* 80 *uel om. Ba R*] *et A P*  
*quod*] *quid A*] *quidem P* 81 *peccatum*] *delictum Ba* 82 *eis*] *ei Lr Lp* 83 *uite*]  
*eterne add. A P* 84 *Simul enim*] *Et cui similis ei Lr Lp* 85 *habere om. Lr* 86 *uero*]  
*non Lp* 87 *eis*] *non praem. Lp* 88 *quod*] *quia a morte Lp Ba A*] *quia R*] *quia morte*  
*P* 89 *seruauerunt*] *seruabunt Lp A* 90 *alicui*] *nam add. Ba A*] *ut add. R* 91 *uenetur*]  
*teneat R*] *gloriam et add. Lp* 92 *scilicet*] *sed Lr Lp* 93 *de om. Lr Lp* 94 *nec - 92*  
*peccatum om. R (omoio.)* 95 *eis om. A* 96 *ueniale*] *illud add. Ba A P* 97 *peccatum*]  
*fuit illud mendacium add. Lp<sup>ac</sup>*

<sup>43</sup>D.50 c.29; cf. SL C.22 q.2 c. 18 v. *docuit*    <sup>44</sup>C.26 q.7 c.31    <sup>45</sup>Cf. SL C.22 q.2 c.19 v. *alienarum ecclesiarum raptum*    <sup>46</sup>Ex 3,22    <sup>47</sup>Rm 12,19    <sup>48</sup>Rm 12,19    <sup>49</sup>Mt 6,2; Mt 6,5; Mt 6,16

potuit in eterna uita retribui, non quod iam data esset<sup>50</sup>.

95 20. (p.c. § 1) Vsque *affectum tuum inquisiui, non factum exegi*. Hinc uolunt quidam habere quod non precepit Dominus Abrahe ut filium occideret, sed potius ut uoluntatem et obedientiam suam per signa, non dico Deo, sed aliis ostenderet<sup>51</sup>. Vnde sic exponunt illud: 'super unum montem quem monstrauro tibi, immola filium tuum'<sup>52</sup>, idest uoluntatem immolandi te habere ostende. Vnde non dixit occide, sed immola.

100 22. *Queritur usque quia filia fratris erat*. Nam et fratrem Sare scilicet Loth Abraham fratrem uocauit dicens: 'non sit rixa inter me et te, pastores meos et tuos; fratres enim sumus'<sup>53</sup>.

### <Q. III>

5 *Quod uota*. Et nota quod iuramentum tribus modis dicitur illicitum, ex eo quod iuratur, siue natura sui; ex modo iurandi et ex causa extrauenienti. In sui natura est illicitum quando id quod iuratur contra legem Mosaicam, propheticam, apostolicam uel canonicam inuenitur; et tunc ipso iure nullum est nec est aliquatenus obseruandum, in quo casu subiecta capitula intelliguntur. Ex modo iurandi est illicitum cum aliquis temere iurat se non facturum aliquid quod tamen alias licite fieri posset, ut si iuraui quod non fierem episcopus, quod tamen est obseruandum, ut supra d.lxxxv. c.i.<sup>54</sup> Ex 10 causa extrauenienti est illicitum, ut puta si quis post uotum simplex iurauit quod uxorem acciperet. Vxorem quidem accipere in sui natura non est peccatum, sed hinc est peccatum propter uotum contrarium quod precessit.

95 Vsque ] *Hoc enim praem. Ba*] *Non tamen praem. A*] *Non enim praem. R P* 96 precepit] *pepercit Lr Lp*] *pepercit A* 97 *Deo om. Lr Lp* 98 *illud om. Ba* montem] *montium A* quem] *ego add. Lp* 101 *Queritur*] *cur patriarcha add. Ba*] *cur add. A P* *quia filia*] *quod Lr Lp*] *fili* *Lr*] *filius Lp* 102 *rixa*] *Sarra Lr Lp<sup>ac</sup>* te] *et add. Ba R P* 103 *et*] *pastores add. P*

### <Q. III>

2 *uota*] *uero A R P*] *autem F* 3 *sive*] *seu A* natura] *in praem. A P* 4 *illicitum*] *licitum Lr* 6 *aliquatenus obseruandum*] *aliqua // obseruanda Lr* obseruandus] seruandus A 7 *non*] *esse add. Lp* 8 *alias*] *aliter Ba* 9 *tamen*] *iuramentum add. Ba A P* 10 *quis add. Lr* 11 *uxorem*] *non add. Lp<sup>pc</sup>* *acciperet*] *accipit Lr*] *accipiat Lp<sup>ac</sup>*] *accipere om. Lr Lp<sup>ac</sup>* est] *illicitum uel add. Lp* 12 *sed hinc est peccatum om. Lr Lp* (*omoio.*)

<sup>50</sup>Cf. SL C.22 q.2 c. 20 v. *domos* <sup>51</sup>Cf. SL C.22 q.2 p.c.20 v. *Affectum tuum inquisiui* <sup>52</sup>Gn 22,2 <sup>53</sup>Gn 13,8 <sup>54</sup>D.85 c.1

Et tunc non debet secundum quosdam, sacramenti uiolari religio, sed pro fractione uoti simplicis triennis est ei pena iniungenda, ut d.xxvii. Si uir<sup>55</sup>.

- 15 1. *Si publicis usque custodiam*, idest quam custodiendo et obseruando ea que multipliciter promisit<sup>56</sup>.
2. *Est etiam contra officium*. Officium est quod homo homini debet, pietas autem debetur Deo<sup>57</sup>.
- 20 4. *Iurauit usque et de duobus minimum elegit peccatum*. Et nota quod hic dicitur quod frangere illicitum iuramentum est peccatum, quia de genere peccatorum solet esse.
- 25 6. *Si aliquid usque neque aliquid culpe*, subaudi mortalis. Nam secundum quosdam illicitum etiam iuramentum non potest sine culpa, saltem ueniali, uiolari, quod omnia comparata nomina que ponuntur in hiis capitulois indicant et demonstrant. Vnde etiam talibus qui iuramentum frangunt imponitur penitentia, infra e. q. Qui sacramento<sup>58</sup>, licet quibusdam placeat occasione huius uerbi sine omni culpa iuramentum illicitum posse frangi.
- 30 7. *Non solum usque sine aliquo ueniali*. Nam inter duo mortalia non posse credimus aliquem implicari, nisi interueniente erronea conscientia, ut in Iudeis qui Christum occiderunt.
8. *Vnusquisque usque prophete*, idest Ioannis qui fuit propheta, cum futura predixit et plus quam propheta, cum Christum ostendit dicens: 'ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi'<sup>59</sup>. Vsque *inter uina*. Hinc collige quod ea que ebriosi faciunt non debent rata haberi, ut supra C.xv. q.i. Sane<sup>60</sup>.
- 35 9. *Incommutabilis*. Incommutabilis dicitur quia apud eum non est

---

13 tunc] quidem add. **B** **A** **P** religio] religioso **R** 14 fractione] solutione **B** **a** ei] enim **B** **a** pena] penitentia **B** **A** **P** ut] supra add. **P** 15 idest *om.* **A** et obseruando] et obseruando rep. **Lr** *om.* **P** 16 multipliciter] inutiliter **B** **A** **R** **P** 17 *officium*] Officium est add. **Lp** pietas - 18 Deo *om.* **P** 18 autem] homini add. **Lp** Deo *om.* **Lr** **Lp** 19 *de om.* **A** peccatum] peccatis **A** 22 aliquid] quid **R** 23 etiam] in **A** 25 talibus qui] cum **B** 26 imponitur] imponunt **Lr** **Lp** ] imponenda est **A** penitentia] penitentiam **Lr** **Lp** infra] ut *praem.* **A** Qui] Que **Lp** *om.* **A** ] sacramento] sacramenta **Lr** **Lp** ] sacramentum **A** 28 usque *om.* **Lr** ueniali *om.* **A** ] peccato **F** 30 occiderunt] crucifixerunt **P** 32 Christum] digito add. **B** **A** **P** 33 ecce - mundi] etc. **B** **a** 34 Sane *om.* **Lp** 35 *Incommutabilis*] Deus add. **Lr** **A** **P** Incommutabilis *om.* **Lp** non] nulla **Lp** **R**

---

<sup>55</sup>D.27 c.3      <sup>56</sup>Cf. SL C.22 q.4 c. 1 v. *custodiam*      <sup>57</sup>Cf. SL C.22 q.4 c.2 v. *est contra officium*  
<sup>58</sup>C.22 q.4 c.11      <sup>59</sup>Io 1,29      <sup>60</sup>C.15 q.1 c.7

transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Vsque *ut eradicem*. Et nota quod commutationes fuerunt iste et ideo sunt mutare, ut illud: 'adhuc xl dies et Niniue subuertetur'<sup>61</sup>, quod tamen non contingit. Subintelligebatur enim nisi egerit penitentiam. Vsque *agam ego penitentiam*. Et alibi: 'penitet me fecisse hominem'<sup>62</sup>, idest pena tenebit me pro redemptione hominis quem feci. Vel id faciam per quod penitere uidebor. Hoc autem fecit cum genus humanum aqua cataclismi deleuit.

22. *Inter cetera usque sit matrimonium*. Indecorum uidetur esse et sanctorum canonum institutionibus inimicum quod in presenti c. continetur. Cum enim Hubaldus timore necis coactus iurauit concubinam in uxorem accipere et ratione coactionis est excusandus, ut supra C.xv. q.vi. c.i. et ii.<sup>63</sup>, et ideo quia inter eos non uidetur matrimonium uel consensum interuenisse. Cum sic coactus fuerit, non uidetur consensisse. Licet enim secundum leges coacta uoluntas sit uoluntas, non tamen talis uoluntas est que matrimonium faciat. Cum enim matrimonium sine consensu non possit contrahi, ut infra C.xxvii. q.ii. § i. Sufficiat<sup>64</sup>, consensus autem fit in animo qui cogi non potest, nam corpori uis infertur, non animo, ut infra C.xxxii. q.v. § i.<sup>65</sup>, appetit quod, cum esset Hubaldus iste coactus, non consensit. Vnde licet iurauerit, non eam accipere cogebatur. Vnde potest dici quod consilium fuit, non preceptum. Vel si preceptum fuit, ideo eam accipere cogebatur, quia sua culpa ad coactionem deuenit. Vel licet ab initio non consenserit, tamen ex post facto consensit, uel potius ne contra iuramenti religionem ueniret. Quid enim si coactus iurauit accipere aliquam et aliam post adduxerit<sup>66</sup>?

36 *ut om. A ut eradicem Lr Lp*      37 commutationes] comminations A  
 38 tamen *om. Lr*      39 enim *om. Ba R*      egerit] egerint A ] agat R      Vsque ] et add. A  
*agam*] ago Lr Lp      ego] eius R      41 fecit] feci Lr Lp      43 *cetera om. Lp matrimonium*]  
 in tantum Lp      Indecorum] In quorum Lp      44 institutionibus] constitutionibus Ba A R  
 P      45 necis] mortis Lp      46 excusandus] excusatus Ba P      47 consensum] consensus  
 A      48 sic] enim Ba A P      51 xxvii.] xxxvii. Lr Lp      q.ii] q. i. Lr      autem] aut add.  
 Lr      52 nam] non A      54 non] tamen add. Lp Ba A P      eam *om. Lp*      55 Vel] Sed A  
 ideo] ergo A      56 coactionem] istam add. Ba ] illam add. A P      57 potius] ideo add. Ba  
 A P      contra iuramenti] contraria menti Lr ] contraria Lp      religionem ueniret]  
 ueniret ad religionem Lp      58 enim] autem A R P      aliquam] eam R      post] postea  
 Ba A P      adduxerit] duxerit Lp Ba ] duxi A P

<sup>61</sup>Io 3,4      <sup>62</sup>Gn 6,7      <sup>63</sup>C.15 q.1 c.1,2      <sup>64</sup>C.27 q.2 c.2 §1      <sup>65</sup>C.32 q.5 c.1      <sup>66</sup>Cf. SL  
 C.22 q.4 c. 22 v. *Inter cetera usque sit matrimonium* (passim)

Erit quidem secundum matrimonium, sed pro periurio matrimonii pena imponetur, ut in Extra. c. Significauit<sup>67</sup>. Vnde generaliter dicimus quod si quis, licet coactus, aliquid iurauerit se facturum quod obseruatum ad deteriorem exitum non uergat, est obseruandum. Quid autem si episcopus signauit sacramento interposito compulere clericum ut prebende et beneficio ecclesie abrenuntiaret et numquam repeteret, numquid fiet ei propter sacramentum interpositum preiudicium ut non possit de iniuria sibi illata conqueri et lamentari? Ad hoc dicimus quod summus pontifex super huiusmodi requisitus respondet Senonensi archiepiscopo in illo Extra. c. Sicut Romana ecclesia<sup>68</sup>, scilicet 'quod non est tutum quemlibet contra iuramentum suum uenire, nisi tale iuramentum sit quod obseruatum uergat in interitum salutis eterne. Nec nos cuilibet ex responsione nostra uolumus dare materiam contra suum iuramentum ueniendi, ne auctores periurii uideamur esse. Verum aliquando in Romana ecclesia a pluribus predecessoribus nostris factum esse recolitur, quod clerici qui coacti ecclesie ministerium adiurauerant, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt et ad coercendam iniquitatem eorum qui ecclesiasticos uiros ad prestandum illud sacramentum compulerant, permissi sunt in eadem ecclesia ministrare'.

23. *Innocens usque propter religionem sacramenti*. Non uidetur quod istis debuit Iosue propter iuramenti religionem parcere, tum quia dolus eis patrocinari non debuit, cum se esse incolas terre promissionis sunt mentiti, tum quia Dominus in contrarium preceperat. Excusatur tamen Iosue ideo quia Dominus qui primo preceperat ut gens illa de superficie terre destrueret et deleret, postea pietate motus precepit in contrarium ut ei parceret<sup>69</sup>. Vel

59 Erit] Tenet **Ba**] dicitur **R**      Erit quidem secundum *om.* **Lr Lp**      secundum] seruet **R**      matrimonium] non propter *praem.* **Lp**      pro *om.* **Lr Lp**      matrimonii] sibi **Lp** *om.* **R**      pena] *ei add.* **Ba R** ] penitentia **A**      60 Extra. c. *om.* **Ba**      Significauit *om.* **Lr Lp Ba** ] Tua nos **R**      61 aliquid *om.* **Lr** ] quid **A**      obseruatum - 62 uergat] illud **R**      obseruatum] obs **Lr** obe **Lp**      ad - 62 obseruandum *om.* **Lr** ] contra iuramentum uenire **Lp**      62 obseruandum] facturum **A**      63 signauit *om.* **Ba A R P**      sacramento interposito *om.* **Ba**      compulere] compulit **Ba A R P**      64 ecclesie] eius **Ba**      65 ut] et **A**      67 respondet] respondit **A**      68 scilicet] idest **Ba R**      70 interitum] contrarium **Lr Lp**      73 coacti] coacte **A**      74 meruerunt] inuenerunt **Lr**      75 uiros] illos **Lr** **Lp**      77 *propter religionem*] *religione F*      78 debuit] debuerit **A**      dulos] solus **Lr** **Lp**      79 sunt mentiti] dicerent **Lp**      mentiti *om.* **Lr**      80 tum] etiam *add.* **Ba A P** Excusatur] Et *praem.* **A**      Excusatur - 81 preceperat *om.* **Lp P** (*omoio.*)      tamen *om.* **Ba** 81 qui *om.* **Lr**      gens illa] gentes illas **Ba A P**      82 *ei*] *eis* **Ba A P**

<sup>67</sup>1 Comp. 4.7.2 (= X 4.7.2), JL 13937  
32,10

<sup>68</sup>1 Comp. 1.21.6 (=X 1.29.5), JL 12193

<sup>69</sup>Cf. Ex

ideo quia in precepto tacita subintelligebatur conditio, scilicet nisi uoluerint uobiscum pacem componere. Vnde cessante causa, cessare debuit pariter 85 quod urgebat et ex quo causa non adherebat uitium debuit imputari.

23 (p.c.) *Illicitum ergo usque quo quisque fere excusat*. 'Fere' dicit propter ignorantiam facti crassam et supinam uel propter ea que publice, idest in aliquo loco facta sunt, que quidem non excusant, ut supra C.xii. q.ii. Qui et humanis<sup>70</sup> et C.xi. q.iii. Cure<sup>71</sup>.

### <Q. V>

§ *Quod autem v. loco.*

1. *Qui compulsus usque sciens.* Nam si ignoranter, excusaretur auctoritate maioris. Hic uero quia contra conscientiam fecit, non habet excusationis 5 colore, cum in atrocioribus non sit domino obediendum.
2. *Qui periurat usque in cruce consecrata.* Hoc ideo dicit quia quanto sanctius est per quod iuratur, tanto magis est penale periurium, ut supra C.e. q.i. Mouet<sup>72</sup>.
3. *Si quis coactus usque tres quadragesimas.* A pena tamen septennii que 10 propter coactionem excusatur.
5. *Ille qui usque uincit homicidam.* Sed contra inuenitur supra d.xiii. c.i.<sup>73</sup> Sed ibi de commisso crimine, hic uero de illato dampno agitur. Maius enim dampnum ei inferes quem degenerare compellis quam si eum occideres; nam si in primo ei animam, in secundo corpus tollis et maius dampnum est 15 in amissione unius anime quam mille corporum, ut infra C.xxiiii. q.iii. Si

83 scilicet om. **Lp** **A**

*qua F fere] uere F*

*uel - que] aliquam Lr Lp*

<Q. V>

*2 v.] ut Lr Lp ] usque R*

*6 cruce om. Lr Lp*

*9 tres] in A*

*tamen om. Ba*

*add. Ba A P]*

*illo Lp*

*13 inferes]*

*compellere infers P*

*15 ammissione Lp*

85 uitium om. **Lr** ] at *praem. Lp*

*87 facti] fracti Lr ] forte Ba*

*idest om. Lp A R P*

*88 Qui] om. A*

86 *quo om. A* ]

*crassam om. Lr*

*8 Mouet] Monet Lr Lp*

*8 illato]*

*12 periuris inungitur*

*11 uincit] inde cum Lr ] inde qui Lp*

*13 infers Ba A ] om. P*

*14 si om. Lp A R P*

*15 omissione Lp*

<sup>70</sup>C.12 q.2 c.24

<sup>71</sup>C.11 q.3 c.20

<sup>72</sup>C.22 q.1 c.16; cf. SL C.22 q.5 c.2 v. *consecrata*

<sup>73</sup>D.13

c.1

habes<sup>74</sup>.

8. *Hoc uidetur usque sed quia hic*, idest in Leuitico ubi hoc dicit Moises<sup>75</sup>. *Non expressit*, ipse Moises. *Cui hoc sit indicandum*. Hinc collige quod licet nobis determinare et exponere quod in canonibus determinatum non inuenitur dum determinatio nostra canonice non obuiet sanctioni, arg. contra, infra C.xxi. q.i. c.ult.<sup>76</sup>

9. *Quacumque arte*. Hic queritur secundum cuius intentionem debet recipi sacramentum, scilicet dantis uel recipientis. Et dicimus referre an uterque simplicem intentionem habeat, uel alter tantum, uel uterque uel alter dolosam. Et si quidem uterque simplicem et rectam habeat intentionem, secundum utriusque intellectum recipitur iuramentum. Si alter uero simplicem, alter dolosum habet animum, secundum intentionem simplicis iuramentum recipitur, siue sit dans, siue recipiens iuramentum, quia dolus nemini debet patrocinium prestare. Si uero dolus secundum utramque partem uersatur, non secundum eorum intentionem, sed secundum quod uerba sonant et solent accipi recipitur iuramentum<sup>77</sup>.

11. *Humane usque ex intimis*, cogitationum. Alibi tamen Christus uidetur dixisse contrarium inquiens: 'ex ore tuo te iudico'<sup>78</sup>. Sed ibi hominis, non Dei, personam gerebat. Vel tunc ostendere uoluit quod confessio in iure facta preiudicium faceret confitenti<sup>79</sup>. Vsque quia non debet intentio uerbis deseruire. Et nota quod tunc intentio uerbis dicitur deseruire quando aliud uerba sonant quam intentio dictat. Intentioni uerba deseruiunt cum hoc quod corde geritur uerbis declaratur.

17 *quia hic om. R hic ] hoc A in om. Lr Lp ubi - dicit ] ut hoc dicitur Lr hoc om. Lp 18 expressit ] exponit Lp ipse om. Ba hic Lr Lp R indicandum ] indicandus Lp ] indicandum A R P 20 inuenitur ] uidetur Lp ] reperitur Ba A dum ] cum Lp ] dummodo A R P sanctioni om. Lr ] facultati Lp 22 queritur ] loquitur Ba<sup>pc</sup> debet ] debeat A 23 scilicet om. Ba recipientis ] accipientis Ba P an uterque ] ad utrumque Lr Lp<sup>ac</sup> 24 habeat ] habebat Lr Lp<sup>ac</sup> uel alter<sup>1</sup>] uolebant Lr ] uelabat Lp<sup>ac</sup> tantum om. Lr Lp<sup>ac</sup> 25 Et - uterque ] Si uero autem Lp habeat ] habebat Lp intentionem ] simplicem *praem.* Lr 26 secundum - 27 simplicem om. Lp secundum ] sed Lr recipitur ] requiritur Ba recipitur - 27 simplicem om. Lr (*omoio.*) Si alter - 28 iuramentum om. R (*omoio.*) 27 alter ] uero add. Lr Lp habet ] habebat Lp 28 recipitur ] quia *praem.* Lr 29 secundum - 30 partem ] ex utraque parte Ba A R P 36 dicitur deseruire ] deseruit Ba 37 Intentio A ] uero add. A P*

<sup>74</sup>C.24 q.3 c.1      <sup>75</sup>Cf. SL C.22 q.5 c.8 v. *set quia hic*      <sup>76</sup>C.31 q.1 c.13      <sup>77</sup>Cf. SL C.22 q.5 c.9 v. *quacumque*      <sup>78</sup>Lc 19,22      <sup>79</sup>Cf. SL C.22 q.5 c.11 v. *humane ... intimis*

12. *Iuramenti usque quisquis ergo uerum loquitur iurat*, idest sic in communi  
40 colloquio et sermone deberet quisquis uitare mendacium et uerum loqui ut  
iuramento.

14. *Paruuli usque nec in sua causa uel alterius iurator existat*. Iniquum  
uidetur esse quod hic dicitur et constitutioni canonice inimicum cum ad  
minus de calumpnia oporteat quemquam in causa sua iurare quam propter  
45 infamiam prosequi infamis non prohibetur, ut supra C.ii. q.i. Prohibentur<sup>80</sup>.  
Solutio: hoc non prouenit, nam secundum Lombardam<sup>81</sup>, cuius est presens  
c., sacramentum de calumpnia non prestatur. Sed quomodo ergo ab  
eo absoluitur, quod facere non tenetur? Agitur ergo hic de sacramento  
50 purgande innocentie. Nam secundum Lombardam, actore deficiente, reus  
semper cogitur ad innocentie purgationem<sup>82</sup>. Si uero infamis fuerit, non  
debet iuramentum eius recipi, sed forte extraordinarie punietur<sup>83</sup>.

16. *Honestum*. Consilium est hoc, non preceptum. Vnde nec credimus eos  
peccare qui contra faciunt. Consilio enim, si acquiescere nolueris, nichil mali  
perpetrabis, ut supra C.xiii. q.i. c.ult.<sup>84</sup>

55 18. *De forma usque in memoria habere debet*. Hinc collige in omni sacramento  
uel promissione uel uoto quamlibet licitam conditionem subintelligi, C.e.  
q.ii. Ne quis arbitretur<sup>85</sup>, C.e. q.ii. Beatus Apostolus<sup>86</sup>, C.xxvii. q.ii. § ii.<sup>87</sup>

20. *Cauete usque in simulatis operibus mendacium est*. Hinc collige quod non  
solum uerbis sed etiam operibus mentitur.

60 22. *Nullus usque iurare presumat*. De sacramento autem calumpnie  
queritur an sit a clericis in aliqua causa prestandum. De hoc autem  
precisam et absolutam non possumus dare sententiam, quoniam super

39 ergo om. A 40 deberet] debet A quisquis] quisque A ut] in add. A  
42 uel alterius om. A Iniquum] Inimicum Lr Lp 46 Lombardam] Longobardam  
Ba 47 quomodo] quoquomodo Lp 47–48 ab eo] hoc Lr Lp 48 non om. A  
49 actore] re Lr 52 est] contra Lr 53 nichil om. Lr Lp<sup>ac</sup> mali] malum Lr Lp  
56 uel<sup>1</sup>] et Lr Lp A R uel<sup>2</sup>] in Ba subintelligi] ut arg. add. A 58 Hinc] Denuo  
Ba 59 uerbis] uerbum Lr mentitur] mentimur A 60 presumat - 61 aliqua om.  
Lr Lp (omoio.) 61 causa] sancta Lr eam Lp

<sup>80</sup>C.2 q.1 c.14 <sup>81</sup>Cf. supra C.11 q.1 p.c.36 n. 66 ; C.12 q.2 c.10, n.41; infra C.22 q.5 c.14 n.  
82; C.33 q.2 c.6, n. 27. Lex Lombarda, cf. Liber papiensis, saec. XI. Cf. A. Padoa Schioppa, *La  
cultura giuridica* (= Storia di Pavia 2, 1986), 219ss. <sup>82</sup>Cf. supra C.11 q.1 p.c.36 n. 66 ; C.12 q.2  
c.10, n.41 ; C.22 q.5 c.14 n.81 ; C.33 q.2 c.6, n. 27. <sup>83</sup>Cf. SL C.22 q.5 c. 14 v. *nec in sua causa*  
(in fine) <sup>84</sup>C.14 q.1 c.3; cf. SL C.22 q.5 c.16 v. *honestum* (in principio) <sup>85</sup>C.22 q.2 c.14  
86C.22 q.2 p.c.5 § 1 <sup>87</sup>C.27 q.2 c.2

huiusmodi articulo uaria uidetur constitutio canonum emanasse. Sicut enim dicit summus pontifex in illo Extra. c. Inherentes<sup>88</sup>: 'Decreuimus et auctoritate apostolica irretractabiliter diffinimus, ut non episcopus nec presbiter nec cuiuscumque ordinis clericus, nec abbas, non aliquis monachus uel sanctimonialis femina quacumque in controuersia seu in causa criminali seu ciuili iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, sed aliis idoneis defensoribus, si expedire sue ecclesie nouerint, huiusmodi officium liceat delegare'. Eugenius uero tertius Romane ecclesie subdiacono et magistro Omnibono scribit sic: 'Litteras dilectionis uestre benigne recipimus in quibus, utrum in causa illa que inter uenerabilem fratrem nostrum G. Bononiensem episcopum et Adrianum filium nostrum dilectum Paduanum abbatem sub uestro examine agitur, iuramentum calumpnie prestari conueniat, requiritis. Sane Romana ecclesia in hiis causis in quibus de decimis, ecclesiis et rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumpnie nec recipere consueuit, eo quod huiusmodi cause non ex legum constitutione sed ex canonum equitate finem sortiuntur. Canones autem iuramentum calumpnie nullius prorsus inducunt. Vnde contentionе de iuramento calumpnie prestando dimissa, ad anteriora discretio uestra procedat'. Ex eorum ergo canonum constitutione dicimus quod in causis spiritualibus numquam cogitur persona ecclesiastica sacramentum calumpnie prestare, in causa. In quo casu loquitur Eugenius in hoc c. Litteras<sup>89</sup>. In pecuniaria uero uel criminali causa non passim et indifferenter est prestandum; nam in persona propria nulla ecclesiastica persona iuramentum prestare calumpnie de leui cogitur, sed per iconomos uel per defensores idoneos quibus potest officium hoc delegari, qui etiam in animam principalis persone iurauit, in quo casu illud c. loquitur,

---

65 irretractabiliter ] iure tractabiliter **Lr** non ] nec **A** 66 nec<sup>1</sup> ] neque **A** nec<sup>3</sup> ] non **A** 67 uel] non **A** 68 in om. **A** 69 subire - expedire om. **Lr** **Lp<sup>ac</sup>** ecclesie om. **A** 70 tertius] papa add. **Lp**] archidiaconi add. **A P** 71 subdiacono] /// **Lr**] /// **Lp**] archidiacono **M. R** et] scilicet *praem.* **R** 74 uestro] nostro **A** examine om. **Lr** **Lp<sup>ac</sup>** 75 requiritis om. **Lr** **Lp<sup>ac</sup>** 76 causis] casibus **Lp P** de om. **Lr** **Lp**] in **Ba** et] aliis add. **Lr** tantum om. **Ba**] tunc **P** 77 iuramentum] et *praem.* **A** calumpnie] nec dare add. **Ba A P** nec] non **R** recipere] accipere **A** 78 finem] si non est debitum **P** sortiuntur] debitum *praem.* **Ba A** 79 nullius] nulli **Ba A R P** inducunt] indicunt **A R P** Vnde] de add. **Lp** 80 dimissa om. **Lp** anteriora] inferiora **A** 81 eorum] horum **A P** ergo om. **P** 83 in causa om. **A P** 88 animam] omnia **Lr**] anima **Lp** iurauit] iurauerunt **Lp**] iurabunt **A P** in] cum *praem.* **Lr** quo] eo **R**

---

<sup>88</sup>1 Comp. 1.35.2 (=X 2.7.1), JL 7401

<sup>89</sup>1 Comp. 1.34.3 (=X 2.7.2), JL 9654

Inherentes<sup>90</sup>.

---

<sup>90</sup>1 Comp. 1.35.2 (=X 2.7.1), JL 7401; cf. SL C.22 q.5 c.22 v. *Nullus usque laico* (in fine)

## &lt;CAVSA XXIII&gt;

*Quidam episcopi cum plebe.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod militare.* Quid circa presentem articulum teneri debeat in subiectis paragraphis Magister satis manifeste declarat. Et non quoniam superuacuis laborat impendiis qui solem certat fascibus adiuuare<sup>1</sup>. Plenitudo enim 5 adiectione non indiget, idcirco nolumus hic moram solitam facere ne canonice eruditionis dispendia patiamus.

2. *Paratus usque nesciunt.* Et nota quod non mentitus est Paulus dum dixit se nescire principem Iudeorum<sup>2</sup>. Mistice enim loquebatur et in parabolis significans destructionem sacerdotii Iudeorum. Et nota quod quamuis 10 dicatur quod quomodolibet quis mentitur occidit animam, ut supra C.prox. q.ii. Nec artificiosa<sup>3</sup>, tamen sunt quedam mendacia que carent culpa, scilicet cum ioco mentimur, ut supra C.prox. q.ii. Ne quis<sup>4</sup>, cum ex inspiratione diuina mendacium queritur, ut supra C.prox. Vtilem<sup>5</sup> et cum mistice intelligitur, ut hic. Vsque *in eodem populo conuersatus nescire non posset.* 15 Hinc collige ea que inter uicinos publice fiunt, non esse uerisimile aliquem ignorare. Vnde in talibus ignorantia non excusat, C.xii. q.ii. Qui et humanis<sup>6</sup>, C.xi. q.iii. Cure sit<sup>7</sup>, d.xvi. Qui dicitis<sup>8</sup>, d.liii. Nulli de seruili<sup>9</sup>, d. lxxxvii. c. ult.<sup>10</sup>
3. *Noli usque bellum autem esse debet necessitatis,* idest necessitas, non 20 uoluntas debet nos ad arma mouere accipienda. Vsque *pro eterna salute angelorum*, scilicet habenda. Tunc enim neque nubent, neque nubentur, sed

## &lt;Q. I&gt;

3 Et non ] Vnde Ba A ] Vnde super P non om. R 4 laborat impendiis] impedit laborem Lp impendiis] inpen Lr fascibus] falsibus P 5 adiectione] adiectionem Lr Lp indiget] indigeret Lp nolumus] uolumus A solitam] sollicitam Ba 9 significans om. Ba 10 quomodolibet] quolibet Ba R 12 cum] in Lr<sup>ac</sup>] arbitretur add. Ba cum om. Lr Lp R ex om. A P 13 queritur] dicitur Ba A R P 14 conuersatus] teruerat Lr Lp ] conuersat A ] creuerat F 16 excusat] ut arg. add. A 17 seruili] serui liceat P 19 debet] esse add. A (repetit)

<sup>1</sup>Cf. Ennodius Ticinensis, Epistolae, Epistola 22, Ennodius Fausto, PL 63, 51.

<sup>2</sup>Ac 25,10

<sup>3</sup>C.22 q.2 c.13

<sup>4</sup>C.22 q.2 c.14

<sup>5</sup>C.22 q.2 c.21

<sup>6</sup>C.12 q.2 c.24

<sup>7</sup>C.11 q.3 c.20

<sup>8</sup>D.16 c.14

<sup>9</sup>D.54 c.2; cf. SL C.23 q.1 c.2 v.

*Nesciui, nescire non posset*

<sup>10</sup>D.87 c.9

erunt sicut angeli Dei<sup>11</sup>. Vsque *ita uictoris*. Dices sic: ita misericordia uictoris, idest a uictore exhibenda iam debetur capto aduersario. Vel secundum aliam litteram dices ita: misericordia iam debetur uictoriis, idest uictor misereri debet et tenetur capto aduersario. Vel misericordia debetur capto. Et hoc uictoriis habitis.

4. *Quid culpatur usque certum non est.* Hinc collige quod in dubiis humaniores partem debemus eligere, ut supra d.xiii. c.ult.<sup>12</sup> et in Extra. c. Iuuenis ille<sup>13</sup>.
- 30 5. *Militare usque et concussor.* Concussionis autem est pena quadrupli de qua dicitur supra d.xviii. Quoniam quidem<sup>14</sup>.

### <Q. III>

#### § *Quod uero.*

11. *Ostendit usque cum multitudine timetur.* Hinc collige quod ubi multitudo est in causa uel ille qui sociam habet multitudinem, nec prodest nec excusat allegatio impotentie, ut infra C.xxxi. q.ii. c.ult.<sup>15</sup>

### <Q. IIII>

#### § *Quod autem uindicta.*

1. *Tolerandi usque pro gradu.* Nam secundum uarietatem graduum et dignitatum modus correctionis uariatur. Aliter namque prelati, aliter

22 sicut *om.* **A P** *uictoris] uictoriis F* Dices] Dicens **Lr**] Dicas  
**A** Dicens sic] *discussio Lp* 24 dices] dicens **Lr** 28 xiii.] xiiii. **A**  
**R** et] ut **A** 29 ille *om.* **Lp** 31 Quoniam quidem *om.* **Lr Lp**

<Q. III>  
3 *cum*] *pro add.* **Ba A R F** *timetur]* *timerentur Ba A R P F* 4 *nec*<sup>1</sup>] *non A*  
5 *allegatio]* *allegationi Ba A P* *impotentie]* *potentie Ba P* *infra]* *supra Lr*

<Q. IIII>  
2 *Quod - uindicta]* *Vobis autem Lp* 3 *usque om.* **Lr** *pro gradu]* *progressu Lr Lp*  
*Nam secundum uarietatem om.* **Lr Lp**

<sup>11</sup> Mt 22,30; Mc 12,25; cf. SL C.23 q.1 c. 3 v. *necessitas, salute angelorum*      <sup>12</sup>D.14 c.2      <sup>13</sup>I  
Comp. 4.1.18 (=X 4.1.3), JL 9655      <sup>14</sup>D.18 c.7      <sup>15</sup>C.31 q.2 c.4

- 5 uero socii tenentur peccantes corrigere: prelati per uerbera, socii per admonitiones crebras, ut supra C.i. q.i. Quisquis per pecuniam<sup>16</sup>. Vel secundum uarietatem graduum eorum qui corriguntur uariatur modus correctionis, prout diuersitas personarum uariam uidetur uelle recipere medicinam, ut supra C.xiiii. q.vi. c.i.<sup>17</sup>
- 10 7. *Si quis usque laudabiliter.* Dicit enim Apostolus in persona talium: 'si linguis hominum loquar et angelorum et distribuam omnes facultates meas in cibos pauperum, caritatem autem non habeam, nichil michi prodest'<sup>18</sup>; sine ea non ualent aliqua et cum ea omnia sunt utilia. Habeas enim caritatem et fac quidquid uis<sup>19</sup>. Securus esto, nichil mali contingere potest.
- 15 Vsque *unusquisque onus suum portabit.* De onere reddende Deo rationis hoc intelligitur. Onus autem participande infirmitatis debemus portare ad inuicem. Vnde Iacobus: 'alter alterius onera portate'<sup>20</sup>.
- 20 8. *A malis usque caute corpore copulamini,* scilicet propter bonum pacis. Scismaticus enim fieret qui indiscrete uitaret malorum consortia, ut supra C.vii. q.i. c.ul<sup>21</sup> et C.ii. q.i. Multi<sup>22</sup>.
- 25 11. *Forte usque uel potius uocatur.* Hinc collige quod sufficit alicui ut tamquam honestus debeat in accusatione uel testimonio recipi, sed dumtaxat bonus esse correptor existimatur, infra C.xxvi. q.vi. Si aliquis<sup>23</sup>. Vsque *excommunicata degrada.* Et nota quod hic ordo correctionis locum obtinet cum pro contumacia est aliquis puniendus, ut supra d.xxxiiii. c.i.<sup>24</sup> Cum uero pro crimine alicui pena infligitur, a depositionis sententia est incipiendum, ut supra d.lxxxi. Dictum est<sup>25</sup>, nisi quis dicat quod excommunicatio hic pro suspensione ponitur, ut supra d.l. Accedens<sup>26</sup>.
27. *Inter querelas multiplices.* Hoc ideo dicit quia senex iste Ianuarius

---

5 tenentur - socii *om. P* prelati] prelatos Lr 7 uariatur] uariatus Lr Lp Ba R P  
 8 personarum *om. Ba* 11 et<sup>2</sup> *om. A* distribuam] si *praem.* Lp R ] distribuero Lr Lp  
*P* omnes - 12 prodest] etc. R 12 michi prodest] sum Ba A P 13 ea] caritate Ba R  
 non] enim *praem.* Ba A P 15 *suum*] *proprium F* 16 participande] partecipandum Lr  
 18 *A malis*] *Molis A* 20 et] ex add. Lr ] in Extra. add. Lp 22 sed] si R 23 correptor]  
 communi opinione Ba A P *om. R* 24 *excommunicata degrada*] *excommunicanda de gradu* Lr  
*Lp*] *excommunicandum gradu A* 29 senex *om. R* iste] lex add. R

---

<sup>16</sup>C.1 q.1 c.5      <sup>17</sup>C.14 q.6 c.1      <sup>18</sup>1 Cor 13,2      <sup>19</sup>Pro 10,12      <sup>20</sup>Gal 6,2      <sup>21</sup>C.7 q.1 c.49  
<sup>22</sup>C.2 q.1 c.18      <sup>23</sup>C.26 q.6 c.11      <sup>24</sup>D.34 c.1      <sup>25</sup>D.81 c.8      <sup>26</sup>D.50 c.10; cf. SL C.23 q.4  
 c. 11 v. *excommunicata*

30 multipliciter delirabat. Multipliciter exarauit enim messem cuiusdam in die Dominico et exterminauit terminos inimici, ut supra d.lxxxvi. Tanta<sup>27</sup>. Vsque cum pro uindicta proprie iniurie, scilicet que ecclesie statum et honorem non ledat, sed ipsum solum offendat, puta cum quis eius gratie derogat uel contribules eius offendit. Tunc enim imputaretur ei, quia seditionarii et iniuriarum suarum ultores non promoueri ualeant, ut supra d.xlvi. Seditionarios<sup>28</sup>. Quid autem si in episcopum, quod absit, uiolentas manus temerarius presumpitor iniecerit, nonne poterit eum episcopus non dico excommunicare, sed excommunicatum ostendere? Poterit utique. Hec enim iniuria, non solum in ministrum episcopum, sed etiam in matrem ecclesiam dinoscitur redundare. Vnde cum contra Deum sit commissum, non potest impunitum fieri. Et hec distinctio potest colligi ex illo c. quod est supra d.lxiii. Salonitane<sup>29</sup> et infra e. q. Guisillarius<sup>30</sup>.

38. *Displacet usque ad perniciem traxeris.* Vnde non debebat displicere huic heretico si ad salutem trahebatur; nam quod quisque iuris aliquis in alium statuerit, eodem iure utitur. Pati enim debet homo legem quam ipse tulit. Neque enim lex equior ulla est quam necis artifices arte perire sua<sup>31</sup>. Vsque tenetur. Hinc habes quod ad bonum etiam non acceptum quis potest compelli, cum ecclesie necessitas uel utilitas hoc nos facere compellit, non quod existens inuitus promoueri debeat, sed ut per uerbera de nolente fiat uolens.

45. *Quesitum est usque nichil de hiis legimus a maioribus diffinitum.* Aliter scilicet quam nos, dicit Innocens, diffinimus, scilicet d.li. c.i.<sup>32</sup> Vel non

30 delirabat] deliberabat Lr Lp<sup>ac</sup>] delinquerat Ba R P Multipliciter om. Lp Ba A R  
exarauit] exterminauit Lp<sup>ac</sup>] exarabat A 32 cum] dum F et honorem om. Lp  
33 gratia] gratia Lr Lp Ba P ] generi A 34 ei om. P quia] qua Lr ] cum Lp R P  
seditionarii] seditionarios Lr Lp 35 et om. P promoueri] ordinari R 36 si om.  
Lr Lp 37 nonne] numquid R eum om. Lr Lp 38 Hec] Hoc Lp enim - 39  
iniuria om. Lp 39 iniuria] in Lr non] enim add. Lr in<sup>1</sup> om. Lr ecclesiam  
om. Ba 41 fieri] transire Ba A P est supra om. Lr 42 Guisillarius] Guillisarius  
Ba A P ] Gulisarius R 44 aliquis] aliquod Lp om. A 44-45 in alium] malum Lp  
45 statuerit] statuit A utitur] utatur A enim] non add. Lr legem om. Lr  
46 Neque] Nec A equior] equio P arte perire sua] etc. Lp 47 tenetur] teneatur  
Lr ] tenetur Lp A F 49 ut om. Lr Lp per] pro Lr Lp uerbera] uerbere Lr ] uerbo  
Lp ] uerba P de om. Lr 51 legimus] legimus Lr 52 Innocens] Innocentius A P  
scilicet om. A c.i.] c.ii Lr c.iii. Lp

<sup>27</sup>D.86 c.24      <sup>28</sup>D.46 c.8      <sup>29</sup>D.63 c.24; cf. SL C.23 q.4 c.27 v. *Inter querelas multiplices, proprie iniurie* (in principio)      <sup>30</sup>C.23 q.4 c.30      <sup>31</sup>Cf. Publius Ovidius Naso, *De arte, lib. I*  
<sup>32</sup>D.51 c.1

inueniuntur diffinisse maiores an iudices peccant, nisi sicut antiquitus fuerat institutum, scilicet quod nullam contrahat maculam culpe dum in criminorum amore iustitie capitum sententiam dictat<sup>33</sup>. Sed queritur si iudex in infidelitate constitutus dictat sententiam sanguinis et tandem sacramento regenerationis est innouatus, an de cetero ualeat ad sacros ordines promoueri. Et quorundam est opinio quod ob hoc solum ei in promotione generetur obstaculum. Cum enim in baptismate, Innocentio teste, sola delean tur peccata, ut supra d.xxvi. Deinde<sup>34</sup>, hic uero non peccauit, ut est positum et probatum. Ergo promoueri non poterit, non dico ratione criminis, sed minoris integritatis et persone irregularitatis. Infidelis uero qui sua auctoritate accepit gladium et hominem interfecit, post baptismum promoueri poterit, ut supra d.l. Si quis uiduam<sup>35</sup>, cum peccatum homicidii quod in infidelitate commisit in baptismate sit deletum. Sed secundum opinionem talium melior est malorum quam bonorum deuotio. Vnde stare non potest quod asserunt. Nam si iudices post baptismum non peccatum sed persone irregularitas impedit et in baptismate non deletur, ergo et alius obstaculo eodem impeditur, cum occidendo auctoritate propria factus sit irregularis persona. Vnde uidetur potius esse dicendum quod uterque eorum post baptismum ualeat promoueri. Dicit enim Ieronimus in libro contra Iouinianum quod si infinita commisisset quis homicida in ueteri homine constitutus, quod non debeat ei in nouo homine imputari.

52. *Quisquis usque rei negligentie.* Qui enim uxorem permisit uoluptuose uiuere punietur, quia eius negligentia ei generat promotionis obstaculum, ut supra d.xxxiiii. Sicut uxorem suam<sup>36</sup> et d.xlvii. § Necessus est<sup>37</sup>.

---

53 peccant] peccent A 55 in om. Lp<sup>ac</sup> criminorum] /// Lr om. Lp<sup>ac</sup> capitum] capiatis R dictat] dictator R ] dictant A P 56 dictat] dicta Lp R ] dictauit AP sententiam] sententia Lp R 57 innouatus] immolatus Lp ] reuocatus Ba<sup>pc</sup> cetero] talis add. Lr Lp A P 58 ob] ad Lr Lp 59 generetur om. Lr enim om. P 60 non om. Lr Lp<sup>ac</sup>] nec Ap<sup>c</sup> 62 dico om. A 63 qui] quod a Lr Lp 64 promoueri] non add. Lp 66 deuotio] conditio Ba A R P 68 et] quod A 69 et] etiam R que P 71 eorum] istorum A R P enim] igitur Lp Ieronimus] Gregorius Lr Lp 71-72 in libro om. Lr 72 infinita] infirmata Lr Lp 73 constitutus - homine<sup>2</sup> om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.) debeat] debet A imputari] computari Lp ] ei non possent add. R 75 quia] quod Lr eius] huiusmodi A ] huius P ei] eius Lr om. Lp 76 Sicut] Si quis Ba ] Si cuius A P suam om. Ba A

---

<sup>33</sup>Cf. SL C.23 q.4 c. 45 v. *Nichil de hiis legitur a maioribus definitum* <sup>34</sup>D.26 c.3 <sup>35</sup>D.50 c.8

<sup>36</sup>D.34 c.11 <sup>37</sup>D.47 p.c.8

## &lt;Q. V&gt;

§ *Quod autem.*

1. *Circumcelliones usque tanta legum seueritate.* Et nota quod hic uidetur Augustinus legibus obuiasse cum rogabat ut transgressoribus pena legitima minueretur. Quod non est in iudicis potestate commissum ut supra C.ii. q.iii.  
 5 § Notandum<sup>38</sup>. Sed crimen aliud est ordinarium, aliud extraordinarium. In primo non potest iudex penam minuere, ut ibi; in secundo ualet, ut hic. Vel in primo non potest nisi ex magna causa, in secundo ex *minima*, ut d.xlv. Omnis qui<sup>39</sup>. Vel rogauit non ut penam legitimam iudex minueret, sed ne  
 10 frustra in eos deseuiret, ut supra C.xvi. q.v. c.i.<sup>40</sup>
7. *Reos sanguinis defendat*, quocumque poterit; quod de reis ad ecclesiam confugientibus oportet intelligi. Alios autem reos precibus tantum ecclesia defendere debet, ut supra C.xiiii. q.ult. c. penult.<sup>41</sup> Nec tunc debet rogare ut iudex criminorum non puniat, sed ne penam legitimam excedat, ut supra  
 15 C.xiiii. q.v. c.i.<sup>42</sup>
8. *De occidendis usque bonum ac licitum.* Hinc collige quod si quis licita exercuerit, adhibita etiam diligentia competenti, et preter suam uoluntatem aliquod malum inde euenerit, non imputabitur facienti, ut supra d.l. Sepe contingit<sup>43</sup> et d.vi. Testamentum<sup>44</sup>. Quid autem si magister intuitu discipline  
 20 puerum uerberat et post paucos dies occasione uerberum puer dicitur exspirasse, an magistro ob hoc promotionis generetur obstaculum queritur. Et dicimus quod ab omni altaris ministerio debet magister perpetuo remoueri, si ex ipsa percussione puer infirmitate interiit. Et hoc inuenies in

## &lt;Q. V&gt;

4 obuiasse] obmanasse P      5 supra C.ii.] Bur. l.ii Lp      7 secundo] uero add. A  
 9 rogauit] derogauit Lr Lp      penam legitimam] pena legitima Lr Lp      minueret]  
 minueretur Lr      10 q.v.] q.vi.A      11 quocumque] modo add. Lp<sup>pc</sup> Ba R ] et nec add.  
 P      13 Nec] enim Ba      debet om. Lr      rogare] non add. Ba      ut] cum Lr  
 14 puniat] impuniat Lr      16 Hinc - 17 exercuerit om. P      17 exercuerit] excreuit A  
 adhibita] habita P      19 contingit] contigit Ba R P      Quid] Quod A      20 et om. Lr Lp  
 uerberum] uerberatus Lp      21 exspirasse] conspirasse Lr Lp      22 ministerio om. Lr  
 23 remoueri] et ordine si quo potitur exuui et nudari add. Ba A P      puer] puerum P  
 infirmitate om. Ba A P      infirmitate interiit] infirmitatem incurrit Lp R      interiit]  
 interit A ] interierit P ] aut aliam infirmitatem incurriterit add. Ba A P

<sup>38</sup>C.2 q.3 p.c.8      <sup>39</sup>D.45 c.10      <sup>40</sup>C.16 q.5 c.1      <sup>41</sup>C.14 q.6 c.3      <sup>42</sup>C.14 q.5 c.1      <sup>43</sup>D.50  
 c.50      <sup>44</sup>D.6 c.1

decretali epistola que Salonitano archiepiscopo mittitur, que sic incipit, Licet  
25 preter solitum<sup>45</sup>.

9. *Non licet usque reus est qui de seipso falsum testatur.* Hinc collige aliquem posse in causa sua testimonium perhibere, C.xx. q.iii. Presens<sup>46</sup>, C.xxx. q.ii. Si uerum esse<sup>47</sup>, C.xxxvi. q.vi. Si duo uiri<sup>48</sup>, C.iii. q.iii. § Nullus in re sua<sup>49</sup>.

12. *Placuit usque uoluntarie.* Si uero furens aliquis seipsum occideret, non  
30 debet eum puniri si se a sua culpa traxisset ad furiam, ut supra C.xx. q.i. Si quis insaniens<sup>50</sup> et c. Illa<sup>51</sup>. Vsque *qui pro suis sceleribus moriuntur.* Subaudi qui nec satisfecerint nec satisfacere uoluerint, ut supra C.xiii. q.ult. c.ult.<sup>52</sup>

20. *Princeps usque ut qui intra ecclesiam positi.* Subaudi in qua sunt uel  
35 fuerunt aliquando. Nam si numquam fuissent de ecclesia, ad eam non cogerentur uenire, ut supra d.xlv. Quis in causa, De Iudeis<sup>53</sup>. De hiis enim qui foris sunt et numquam intus fuerunt, Dominus iudicat, ut supra C.ii. q.i. Multi<sup>54</sup>.

29. *Quod malos usque et habet uasa interfectionis.* Hoc enim est necessarium ut occidens non interficiatur peccati macula ut potestatem habeat et bono  
40 zelo hoc agat, ut supra e.C. q.iii. Ea uindicta<sup>55</sup>.

31. *Senarios usque non est effusio sanguinis,* idest qui tales iugulant non punientur ut sanguinis effusores. Et nota quod propter bona adiuncta

24 Salonitano P sic] ita A 26 Non ] *Si praem. Ba A R P F ] ne P testatur ] fatetur F 27 perhibere ] ut arg. add. A xxx. ] xxxi. A R P q.ii. ] q. v. Lr Lp 28 Si uerum ] Suum Lr Lp xxxvi. ] xxxv. Lp A R P C.iii. q.iii. ] C.iii. q.iii. A sua ] contra add. Ba A R P 29 uoluntarie ] *Vulterane Lr Lp non ] homo Lr Lp 30 debet ] deberet A eum ] utrum R eum - a ] ei imputari, nisi eum Ba A P si ] nisi R xx. ] xv. A R P 31 insaniens ] sua mens Lr ] una mens Lp Illa ] Magister uero Gandolfus cuius magna in ecclesia Dei est auctoritas dicit: quis in furore constitutus nullum peccatum committere potest eo quod nesciat quid faciat quia nullum peccatum maculat nescientem, supra C.i. q.iii. c.i. add. Ba moriuntur] monentur Lr ] mouentur Lp 32 satisfecerint ] satisfecerunt A uoluerint] noluerit Lr Lp ] promiserunt Ba 33 Princeps om. Lr Lp ] Principes R F 34 eam ] ea Lr 35 Quis in causa ] Qui si causam R ] Qui sincera SL F De Iudeis om. F enim om. R 36 ut - 37 Multi om. A 38 Quod ] Qui P F est om. Lr Lp 39 ut] si A 41 Senarios ] *Homicidas Ba<sup>pc</sup> ] uenenarios A<sup>pc</sup> F ] Homicidas fenerarios R 42 punientur ] puniuntur A***

<sup>45</sup>1 Comp. 5.10.8 (=X 5.12,7, Presbyterum), JL 14091 <sup>46</sup>C.20 q.3 c.4 <sup>47</sup>C.31 q.2 c.1

<sup>48</sup>C.35 q.6 c.4 <sup>49</sup>C.4 q.3 c.3 § 24 <sup>50</sup>C.15 q.1 c.12 <sup>51</sup>C.15 q.1 c.6 <sup>52</sup>C.13 q.6 c.1; cf.

SL C.23 q.5 c.12 <sup>53</sup>D.45 c.3, 5; cf. SL C.23 q.5 c.20 v. *intra ecclesiam positi* <sup>54</sup>C.2 q.1 c.18

<sup>55</sup>C.23 q.4 c.51

aliquid non esse dicitur fictione canonis, quod tamen secundum rei ueritatem existit, d.l. Ferrum de terra<sup>56</sup>, C.vii. q.i. Mutationes<sup>57</sup>, C.xxxii. q.i.  
45 Qui autem<sup>58</sup>.

39. *Sunt quedam usque et principes mundi dampnantur.* Nam cum isti ob immanitatem facinoris sint pena capititis digni non nisi ab eis possunt pena capititis puniri qui sanguinis penam infligunt<sup>59</sup>.

42. *Non uos usque insertus Calcedonensi sinodo canon,* contra, cuius  
50 institutiones dispensatio non admittitur, ut supra d.xv. Sicut<sup>60</sup>. Quod de hiis debet intelligi que ad statum ecclesie spectant. Secus uero est dicendum in hiis que sunt in personarum animaduersione statuta.

45. *Relegentes usque de malis hominum actibus bona operari consueuit.* Nam  
testante Apostolo hiis qui secundum propositum uocati sunt sancti omnia  
55 cooperantur in bonum<sup>61</sup>, etiam id quod deuiant, idest deuiationis inspectio.  
Vsque quamuis igitur per illorum scelus facta sit utilitas. Hinc collige quod  
non debent mala impunita relinqui quia ex hiis utilitas alicui prouenisset;  
nam et pene Iudei leguntur subpositi licet occasionaliter secula esset generis  
humani redemptio, ut d.xxvii. Si uir<sup>62</sup>, ut C.xxii. q.ii. Ne quis<sup>63</sup>, C.xxiiii. q.v.  
60 Forte<sup>64</sup>, C.xxxii. q.ult. c.ult.<sup>65</sup>, ut d.xxiiii. Qui ait<sup>66</sup>, C.i.q.i. Non est putanda<sup>67</sup>.

47. *Excommunicatorum usque secundum intentionem,* scilicet occidentis.  
Nam si ea intentione aliquis excommunicatos et ecclesie hostes interficit,

43 aliquid ] quid **Ba** non esse dicitur fictione *om.* **Lr** fictione *om.* **Lr Lp** rei *om.*  
**P** 44 existit] ex illa **Lr**] existat **R** d.l.] ut arg. *praem.* **A** Ferrum de terra *om.* **Lr**  
de terra *om.* **Lp** 46 quedam] quidam **Lp** dampnantur] dampnant **F** 47 sint] sit **Lr**  
sint - 48 infligunt *om.* **R** capititis] peccati **Lr Lp Ba R** digni - 48 capititis *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
49 *insertus*] *incertus* **Lr Lp R** *om.* **Ba** *sinodo* *om.* **Ba** 50 institutiones] constitutioni  
**Ba**] constitutionem **A P** 51 in] de **Ba R** 52 statuta] ut di. xxiiii. Cognoscamus  
(c.14) add. **A P** 53 *Relegentes*] *Legentes* **Lr Lp** 54 testante] teste **Ba A R P** hiis]  
is **Ba**] hi **R** sancti *om.* **A** 55 idest] etiam **A** deuiationis] diuinationis **Lr Lp**  
**R** 57 non] ideo add. **Ba A**] in nullo **R**] iam add. **P** debent] debet **P** relinqui]  
relinquere **Lr Lp** quia] quoniam **R** alicui] Hinc collige quod in nullo *praem.* **R<sup>ac</sup>**  
58 esset] fuisse **R**] inde add. **Ba A R P** 59 redemptio] redemptione **R** ut] arg. add.  
**A** quis] arbitretur add. **Ba** xxiiii.] xiiii. **A R P** 60 ut *om.* **A** d.xxiiii.] d. xiiii.  
**A R P** Qui] Quod **Ba R** 61 occidentis] accidentis **Lr Lp** 62 et et *om.* **A**

<sup>56</sup>D.50 c18      <sup>57</sup>C.7 q.1 c.34      <sup>58</sup>C.32 q.1 c.7      <sup>59</sup>Cf. SL C.23 q.5 c.39 v. *Sicut quedam usque*  
*dampnent* (in principio)      <sup>60</sup>D.15 c.2      <sup>61</sup>Cf. Rm. 8,28      <sup>62</sup>D.27 c.3      <sup>63</sup>C.22 q.2 c.14

<sup>64</sup>C.14 q.5 c.3      <sup>65</sup>C.32 q.5 c.33      <sup>66</sup>D.14 c.1      <sup>67</sup>C.1 q.1 c.27; cf. SL C.23 q.5 c. 45 v. *per*  
*illorum facta sit utilitas*

quia inimici sunt et persecutores ecclesie, minima ei ad cautelam est penitentia iniungenda. Si uero ea mente et intentione hoc facit ut eis sua bona auferat, maior est ei penitentia iniungenda, quia affectus operi nomen suum imponit.

49. *Remittuntur peccata per uerbum Dei*, idest per Filium Dei. Filius autem Verbum ideo dicitur quia sicut per uerbum hominum cogitationes cognoscimus, ita per Filium nouimus Patrem, sicut Veritas dicit in euangilio: 'nemo nouit Patrem nisi per Filium, qui est agnus tollens peccata mundi'<sup>68</sup>. Vel per uerbum diuine predicationis misericordie, idest per fidem predicationis peccata dimittuntur<sup>69</sup>.

49. (p.c.) § *Hinc notandum usque non nisi temporalem accepit*. Hinc collige quod bonum etiam quod mala intentione fit, non est irremuneratum, saltem temporali mercedi, ut supra C.xxi. q.iii. Si quelibet<sup>70</sup>. Vsque *quibus non precepit*. Hinc<sup>71</sup> habes unam excusationem filiorum Israel quia Domino precipiente gentes illas occiderunt<sup>72</sup>; alias supra C.ea. q.ii. c.i.<sup>73</sup>

### <Q. VI>

§ *Quod autem usque nolite timere eos qui corpus occidunt*. Et nota quod hic non prohibuit Dominus naturalem timorem quod esset impossibile, cum naturale sit homini mortem horrere, sed ne timore pene a lege Dei cederent interdixit. Vsque *tamquam abortiuo*. Se comparat Apostolus<sup>74</sup>, quia quodam

63 persecutores] eodem add. Lp ecclesie om. Lp Ba minima ei] iniuncta Lr Lp om.  
 R 64 Si - 65 iniungenda om. A (omoio.) 65 ei] enim Lr A om. R penitentia  
 om. Lr Lp quia] nam A P affectus] effectus Lp operi] suo add. Ba R  
 P 66 suum om. Ba A R P 67 Remittuntur] (R)emittuntur A 69 cognoscimus]  
 dinoscimus Lp 70 agnus] Dei add. Ba A 71 misericordie om. Ba A P 73 Hinc]  
*His ubi Lr ] Sicut Lp accepit ] inueniunt F collige om. R 74 etiam*  
*om. Lr Lp ] etsi R quod<sup>2</sup> om. Lr Lp R mala] male P fit om. P 75 xxi.]*  
*xxii. A P q.iii. ] q.ii. A non ] etiam Ba A R P F 77 alias] aliam P ] habes add. Lp R P*  
 <Q. VI>

2 hic om. A 3 quod - impossibile] impossibilem Ba 4 sed ne] sine P cederent]  
 se subtrahunt Lp] discederent Ba A R P 5 interdixit] ut (ut om. P) supra C.xi. q.iii.  
 Nolite (c.22) add. A P Vsque] Ideo dixit praem. R Vsque- abortiuo] Abortiuo add. Ba A

<sup>68</sup>Mt 11,22      <sup>69</sup>Cf. SL C.23 q.5 c.49 v. *Remittuntur per Dei uerbum*      <sup>70</sup>C.22 q.2 c.20      <sup>71</sup>Cf.  
 GS 109, 387      <sup>72</sup>Cf. Dt. 7,2      <sup>73</sup>C.23 q.2 c.1 (3) Notandum (GS)      <sup>74</sup>Cf. 1 Cor 15,8

impulsu et coactus ad fidem uenit, sicut abortiuus cum difficultate ad lucem uenit<sup>75</sup>.

1. *Scismatici usque coactus.* Non ideo dicit quia coactus existeret cum contradixit, cum credere non possit homo nisi uolens, sed hoc ideo dicitur quia per coactionem de nolente factus est uolens, ut supra C.e. q.iiii. Displacet<sup>76</sup>. Vsque *timorem*, scilicet seruilem, quia de cetero abstinebat ab illicitis, non timore pene, sed amore iustitie<sup>77</sup>.
3. *Vide usque superabatur exemplis.* Hinc<sup>78</sup> collige quod nulla est euidentior probatio ea que fit per exempla patentia et ueritas se sponte ingerit in oculis singulorum, ut supra d. xxviii. Priusquam<sup>79</sup> et C.ii. q.i. De manifesta<sup>80</sup>.
4. (p.c.) § *Ex hiis usque ille*, scilicet timor seruilis est utilis, quia per eum paulatim fit adsuefactio iustitie. Nam sicut se introducit lumen, ita timor iste iustitiam.

### <Q. VII>

#### § Nunc autem.

1. *Quicumque usque huius legis*, ille numquam scilicet fuerat<sup>81</sup> constitutum ut omnia hereticorum bona confiscarentur, ut supra C.e. q.iiii. Nimium<sup>82</sup>.
5. Vsque *nisi uel iure diuino*, idest canonico, secundum quod nichil debent heretici possidere, sed potius debent omnia eis auferri, ut supra C.e. q.v. Si uos<sup>83</sup>.

---

6 cum] quadam add. Lp 8 ideo] hoc add. A P quia] quod A 9 contradixit] tradidit Ba] creditit A P] contracredidit R credere] contra Lr Lp<sup>ac</sup> uolens] uolentis Lr Lp 10 per om. A de nolente] nolens Ba 12 pene om. A 13 Vide] Si Deus Lr] Videns Lp] Vides A F superabatur] supra haberetur Lr Lp] superabat Ba] demonstrantium praem. R 14 et] ubi add. A P 15 et] ut Lr Lp] supra add. Lp A 16 ille] is praem. Ba ille scilicet] scilicet ille Lr Lp scilicet om. Ba utilis om. Ba 17 fit adsuefactio] adsuescit Ba se] seta Ba A R P lumen] linum Ba A R P

#### <Q. VII>

3 ille om. Lp ille numquam] in qua A R P 4 bona] dona Lr Lp 5 nisi uel] nichil Lp uel] de add. A debent om. A 6 eis auferri om. A

---

<sup>75</sup>Cf. SL C.23 q.6 pr. v. *abortiuo*

<sup>76</sup>C.23 q.4 c.38; cf. GS 110, 387

<sup>77</sup>Cf. SL C.23 q.5 c. 1

v. *coactus, timorem*

<sup>78</sup>cf. GS 111, 387

<sup>79</sup>D.28 c.4

<sup>80</sup>C.2 q.1 c.17; cf. SL C.23 q.5 c. 3

<sup>81</sup>Cf. GS 112, 387

<sup>82</sup>C.23 q.4 c.37

<sup>83</sup>C.23 q.5 c.35; cf. SL C.23 q.7 c.1 v. *Quicumque uos,*

*iure diuino*

## &lt;Q. VIII&gt;

§ *De episcopis uero*

4. *Quicumque usque in rixa, scilicet in qua pugnabat. Si uero tantum adfuit, non est quod ei debeat imputari, licet ei enormia essent commissa, ut supra,*  
 5 *C.e. q.v. c.ult.<sup>84</sup> Vsque sepultura tamen non priuetur.* Absurdum tamen uidetur esse quod hic dicitur et sanctorum canonum institutionibus contraire ut ei concedatur sepulture beneficium cui omnia sacramenta negantur. Ad hoc dici potest etsi non in cimeterio inhumandus uel sicut quibusdam placet talis debet sepeliri in ecclesia etsi non meritorum exigentia, tamen propter ordinum reuerentiam quos recipit. Porro si clericus alicui duellum sponte obtulerit uel sibi oblatum susceperit et subierit, siue uictor exstiterit, siue uictus, de rigore iuris est deponendus. Sed quantumcumque ei in hac parte grauis sit et enormis excessus, euadere potest depositionis sententiam si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandum, dummodo  
 10 ex duello ipso homicidium uel membrorum diminutio non fuerit subsecuta, ut in Extra. c. Licet preter solitum<sup>85</sup>.
11. *Dispar.* Hinc habemus quod a Iudeis non possunt licite usure exigi quibus bellum iuste inducitur, ut supra C.xiiii. q.iii. c.ult.<sup>86</sup>, bella moueri non debent, ut hic dicitur; ergo nec eos licite possumus usurarum exactione pregraueare.
12. *Preterea usque obfuscata esse.* Hinc collige pro peccato alterius alium posse licite infamari, ut supra C.vi. q.i. § Verum<sup>87</sup>. Sed tamen

## &lt;Q. VIII&gt;

2 *episcopis*] *Si quis Lp* ] *ipsis A*    3 *pugnabat*] impugnabat **Ba**    4 *ei<sup>2</sup>*] ibi **A P**    supra] infra **A**    5 v. om. **Lr Lp** ] *iiii. A*    tamen *om. Ba A P*] enim **R**    6 *institutionibus om. Lp*    *institutionibus contraire*] *constitutionibus inimicum Ba A R P*    7 *hoc*] tamen *add. Ba A R P*    8 *potest*] *quod talis est add. A P*    etsi non] *quod qui talis est non est Ba*] *quod talis est R*    *inhumandus*] *humanus R*    10 *recipit*] *recepit A* 12 *iuris*] *merito add. Ba A R P*    *ei*] *eius Ba A P om. R*    13 *sententiam*] *sententia Lr* 13–14 *si cum*] *sicut P*    14 *duxerit*] *duceret Lr Lp*    17 *exigi*] *qui Christi ecclesiam non infestant.* Cum enim ab illis (eis **P**) solis debeant usure exigi *add. Ba A P (omoio.)*] Ab illis enim solis possunt licite exigi *add. R*    18 *inducitur*] *indicitur Lp A R*    q.iii. *om. Lr Lp*] *vii. A*    *bella*] *Iudeis autem praem. Ba A R P*    19 *debent*] *debeant A* 21 *Preterea*] *Prepta Lr Lp*    *obfuscata esse*] *obfuscata fuisse F*    22 *alium*] *alterum Lp*

<sup>84</sup>C.23 q.5 c.49<sup>85</sup>1 Comp. 5.12.1 (=X 5.14.1, Porro), JL 14091<sup>86</sup>C.14 q.4 c.12<sup>87</sup>C.6

q.1 p.c.21

obfuscata dicitur esse fama huius comitis non consumpta quia etsi  
25 facientibus consentiret, non tamen per cooperationem sed per negligentiam  
consentiebat.

28. *Si uobis usque quod a religiosis imperatoribus.* Hoc ideo dicit quia si  
dominus uinculo esset excommunicationis adstrictus uel criminis scismatici  
uel heretice prauitatis pollutus, non tenentur ei subditi obediens, ut supra  
C.xv. q.vi. Iuratos<sup>88</sup>, uel si certum esset eum contra Dominum arma  
30 mouere, ut supra C.xi. q.iii. Iulianus<sup>89</sup> et C.e. q.i. Quid culpatur<sup>90</sup>. Vsque  
*subueniendum hiis.* Subuenire talibus uero debet ecclesia precibus, ne  
penam statutam princeps excedat, ut supra C.xiiii. q.vi. c.i.<sup>91</sup> Vel si de  
reis ad ecclesiam confugientibus intelligatur, planum est quod dicitur. Hii  
35 priuilegio uel propter eam fauorem ecclesie de omni impunitate debent esse  
securi, ut supra C.xxviii. q.iii. Id constituimus<sup>92</sup>.

30. *Hiis a quibus Domini sacramenta.* Et nota quod propter sacramentorum  
puritatem fuit inhibitum ne homicide possint ad ordinem promoueri<sup>93</sup>.

32. *Pessimam usque secundum facultatem suam.* Quid autem si nichil  
in bonis eius posset reperiri. Tunc debet subponi uerberibus et cum ad  
40 uberiorem fortunam deueniret, tunc satisfacere cogetur, ut supra C.xiiii.  
q.vi. c.i.<sup>94</sup> Vsque *dampnum restituat*, de propriis, nam de bonis ecclesie  
restituere non deberet, quia sic delictum persone redundaret in dampnum  
ecclesie. Si uero propria non habuerit, extraordinarie punietur.

34. *Si quatuor usque uolentes eum interficere.* Tantum ergo peccat ut hic  
45 uidetur dici qui occidendi uoluntatem habuerit, quantum et ille qui occidit,  
dummodo per eum non steterit quominus homicidium commisisset, ut infra  
C.xxxiii. q.iii. Si cui.<sup>95</sup>

24 non ] ut A 26 quod ] qui A F 29 xv.] xxv. A 30 et] supra add. A 31 Subuenire ]  
in add. Ba uero om. Ba ne] scilicet praem. Ba A P 33 quod ] hic add. Lp Hii ]  
enim add. Ba A P 34 priuilegio uel om. Ba A P eam om. Ba A P 35 xxviii.]  
xvii. A 36 *Hiis - sacramenta om.* Lp 37 puritatem om. Lr ordinem ] ordines A P  
39 subponi] sub pena Ba 40 deueniret] deuenire contigerit Ba cogetur] cogeretur  
Lr Lp 46 steterit] stetit A

<sup>88</sup>C.15 q.6 c.5      <sup>89</sup>C.11 q.3 c.94      <sup>90</sup>C.23 q.1 c.4      <sup>91</sup>C.14 q.6 c.1      <sup>92</sup>C.17 q.4 c.36; cf.  
SL C.23 q.8 c.28 v. *subueniendum*      <sup>93</sup>Cf. SL C.23 q.8 c.30 v. *Hiis a quibus usque sacramenta* (in  
principio)      <sup>94</sup>C.14 q.6 c.1      <sup>95</sup>De poen. D.1 c.30; cf. SL C.23 q.8 c.34 v. *Si quattuor uolentes*

## &lt;CAVSA XXIII&gt;

*Quidam episcopus in heresim lapsus.*

## &lt;Q.I&gt;

§ *Quod autem circa presentem articulum in summa tenere debeas et docere Magister in subiectis paragraphis satis manifeste declarat.*

2. *Maiores usque insanie, idest heresis. Heretici enim uelut insani contra ecclesiam Dei debaccantur et seuiunt. Vsque et pariter errore dampnato.* Hoc 5 ideo dicit quia si quis Arrio in aliis prohibitis scienter communicauerit, esset quidem prima excommunicatione notatus. Qui uero ei communicaret errorem suum imitando et approbando in eandem recideret iuxta lance sententiam quam cum suis fautoribus susceperebat actor erroris ut infra primo 10 c.<sup>1</sup>

6. *Quodcumque ligaueris super terram.* Et nota quod in persona Petri uniuersitate ecclesie Dominus loquebatur. Singularitatis uero uocabulum posuit quia nullus potest peccata dimittere nisi qui fuerit ecclesie uinculo caritatis unitus. Et expone litteram sic: 'quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis'<sup>2</sup>, iuste sententia, qui excommunicationis percutitur 15 ictibus, et sic ligatur quoad ecclesiam, ut supra C.xi. q.iii. Si episcopus<sup>3</sup>, non tamen excommunicatus est apud Deum, ut infra C.e. q.iii. Si quis<sup>4</sup>, adhibita scilicet potestate ligandi et soluendi. De clauibus autem illis queritur quid sint et quot et an omnibus sacerdotibus conferantur. Claves autem ille, sicut 20 quibusdam placet, sunt potestas ligandi et soluendi, que due esse uidentur,

## &lt;Q.I&gt;

2 autem] Quid add. Ba R P in summa om. Lp 4 insanie] usus add. Ba A Heretici enim om. Ba uelut] ualde Ba 6 Arrio in aliis] Arrionariis Lr Lp<sup>ac</sup> in] uel Ba communicauerit] communicaret A 7 ei om. Lr 8 recideret] caderet Lp ] incideret Ba ] recidet R ] recederet P iuxta] mixta Lr Lp<sup>ac</sup> ] iusta A 9 cum om. Lr Lp fautoribus] actoribus Lp 9-10 primo c.] di. Lr ] ea di. Lp 11 Quodcumque] Quicumque Lr Lp super terram om. A 12 uero] enim A 14 super - 15 celis om. Ba A P 15 sententia - 17 quis om. A sententia qui] namque iniuste P qui] Nam praem. Ba ] enim add. R ] iniuste add. Ba 17 C.e. q.iii. ] q.iiii. Lr Lp 19 et an] ad P 20 sunt om. Ba potestas] potestates Lr Lp

<sup>1</sup>C.24 q.1 c.1; cf. SL C.24 q.1 c.2 v. *Maiores usque pariter errore dampnato* <sup>2</sup>Cf. Mt. 16,19

<sup>3</sup>C.11 q.3 c.4; cf. SL C.24 q.1 c.6 v. *Quodcumque usque ligaueris* <sup>4</sup>C.24 q.3 c.21

licet quidam dicant ideo eas esse duas dictum fore propter duplarem earum effectum, nec omnibus due conferuntur, quia non conceditur clavis scientie imperitis. Si uero post promotionem imperitus studeat et addiscat, tunc primo illam clavem accipit sicut qui ante promotionem doctus erat, non tamen scientia illa erat in eo clavis.

20. *Omnibus usque super petram*, idest super Christum per petram figuratum. Petra autem teste Apostolo erat Christus. Vel supra soliditatem fidei ipsius Petri. Vsque *unica*. Vnica dicitur esse ecclesia quia unitatem diligit et seruat in capite, licet diuisio aliquando reperiatur in membris, que sicut unica est, ita uni uiro Christo est, Apostolo teste<sup>5</sup>, despontata. Vsque *columba*. Columbe propter simplicitatem comparantur ecclesie. Vnde et membris eius dicitur: 'estote simplices sicut columbe'<sup>6</sup>; nam sicut columba sincero, casto et indissolubili federe suum comparem diligit et amplexatur, sic Christus uir de uxore ecclesia. Nam ex quo assumpsit hominem, numquam depositus. Vsque *sponsa*. 'Despondi enim uos', dicit Apostolus, 'uni uiro'<sup>7</sup>. Et *pulchra*, uirtutum decore. *Sine macula*, criminis. *Et ruga*, duplicitatis. *Ortus*, propter odorem bonorum operum. *Conclusus*, quia non debent bona opera causa uane laudis manifestari, sed 'cum facis elemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua'<sup>8</sup>. *Fons signatus*, propter sacramentorum notitiam et reuelationem que non nisi filiis ecclesie sunt reuelanda. Non enim debemus margaritas nostras spargere ante porcos<sup>9</sup>. Inde est etiam quod septem illa signacula de quibus Ioannes in Apocalipsi sua commemorat nemo soluere potuit nisi leo de tribu Iuda<sup>10</sup>. *Puteus*, propter sacramentorum profunditatem et altitudinem. Dicit enim Apostolus 'o altitudo sapientie et scientie Dei'<sup>11</sup>. In ecclesia est copia et latitudo et puritas caritatis que sicut dictum est Samaritane: 'est fons aque salientis in uitam eternam'<sup>12</sup>.

---

21 ideo] iuro R eas om. Lr Lp R 23 imperitus - promotionem om. P (omoio.) 25 eo] ea A clavis om. Lr Lp P 28 Petri om. P esse] autem Lp om. Ba ecclesia] unica add. Lp 33 et<sup>1</sup>] in Ba 34 sic] sicut Ba Christus uir] Christum uirum Lp Ba A P uir] debet add. Lp de uxore] uxor Lp Ba A 36 Apostolus] ecclesie add. Lp<sup>pc</sup> A uni] cum Lr uiro] castam add. Ba<sup>pc</sup>] etc. add. R 37 Et om. Ba A R Ortus] Ornatus] Lr Lp 39 tua - tua] etc. R Fons] Et praem. A 45 altitudo] latitudo Lr Lp Dei om. Ba In] Aque uiue praem. Ba A ecclesia] enim add. Ba A R P est om. A 46 fons aque] aqua Lr Lp fons - 47 salientis] aqua saliens A

---

<sup>5</sup>2 Cor 11,2      <sup>6</sup>Mt 10,16      <sup>7</sup>2 Cor 11,2      <sup>8</sup>Mt 6,3      <sup>9</sup>Mt 7,6      <sup>10</sup>Ap 5,5      <sup>11</sup>Rm 11,33  
<sup>12</sup>Io. 4,14; cf. SL C.24 q.1 c. 20 v. *super petram* (et sequentes)

23. *Aduocauit.* Licet difficile sit capitulum et a lectione simplicium penitus alienum, nolumus tamen in exponendo moras solitas facere, quoniam sufficienter in aliis summis<sup>13</sup> expositum inuenitur. Vsque *quamvis gratie fenus.* Hinc habes quod fenus in bona parte accipitur, ut supra d.xvi. c.ult.<sup>14</sup>
31. *Dicimus omnino.* Hinc collige quod uniuersali nomine posito, nichil potest excipi, nisi quatenus a canone aliquid inueniatur esse exceptum, d.xix. Si Romanorum<sup>15</sup>, d.lv. Si euangelica<sup>16</sup>, C.xxxi. q.i. c.ult.<sup>17</sup>
- 55 33. *Pudenda usque uel ipsarum consuetudinem.* Hinc habes quod in rebus etiam perperam gestis bonum est ordinem solitum obseruari, C.xxxii. q.vii. Adulterii<sup>18</sup>. Vsque *melius ac facilius.* Hinc collige quod ibi debet quelibet causa tractari ubi facilius rei ueritas posset deprehendi, C.xxxiii. q.ii. Siue de<sup>19</sup>, C.xxiii. q.iii. Si illic<sup>20</sup>.
- 60 34. *Scisma usque in unitate scissura esse non potest.* Inde est etiam quod uestis Domini inconsutilis non subiacuit sectioni, sed uni militum sorte peruenit, que ecclesie figurabat unitatem, ut supra C.xvi. q.ult. Sicut uestimentum<sup>21</sup>.
- 65 35. *Ait usque ex quo talia predicare.* Hinc uidetur innui quod si hereticus aliquem excommunicat uel degradat, quamdiu eius heresis latet, quod sententia eius teneat, etsi non possit hoc de iure merito facere, sed de officio quo nondum est iudicio ecclesie spoliatus. Cum uero publice contra fidem aliquam predocet et predicit tunc, ut quibusdam placet, eo ipso est depositus et neminem potest eius sententia absoluere et ligare, sed quoniam, quanto heresis serpit occultius, tanto grauius Dominicam uineam in simplicibus demolitur. Inde est quod in odium et detestationem heretice

48 lectione] lectore Lr Lp simplicium] simpliciter Lr om. Lp penitus] scilicet add. R  
 49 solitas] insolitas R facere] addere Ba A R 51 parte] significatione Ba] expositum add. R accipitur] inuenitur R 52 omnino] omnis Lr Lp omnes A R P 53 potest om. P excipi] exponi Lr Lp<sup>ac</sup> a] in Lr Lp no(uo) P esse] om. A exceptum] ut arg. add. A 54 lv.] xl. Lr 56 obseruari] ut arg. add. A] C.xxxii. q.vii. Non solum (c.5) add. Ba A P 57 Adulterii] Alterutri Lr Lp 58 rei om. Ba posset] potest A P deprehendi] ut arg. add. A 58–59 Siue de] Fundus R Cum de P 60 unitate] ueritate Ba R P scissura] scisma A Inde] Nam praem. A 61 sectioni] idest diuisioni add. Ba uni om. Lr Lp 64 Ait om. Lr Lp R 66 etsi] licet Ba 67 est om. Lr Lp 68 predocet] docet Ba A P predicit] preuidicat P 69 et<sup>2</sup>] uel A 71 odium] dominum Lr Lp<sup>ac</sup> et om. Lr

<sup>13</sup> Agitur, sicut antea notavimus, de decreto Gratiani ipso.

<sup>14</sup> D.46 c.10

<sup>15</sup> D.19 c.1

<sup>16</sup> D.55 c.13

<sup>17</sup> C.31 q.1 c.13

<sup>18</sup> C.32 q.7 c.11

<sup>19</sup> C.33 q.2 c.4

<sup>20</sup> C.23 q.4 c.29

<sup>21</sup> C.16 q.7 c.19

prauitatis quidam dicunt specialiter esse statutum ut sententia heretici, licet occulti, nullus possit absolui uel excommunicationis uinculo innodari. Et sic exponunt hanc litteram: maxime ex quo talia ceperunt predicare, sed quasi idem est et si ante<sup>22</sup>.

40. *Si quem usque extrema necessitas.* Sed queritur an idem de penitentia possit dici quod in necessitatis tempore ualeat ab heretico penitentia indici penitenti. Quod credimus. Nam, Augustino teste<sup>23</sup>, qui in necessitate socio confitetur turpitudinem criminis sit dignus uenia ex desiderio sacerdotis, ut infra de pen. d.vii. § ult.<sup>24</sup>

41. *Si quis usque et nescit.* De<sup>25</sup> iuris ignorantia hoc uidetur intelligendum que tamen excusat sed non penitus et ex toto releuat penam, sed non absorbet culpam, ut de con. d.ii. Scriptura<sup>26</sup>, d.lii. c.i.<sup>27</sup>, de con. d.iii. Retulerunt<sup>28</sup>. Vsque et quidam humanius. Hec<sup>29</sup> ergo sententia potior est et ceteris preponenda que maiori nititur pietate, ut supra d.ix. Sane quippe ratio<sup>30</sup>.

## <Q. II>

§ *Quod autem.* Et hec questio expedita est. Nullus debet post mortem in uinculo excommunicationis affligi, nisi probetur eum in uita fuisse hereticum uel schismaticum, ut infra C.e. q.e. Sane<sup>31</sup>. Tunc enim excommunicabitur non quod ei iam dampnato aliquid augeatur in pena, sed in criminis detestationem hoc credimus esse statutum. Mortuos excommunicare nichil aliud est quam ab eorum elemosinis, sacrificiis

73 nullus] non A 76 quem] quid Lr Lp ] quis R idem om. Lp Ba 79 ex - 80 pen. om. P  
80 d.vii. § ult. om. Lr Lp R 81 Si - ignorantia om. Lr Lp R hoc] hic Lr Lp 82 non<sup>1</sup>  
om. Ba A releuat] reuelat Lr ] quidem add. Ba A 83 ut] arg. add. A Scriptura ]  
c.i. Ba A 84 est om. Ba R P 85 ix. Sane] xi. Sana A 86 ratio om. Ba A ] est add. R

### <Q. II>

2 Nullus] enim add. A P debet] ei add. R 3 in om. Ba A R P affligi] astringi Ba  
A P probetur] prohibetur Lp 4 uel schismaticum om. A 5 augeatur] addatur  
Ba A P 6 Mortuos] autem add. Lp Ba A R P

<sup>22</sup>Cf. SL C.24 q.1 c. 35 v. *Ait Celestinus usque talia predicare ceperit*   <sup>23</sup>Augustinus Hipponensis,  
*De baptismo contra Donatistas*, PL 43.110   <sup>24</sup>De poen. D.7 c.6   <sup>25</sup>cf. GS 114, 388   <sup>26</sup>De  
cons. D.2 c.3   <sup>27</sup>D.52 c.1   <sup>28</sup>De cons. D.4 c.86   <sup>29</sup>cf. GS 115, 388   <sup>30</sup>D.9 c.11; cf. SL  
C.24 q.1 c.41 v. *Si quis, humanius*   <sup>31</sup>C.24 q.1 c.3

et orationibus abstinere, sicut econtrario in hiis mortuis dicitur ecclesia communicare, ut infra C.e. q.e. Sane<sup>32</sup>. Mortuos excommunicare ideo non possumus quia, cum sint examini diuino relict, non possunt ab humano iudicio condemnari, ut supra d.xxiii. Quorundam<sup>33</sup> et infra C.xxxiii. q.ii. Admonere<sup>34</sup>.

1. *De communione usque in cuius manu*, idest beneplacito et potestate. Accipitur enim manus Dei aliquando pro potestate ut in manu forti et brachio extento<sup>35</sup>. Vsque *communicare non possumus*. Hoc non est regulare. Interdum enim communicamus mortuis quibus uiuis non communicabamus, ut infra e. q. Sane<sup>36</sup> et econuerso, ut in subditis capitulois continetur. Vnde dicas sic: quibus non communicamus uiuis, mortuis communicare non debemus, nisi in eo fine essent inuenti ut eis deberemus absolutionis beneficium indulgere. Si enim excommunicatus, dum ageret in nouissimis, satisfacere ecclesie uoluerit quamvis reconciliatus non esset, nichilominus tamen ei communicare debemus et possumus, ut supra C.iii. q.ii. c.ult.<sup>37</sup>
3. *Sane usque laudamus*. Hic opponitur: aut canonice fecit iste episcopus cum se a communione hic suspendit aut non. Si non canonice, non ergo debuit eum summus pontifex commendare, cum nullus debeat pro male factis apud bonos et graues laudari. Si uero iuste se ab eius communione suspendit, non erat corrigendus. Ad hoc dici potest quod factum in sui natura erat dignum reprehensione. Laudatus tamen fuit episcopus, non de facto improbo, sed de intentione pura<sup>38</sup>. Cum enim bono et sincero affectu episcopus ab huius communione se suspendit quoniam affectus

---

8 hiis] huiusmodi **Ba** 9 communicare] excommunicare A C.e. om. A Mortuos] autem add. **Lp Ba A R P** non om. P 10 non] ante P 14 enim] ut **Lr Lp** ut] ibi add. P 15 extento] excenso **Lr Lp**] extenso A 16 quibus] cum *praem.* **Ba** quibus - 17 communicabamus *om.* **R** 17 communicabamus] communicabimus A subditis] subiectis P 18 Vnde] Vel **Ba** 19 fine] si non **Lr Lp<sup>ac</sup>** inuenti] mortui **Ba** eis deberemus] eos debere P 21 esset] etiam **Lr Lp** 22 tamen - 23 ult. *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>**] post mortem reconciliabitur **R** 25 cum] dum A a] ab eius **Lp** a comunione] /// **Lr** hic *om.* **Lp Ba**] huiusmodi A] huius **R** hic - canonice *om.* P canonice *om.* **Ba** ergo] ob hoc add. **Ba A** 26 debeat *om.* A 27 apud] propter **Lr**] et per **R** 28 dici potest] dicendum **R** in *om.* **Ba** 29 dignum] notabile **Ba A P** Laudatus] Laudabilis **Ba** fuit] iste add. **Ba A P** 30 bono] hoc **Lr Lp** 31 episcopus - affectus *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** **Ba<sup>ac</sup>** (*omoio.*)

---

<sup>32</sup>C.24 q.2 c.3; cf. SL C.24 q.2 pr. v. *Quod autem post mortem* (in principio) <sup>33</sup>D.23 c.14  
<sup>34</sup>C.33 q.2 c.8 <sup>35</sup>Cf. Dt 5,15; 10,26 <sup>36</sup>C.24 q.2 c.3 <sup>37</sup>C.33 q.2 c.8 <sup>38</sup>Cf. SL C.24 q.2 c.3 v. *ex opposito* (in fine)

operi nomen imponit, quodammodo iudicatum est factum laudabile propter zelum Dei quem habebat episcopus et intentionem puram, qui aliter esset reprehensione notandus. Vsque *absolutionem indulsimus*. Hinc collige tres  
 35 esse causas propter quas debemus a mortuorum communione suspendi, scilicet si in canonem date sententie incidit, nec absolutionis fuit beneficium postea consecutus a qua pena apostolicus Ricardum istum in natalitiis beati Petri absoluit etsi fuit nominatim excommunicatus et si communicauit hiis qui sententias suscepserant, nec postea penituerunt<sup>39</sup>. Vsque *dispensatiue*. Sic  
 40 ergo uidetur quod de iure communi ei non poterit episcopus communicare, quod tamen non credimus euenire, sed dispensatiue ideo dicit quia secundum iuris rigorem forte predonis communio est ecclesie interdicta. Vel *dispensatiue*, idest quamdiu ecclesia eos portat et cum eis dispensat.

## &lt;Q. III&gt;

§ *Quod autem*. Quid circa hunc articulum tenere debeas in primo paragrapho inuenies; et idem in primo c. confirmatur.

1. *Sic habes usque reperirentur idonei inde reddere rationem*. Hinc collige testes  
 5 non esse recipiendos qui rem se scire asserunt, sed unde et qualiter nouerint non declarant, C.iiii. q.iii. § Soli testes<sup>40</sup>, C.xxxv. q.vi. De parentela<sup>41</sup>, in Extra.  
 c. Si quando<sup>42</sup>. Vsque *senex enim a iuuene*. Hinc habes quod reprehensibilis est episcopus qui a perito subdito negligit et doceri contempnit, d.xxii. De Constantinopolitana<sup>43</sup>, d.xxxviii. c.ult.<sup>44</sup>

32 operi nomen ] queri Lr querit Lp<sup>ac</sup> 33 et om. Lr Lp intentionem puram ] intentione pura Lr Lp R qui ] quod A aliter ] alias Lr Lp A 34 notandum om. Lr ] notandum A  
 37 Ricardum ] recurrentum Lr Lp<sup>ac</sup> 38 etsi ] et Lr Lp fuit ] fuerit P et ] uel Ba A  
 P 39 qui ] nominatim iam add. Ba P ] nominatam add. A sententias ] sententiam Ba A  
 R postea om. Ba 42 communio ] // P communio est om. Lr ] communione Lp  
 Vel ] dis add. (repetit) Lr 43 dispensatiue ] dispensatione Lr Lp<sup>ac</sup> portat ] patitur A R P

## &lt;Q. III&gt;

2 hunc ] presentem A 3 et idem ] etiam ibidem Ba confirmatur ] inuenies confirmatum Ba 4 Sic ] Si F testes om. P 6 declarant ] ut arg. add. A q.iii. ] q.iiii. A  
 7 quod om. P 8 est ] enim P contempnit ] ut arg. add. A xxii ] xxv Lr Lp

<sup>39</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 370-371    <sup>40</sup>C.4 q.3 c.3 § 30    <sup>41</sup>C.35 q.6 c.8    <sup>42</sup>1 Comp. 1.21.10 (=X 1.29.8), JL 14027; cf. Mc Laughlin, 'The extravagantes', 175.    <sup>43</sup>D.22 c.4    <sup>44</sup>D.38 c.16; cf. SL C.24 q.3 c. 1 v. *reperirentur idonei*, *Senex enim*

- 10 11. *Cum ergo usque propositi uarietas, scilicet quod quidam eorum impleuit legem timore, quidam uero dilectione.*
11. (p.c.) *Sed qui usque maledictus Canaan.* Et nota quod non Cham<sup>45</sup> derisorem<sup>46</sup> sed Canaan<sup>47</sup> innocentem seruitutis misera conditio alligauit. Quod factum est ideo ut illis daretur intelligi quod Dominus non primos  
15 sed secundos motus et deinceps eternaliter punit. Non tamen immunis fuit Cham a pena cum fuit aspere punitus in filio, sicut de sapiente iuxta illud Salomonicum letaretur, ut supra d.xxvi. *Casta*<sup>48</sup>.
13. *Apostolice usque exemplo.* Ipse enim Apostolus fornicatorem Corinthum tradidit Satane<sup>49</sup>. Vsque et in errorem mittentium. Hoc ideo addit quod in  
20 hiis que ad fidem spectant nichil distat in uitio decipere posse uel decipi, ut supra C.xvi. q.i. Si cupis<sup>50</sup>.
14. *Tam sacerdos quam reliqui fideles* etc. Et nota quod hinc potest confirmari illa sententia in qua dicitur quod non solum prelati sed etiam alii teneantur peccantes corrigere et accusare cum possint iuxta mandatum euangelii, ut  
25 supra C.ii. q.i. Si peccauerit<sup>51</sup> et q.vii. *Quapropter*<sup>52</sup>.
17. *Corripiantur usque ipsa forsitan separatione sananda.* Hoc ideo dicit quia hec separatio qua quis de ecclesia separatur non est mortalis, sed medicinalis, ut supra C.ii. q.i. Multi<sup>53</sup>.
19. *An non districta ultione feriendus es.* Et nota quod ideo pepercit Nicolaus  
30 Lothario, sed eius uoluit uulnera ferro correctionis aperire, quia ferro aperienda sunt uulnera que fomentorum non sentiunt medicinam, ut supra d.lxxxii. c.iii.<sup>54</sup>, nec habebat in scelere sociam multitudinem propter quod schismatis periculum timeretur.

---

10 scilicet] sed **Lr Lp** impleuit] implet A 12 *Sed*] **Si Ba<sup>pc</sup>** qui] quid **Lr om. Lp**  
] **quia A maledictus**] **maledictos Ba** 13 misera] miseria **Lr Lp** conditio alligauit]  
cum domino aliud **Lr Lp** 14 Quod] forte add. **Ba A La P** ideo - illis] in illis ut **Ba**  
ut] in add. A 15 Non] Nec **A P** 16 fuit *om.* P aspere *om.* **Ba** 17 Salomonicum]  
Salomonis cum **Ba** xxvi.] xvi. **Lp**] xcvi. A *Casta om.* **Lr Lp**] Esto **A P** 19 Vsque  
*om.* **R** addit] accedit **Lr Lp R**] addidit **P** quod] **quia A R** 22 confirmari] firmari  
**A R P** 26 *forsitan*] forte **A** 27 quis] pars **Lr Lp** 27-28 sed medicinalis *om.* **P**  
29 *districta*] *distincta* **Lp** *ultione*] *unctione* **Lr** *[facti add.* **Lr Lp** *feriendus om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
*es om.* **Lr Lp**] *est Ba P* ideo] non add. **Lr A P**

---

<sup>45</sup>Cf. Pro 14; cf. Ps 77,51. <sup>46</sup>La iterum incipit. <sup>47</sup>Gn. 3,25. <sup>48</sup>D.95 c.7 <sup>49</sup>2 Cor  
2,11 <sup>50</sup>C.16 q.1 c.5; cf. SL C.24 q.3 c.13 v. *Apostolice, in errorem mittentium* <sup>51</sup>C.2 q.1 c.19  
<sup>52</sup>C.2 q.7 c.47; cf. SL C.24 q.3 c.14 v. *Tam sacerdos quam reliqui* (in principio) <sup>53</sup>C.2 q.1 c.18  
<sup>54</sup>D.82 c.3

23. *Si quis Romipetas usque noueris teloneorum, scilicet de nouo plus*  
 35 *solito ab eis extorquendo. Vel 'nouis', idest in illis locis in quibus hec exigi*  
*antiquitus non solebant<sup>55</sup>.*

29. *Dixit Apostolus usque corrigi parati.* Hinc uolunt quidam colligere  
 expositionem illius c. quod est supra d.xl. Si papa<sup>56</sup>, scilicet quod tunc  
 40 demum potest apostolicus de heresi accusari et dampnari a subditis cum  
 heresim in qua est lapsus predicit et defendit. Si uero paratus est corrigi,  
 non potest de heresi accusari, ut hic et infra, secundo c.<sup>57</sup>

37. *Notandum est usque frater qui corripitur ab ecclesia.* Hinc collige quod non  
 dicitur esse contumax, nec tanquam contumax est excommunicandus, qui  
 45 socii admonitionem non recipit, sed potius qui ecclesiam monentem audire  
 contempnit.

34 scilicet] idest **Lr Lp** nouo] nouito **Lr** 35 hec *om. Lr Lp* 36 solebat **A**  
 37 *Dicit Lr Lp* 39 demum] non *add. Lr Lp* de heresi *om. Ba* 40 *predicat]*  
*preiudicat P* 41 *potest]* etiam *add. Ba A La P* 42 *frater qui]* *super quod A* 43 *dicitur]*  
*uidetur Ba*

<sup>55</sup>Cf. SL C.24 q.3 c.23      <sup>56</sup>D.40 c.6      <sup>57</sup>C.24 q.3 c.2

## &lt;CAVSA XXV&gt;

*Cum Sacrosancta Romana ecclesia.*

## &lt;Q.I&gt;

*§ Quod uero.*

- Hanc questionem Magister preter solitum confuso et turbato ordine tractatur. Vnde ut prava in directa et aspera reducamus in uias planas<sup>1</sup>
- 5    hoc uidetur esse tenendum quod clerici baptismalis ecclesie, cum sint priuilegio muniti quantum ad episcopum in cuius sunt diocesi constituti, decimas ex integro possunt percipere nisi ipsi sint diuites et diuitiis affluant et episcopus dinoscatur inopia laborare. Quantum ad monachos uero qui simili quodammodo priuilegio gaudent, se tueri non possunt, cum per
- 10 posterius priuilegium uideantur esse derogatum priori. Alii distinguunt utrum ex certa scientia posterius priuilegium concesserit apostolicus, uel non. In primo casu posterius priori preiudicat, in secundo primum posteriori preiudicium generat. Et hec distinctio potest colligi ex quodam Extra. c. Inter ceteras consultationes<sup>2</sup>.
- 15    3. *Que ad usque que ad bonum sunt commune prefixa.* Per hoc ergo colligitur quod nec episcopus potest fieri monachus, ut supra C.vii. q.i. Scias<sup>3</sup> et c. Hoc<sup>4</sup>, nec clericus possit criminosum ad accusationem suam admittere, ut supra C.iii. q.iiii. c.i.<sup>5</sup>, nec partes, etiam si uelint, sacramento calumpnie abrenuntiare, cum hec omnia propter communem utilitatem sunt instituta, unde non debent ad priuatum commodum trahi.
- 20    6. *Sunt quidam usque aperte, scilicet quod ad litteram sit intelligendum; nam in illis que parabolice et mistice dicebantur, mutatio potest admitti.*

2 *Cum Sacrosancta*] Sancta F

<Q.I>

3 confuso et *om. Ba*    4 tractatur] uidetur tractare **Ba**] tractat **A La R P**    Vnde] Et **Ba** in] et **Lp**    5 baptismalis ecclesie *om. A*    7 decimas] decima **Lr Lp**    ex integro *om. Ba*    percipere] recipere **Lr Lp**    9 gaudent - 10 priuilegium *om. Lr Lp R* (*omoio.*) 10 uideantur] uideatur **Lp A La R**    Alii] uero add. **La P**    11 scientia] conscientia **A** 12 casu *om. Lr*] enim **Ba**    14 ceteras consultationes] cetera consulta **Lr Lp**    15 *que*] *an Lr Lp*    16 fieri monachus] simoniacus **Lr Lp<sup>ac</sup>**    18 si uelint] sine litteris **Lr**

<sup>1</sup>Is 40,4    <sup>2</sup>1 Comp. 1.2.4 (=X 1.3.4), JL 13878    <sup>3</sup>C.7 q.1 c.35    <sup>4</sup>C.7 q.1 c.45    <sup>5</sup>C.3 q.3 c.1; cf. SL C.25 q.1 c.3 v. *ad bonum commune*

Vsque *Dominus uel eius apostoli*. Hinc collige illud quod frequenter solet proponi, scilicet quod apostolicus contra hominum statuta possit facere.  
 25 Contra uero ea que a Domino uel apostolis sunt instituta, nequaquam<sup>6</sup>.  
 Vsque *aliquid diffinierunt*, de hiis que ad articulos fidei pertinent, ut infra C.e.  
 q.i. Prima<sup>7</sup>.

10. *Satagendum usque quibus*, scilicet regibus, scripture precipiunt eos esse sibi subditos; uel ipse scripture, dicit apostolicus, precipiunt nos esse subditos Deo uel eis. Vsque *facere maturaui*. Queritur autem hic an fidem suam hic exponere apostolicus tenetur quod ea ratione uidetur esse dicendum quod pro heresi potest summus pontifex a subditis iudicari, ut supra d.xl. Si papa<sup>8</sup>. Ergo et suspicionem conceptam pro heresi diluere et abolere tenetur, cum sit impius et crudelis qui conscientie fidens famam negligit, ut supra C.xi. q.iii. Non sunt audiendi<sup>9</sup>. Vel dici potest quod ex dispensatione et humilitate hoc fecit apostolicus, non ex iuris rigore ut supra C.ii. q.vii. Nos si<sup>10</sup>. Vnde hoc faciens non dedit successoribus formam qua id facere tenerentur, C.ii. q.iiii. Auditum est<sup>11</sup>.

13. *Hec usque nesciunt*, idest tempnunt. Vel de iuris ignorantia loquitur et de illis quibus non est permissum canones ignorare in quibus ignorantia est nec excusatione digna nec uenia, ut supra d.xxxviii. Si in laicis<sup>12</sup>.

## <Q. II>

§ *Quod autem*. Breuiter dicendum est quod per sequentia priuilegia precedentibus derogatur. Excipiuntur tamen generalia priuilegia que

---

24 facere] agere **Ba** 25 apostolis] apostolico **Lp**] apostolo **Ba<sup>pc</sup>**] eius add. **R** instituta]  
 constituta **Ba** 26 *diffinierunt*] *diffinierit* **Lr Lp** hiis] scilicet add. **Lp** articulos]  
 articulum **Ba** 27 Prima om. **Lr Lp**] *satagendum* add. **A La** 28 usque] ut **Lr**  
**Lp** eos] nos **Lr Lp A** 29 *subditos*<sup>1</sup>] subiectos **A La P** apostolicus]  
 apostolus **Lp** nos] uos **Ba**] eos **R** 30 *subditos*] subiectos **A La P** hic om.  
**Ba** 31 hic] hinc **La Lr P**] huic **A R** tenetur] teneretur **A** esse om. **A La P**  
 33 papa] pagana **Lr Lp** suspicionem] suscipe **Lp** conceptam] susceptam **A**  
 34 fidens] fidus **Lr Lp** 35 iii.] iiiii. **Lr Lp** 36 iuris] nimio **Ba** 37 q.vii - 38  
 C.ii. om. **Lr Lp** (*omoio.*) Nos si] Nouit **R** 38 tenerentur] ut supra add. **A** est  
 om. **Ba** 39 *Hec*] *Sed Lr Lp* nesciunt] nescit **F** tempnunt] contempnunt **Ba A La R P**  
 <Q. II>

---

<sup>6</sup>Cf. SL C.25 q.1 c.6    <sup>7</sup>C.25 q.1 c.9    <sup>8</sup>D.40 c.6    <sup>9</sup>C.11 q.3 c.56    <sup>10</sup>C.2 q.7 c.41    <sup>11</sup>C.2  
 q.5 c.18    <sup>12</sup>D.38 c.3; cf. SL C.25 q.1 c.13

preiudicare non possunt, licet ex parte ualeant dispensari.

- 5    2. *Priuilegia usque improbitate.* Non negatur hic quin rationabili causa  
suadente ualeant priuilegia immutari. Vel non de qualibet nouitate potest  
hoc intelligi, sed dumtaxat de improba.
- 10    3. *In Galliarum usque Britannorum.* Iniuste uidetur Gregorius Britannorum  
episcopos Augustino committere, cum sub Turonensi archiepiscopo  
uideantur esse constituti, ut supra C.iii. q.vi. Hec quippe<sup>13</sup>. Solutio: non  
subtraxit eos Turonensi, sed uoluit ut per Augustinum corrigerentur indocti.  
Vel forte antiquitus sub Augustino fuerant. Vnde magna erat contentio  
an iure essent Turonensi subiecti, ut supra C.iii. q.vi. Hec quippe<sup>14</sup>. Vel  
quod melius est, Britannorum episcopi dicuntur episcopi Anglie, que maior  
15    Britannia appellatur<sup>15</sup>.
6. *Seruatis priuilegiis.* Hinc<sup>16</sup> habemus quod legatus non potest deponere  
clericum uel episcopum interdicere nisi metropolitani consensu, nisi hoc ei  
fuerit specialiter indultum, ut supra e. q. In Galliarum<sup>17</sup>.
- 20    9. *Cum pie usque semper studiis adiuuanda.* Episcopus ergo non debet  
impedire clericum causa religionis ad monasterium conuolantem, sed  
potius eum iuuare tenetur, ut supra C.xix. q.ii. Due<sup>18</sup> et d.livii. Multos<sup>19</sup>.
- 25    16. *Dicenti usque ea que subreptione uel falsis precibus.* Hinc habes quod ea  
que per subreptionem uel ueritatis suppressionem sunt impetrata, debent in  
irritum reuocari, cum dolus uel fraus nulli debeat patrocinium prestare, ut  
in Extra. c. Accessit ad presentiam<sup>20</sup>.
16. (p.c. § 6) *Sancimus ut authentica usque et ex nostra etiam manu subscripta.*  
Nam et attestations nullum robur obtinent defunctis testibus, nisi per  
publicam manum uel sigillo fuerint roborate, ut in Extra. c. Super eo<sup>21</sup>.

---

4 preiudicare] preiudicari **A La**        5 usque] ut **Lr Lp**        8 usque] ut **Lr Lp**  
 9 episcopos Augustino] episcopo Augustinus **Lr Lp**        10 uideantur] uidebantur **Ba**  
**R P**        12 Augustino] argumentum **Lr Lp**        13 an] a **Lr Lp**        iure om. **A La R**  
 essent] etiam **Lr om. Lp**] etiam add. **R**        14 episcopi<sup>1</sup> om. **Ba**        16 habemus] habes **A R**  
 19 *Cum pie*] *In pie Lr Vt pie Lp*        22 *Dicenti*] *Dicentis Ba*        ea] uero add. **A La**        que -  
 precibus] uero **Ba**        precibus] testibus **Lp**        Hinc - 23 que om. **Ba**        23 suppressionem]  
 pressionem **Lr**] taciturnitatem **Lp**        24 patrocinium om. **Lr**] auxilium add. **R**        26 etiam]  
 in **Lr Lp**        subscripta] scripta **Lp**

---

<sup>13</sup>C.3 q.6 c.10        <sup>14</sup>C.3 q.6 c.10        <sup>15</sup>Cf. SL C.25 q.2 c. 3 v. *Britannorum*        <sup>16</sup>cf. GS 116, 388  
<sup>17</sup>C.25 q.2 c.3; cf. SL C.25 q.2 c.6        <sup>18</sup>C.19 q.2 c.2        <sup>19</sup>D.54 c.23; cf. SL C.25 q.2 c.9        <sup>20</sup>1  
 Comp. 4.2.6 (=X 4.2.5), JL 13887        <sup>21</sup>1 Comp. 2.15.2 (=X 2.22.2, Scripta), JL 13162

25. *Ita nos usque geminata.* Hinc collige quod reiterata grauius sunt  
 30 punienda, C.xv. q.ult. Hii<sup>22</sup>, C.i. q.ult. Saluberrimum<sup>23</sup>, C.xxvii. q.i. Quod  
 si<sup>24</sup>. Vsque *committit exterius.* Hinc<sup>25</sup> collige quod delictum personarum, siue  
 in faciendo siue in omittendo consistit, ecclesie imputatur. De primo casu  
 hic agitur; de secundo C.xvi. q.iii. Placuit<sup>26</sup>. *Continetur usque ingratis.* Et erit  
 35 hoc speciale ubi ingratis beneficia conferuntur<sup>27</sup>. Vel 'ingratis', nunc quibus  
 tamen post penitentiam erunt sacramenta concedenda. Vel forte hoc fuit eis  
 concessum propter bonorum consortium, sicut sequens littera innuit. Sed  
 queritur an propter delictum principis uel ciuium de iure debeat ecclesie  
 interdici; et dicimus quod cum laici trangressores incorrigibiles exstiterint,  
 40 ab omnibus sacramentorum consecrationibus uel celebrationibus debent  
 ecclesie talium interdici, excepto baptimate paruulorum, ut supra C.prox.  
 q.iii. c.i.<sup>28</sup> et in Extra. c. Si habes non est in nobis<sup>29</sup>.

---

30 punienda] arg. add. A xxvii.] xxxvii. Lr 31 *committit exterius om.* F 31–32 siue  
 in faciendo om. A 32 in omittendo] committendo R casu om. Lr 33 hic] hinc  
 Lr agitur] dicitur A La xvi.] xxi. Lr Lp<sup>ac</sup> q.iii.] q. iii. Lr *Continetur om.*  
 F 34 ubi] ut Ba R P 37 ecclesie om. Ba 39 omnibus] omnium Lp Ba A La R P  
 consecrationibus uel om. A La P 41 c. - nobis om. Lr Lp A La R P

---

<sup>22</sup>C.15 q.8 c.2      <sup>23</sup>C.1 q.7 c.21      <sup>24</sup>C.27 q.1 c.5      <sup>25</sup>cf. GS 117, 389      <sup>26</sup>C.16 q.3 c.15  
<sup>27</sup>Cf. SL C.25 q.2 c. 25 v. *geminata, committi, ingratis*      <sup>28</sup>C.24 q.3 c.1      <sup>29</sup>1 Comp. 4.1.13 (=X  
 4.1.11), JL 12248

## &lt;CAVSA XXVI&gt;

*Quidam sacerdos.*

## &lt;Q. II&gt;

§ *Quod autem.* Que sortes debeant proici et quando et quanta sollempnitate adhibita inuenies in illo c. Non exemplo<sup>1</sup>. Vsque *Matthias*. Et nota quod speciale fuit in isto, ut infra e. q. Non exemplo<sup>2</sup>. Vnde non debeant trahi ad consequentiam, ut supra C.xvi. q.i. Hinc est<sup>3</sup>.

## &lt;Q. V&gt;

§ *Quod autem.*

2. *Qui diuinationes usque expianda causa*, idest purgandi gratia, ut in sequenti c.<sup>4</sup> dicitur. Vel secundum uulgare nostrum hoc dicitur. Expiare enim est inquirere, ut spia dicitur explorator.
3. *Non liceat usque uel colere elementa*, idest colendo obseruare. Qui uero lune uel stellarum cursus attenderet prout obseruat ecclesia ad temporum et horarum distinctionem deprehendendam, non esset reprehensione notandus<sup>5</sup>; nam facta sunt sidera ut essent in signa et tempora.

## &lt;Q. II&gt;

3 exemplo] Vnde non debeat trahi add. (*repetit*) Lr ]/// A Vsque -  
4 exemplo om. Lp (*omoio.*) Matthias] Mathiatis Lr nota om.

Lr 4 non om. La debeat] debeat Lp ] debet A

## &lt;Q. V&gt;

3 *expianda*] *expiandi* Ba La F purgandi] purganda Lr Lp<sup>ac</sup> 5 ut] Vnde Lp Ba A La R  
explorator] expiator Lr Ba A La R P 6 *colere*] *incolere* Ba idest om. P

<sup>1</sup>C.26 q.2 c.4

<sup>2</sup>C.26 q.2 c.4

<sup>3</sup>C.16 q.1 c.39

<sup>4</sup>C.26 q.5 c.3

<sup>5</sup>Cf. SL C.26 q.5 c.3

## &lt;Q. VI&gt;

§ *Quod autem.*

1. *Si iubet usque chrismatis confectio*, et reconciliatio penitentium, de quibus hic habetur; ordinum collatio, ecclesiarum seu altarium consecratio, ut supra d.lxviii. Quamuis<sup>6</sup> et in fronte baptizatorum chrismatis facta linitio, ut de con. d.iiii. De hiis uero<sup>7</sup>.
  2. *Presbiter et inconsulto.* Non tamen potest per contrarium sensum dici quod consulto episcopo hoc fieri possit, tunc enim sensus contrarius in superiori c.<sup>8</sup> sit prohibitus, in quo casu non est licitum a sensu contrario argumentari.
  7. *Quod recedunt usque obtumescens.* Hinc collige<sup>9</sup> mutum posse matrimonium contrahere. Cum enim possit diligere et odire et sentire, ergo et consentire, ergo et matrimonium contrahere, quod solo consensu, Nicolao teste<sup>10</sup>, contrahitur, infra C.xxvii. q.ii. § i.<sup>11</sup> Vnde subuenitur ei beneficio canonis ut consensum signis et nutibus exprimat, sicut Zacharias, qui non poterat nomen filio imponere, officio lingue priuatus, accepit tamen pugillare scribens: 'Ioannes est nomen eius'<sup>12</sup>.
  8. *Si qui usque audierunt.* Hinc collige testimonium de auditu esse recipiendum, C.xxxv. q.v. De parentela<sup>13</sup>, C.xiiii. q.ii. Super prudentia<sup>14</sup>, C.xiiii. q.ii. Quamquam<sup>15</sup>, C.xxii. q.v. Hoc uidetur<sup>16</sup>. Vsque *penitentiam*, idest reconciliationis beneficium uel illud quod non nisi penitentibus est
- 

## &lt;Q. VI&gt;

3 *Si* ] Sed **Lp**      *chrismatis confectio* ] *om.* **Lr Lp** ] *chrisma.* Chrisma puellarum consecratio **R** *confectio* ] Et nota quod hec sunt illa que solis episcopis sunt concessa: chrismatis confectio (puellarum add. **BaPc**) add. **Ba La**      penitentium ] principum **R**      4 habetur ] dicitur **Ba** **A R**      collatio] et add. **A La**      seu] siue **A**      5 chrismatis ] chrismate **BaPc**      ut] infra add. **A**      7 et *om.* **Ba A La F**      Non - 8 consulto *om.* **Lr** (*omoio.*)      8 tunc] cum **La** 11 *Quod*] *Qui Ba La R P F*      mutum] inuitum **Lr Lp**      12 et odire *om.* **A**      13 ergo *om.* **Ba**      14 subuenitur] non *praem.* **Lr**      16 non poterat] cum **Ba**      poterat] potuit **A** priuatus] non ualuit add. **Ba**      17 scribens] scribit **Lr** scribis **Lp**      18 *Si*] *Is A P F*] *His P* *Si qui*] *Sani Lr Lp*      19 recipiendum] ut arg. add. **A**      v.] vi. **Lp A**      20 xxii] xii **Lr Lp** 21 non] // add. **LrPc**      non] etiam **Lp**      est *om.* **A**

---

<sup>6</sup>D.68 c.4      <sup>7</sup>De cons. D.5 c.3      <sup>8</sup>C.26 q.6 c.1; cf. SL C.26 q.6 c.2      <sup>9</sup>cf. GS 119, 389

<sup>10</sup>C.27 q.2 c.2; JL 2812      <sup>11</sup>C.27 q.2 pr. § 1      <sup>12</sup>Lc 1,63      <sup>13</sup>C.35 q.6 c.8      <sup>14</sup>C.14 q.2 c.1

<sup>15</sup>C.14 q.2 c.2      <sup>16</sup>C.22 q.5 c.8

concedendum, idest Eucharistia<sup>17</sup>.

**<Q. VII>**

1. *De tempore. Ab infirmis usque non tamen illis imponenda est quantitas penitentie.* Et nota quod ideo potest intelligi hoc fuisse statutum, quia in extremo agentes diuino examini uidentur esse relictii. Vnde ab humano iudicio condemnari non possunt, ut supra d.xxiii. Quorundam<sup>18</sup>. An uero puniatur in alio seculo qui iniunctam sibi penitentiam hic non finiuit, queritur. Sed de hoc uaria sapientum opinio<sup>19</sup>.
10. *Affectum usque ad eos qui secundum Deum contristati sunt.* Et nota quod quidam secundum Deum, quidam uero secundum mundum contristantur. Secundum Deum contristari est de peccatis commissis dolere. Vnde propheta: 'irascimini de peccatis uestris'<sup>20</sup>. Secundum mundum uero contristari est de amissione temporalium flere. Et dicas sic: *contristati*, secundum Deum, subaudi. Quantum operatum est, inquit Apostolus<sup>21</sup>, sollicitudinem, quia qui de preteritis dolet, commissis adhibet cautelam et sollicitudinem de futuris et non solum hoc est operatum, sed etiam excusationem, quia dolor preteritorum habet eum apud Deum de sequentibus excusatum, que uitat et non solum istud est operatum, sed etiam *emulationem*, quia de peccatis preteritis ingemiscit, dolet et penitet, detestatur et odit uitia et uirtutes Dei emulatione emulatur et non solum 20 istud operatur, sed *indignationem*. Nam qui cordis habet contritionem sibi ipsi de peccato commisso indignatur et ei qui ipsum ad hoc precipitauit et non solum hec que diximus operatur tristitia, que est secundum Deum, sed etiam est agens multa contraria. *Hiis in quibus ipse deliquit.* Nam si

22 concedendum ] concessum **Ba**

**<Q. VII>**

2 *De om. Ba* 6 uero *om. A* ] non **La** sibi *om. Lp* 7 uaria ] uarie **Lp** ] uariare **P** ] est add. **Ba A La R** opinio ] *opiniones Lp* 11 irascimini ] et nolite peccare et iterum irascimini add. **Lp** 12 uero *om. Lp* est *om. P* ammissione ] administratione **P** 13 *contristati*] // / **A** Deum *om. P* Quantum ] *Quandam Ba* operatum ] operatus **Ba** 14 commissis ] amissis **Lp** 15 et sollicitudinem ] quandam et qui **Ba** 16 preteritorum *om. A* 17 excusatum ] excusatur **Lr Lp** ] excusant **R** 18 quia ] qui add. **A** 19 et] // / **A** 20 sed] etiam add. **Ba** 21 qui] in add. **Lr** 22 operatur *om. P* tristitia *om. Lr* 23 est<sup>2</sup> *om. Ba* *Hiis* ] *ipsis F*

<sup>17</sup>Cf. SL C.26 q.6 c.8      <sup>18</sup>D.23 c.14      <sup>19</sup>Cf. SL C.26 q.7 pr. v. *De tempore uero satisfactionis* (in fine)      <sup>20</sup>Ps 4,5      <sup>21</sup>2 Cor. 7,11

ante rem alterius abstulit uel inuito domino contractauit, post penitens  
25 eam restituit, sicut legitur Zacheus fecisse cum dixit: 'si quem defraudaui,  
reddam quadruplum'<sup>22</sup>.

12. *Alligant usque melius est propter misericordiam* etc. Hinc collige quod  
iudex potius de misericordia quam de iuris rigore debet dictare sententiam  
et quod pronior in absoluendo quam in condemnando esse debet, ut d.xlv.  
30 Licet<sup>23</sup>, d.l. Ponderet<sup>24</sup>, C.xxxv. q.ix. Veniam<sup>25</sup>, d.ix. Sane quippe<sup>26</sup>, d.lxxxvi.  
Non satis est<sup>27</sup>.

14. *Si quis kalendas.* Dicte sunt autem kalende a calo, quod est bonum quia  
tunc temporis antiqui hoc clamabant per muros ciuitatis et buccinabant tubis  
35 suis, uel quia bonum omen sibi tunc presagiebant, ut infra c. secundo<sup>28</sup>. Inde  
est quia tunc temporis propter eandem causam adhuc mutua solet strena  
dari, ut supra d xxxvii. Legant<sup>29</sup>.

16. *Non obseruetis usque Egiptiaci.* Hic opponitur: si dies istos seruare  
est illicitum, ut hic uidetur Augustinus innuere, cur ergo dies Egiptiacos  
40 seruat ecclesia et habet in martirologiis suis conscriptos? Solutio: habet eos  
ecclesia, non ut seruet, sed ut improbet, ut supra d.xxxvii. Legimus<sup>30</sup>, uel  
potius ut ostendat quibus temporibus et horis Egiptii sunt puniti a Domino.  
Dicuntur autem dies Egiptiaci uel ab Egipto in qua idolatria est inuenta, ut  
supra C.e. q.ii. Sed illud<sup>31</sup> uel ab Egiptiis, quod illis temporibus sunt puniti,  
uel a tenebris. Egiptus namque interpretatur tenebre<sup>32</sup>. Nam secundum  
45 quorundam opinionem erroneam qui in illis diebus sibi minuit, ad tenebras

<sup>24</sup> contractauit] conrectauit A post] postea A La 26 reddam] reddo A 27 propter]  
per Lp om. Ba etc. om. Ba 29 ut] arg. add. A 30 xxxv.] xxv. A Sane] Sana A  
32 autem om. Ba calo] calon Ba A La R P bonum] uoco Lr Lp 33 temporis  
om. A hoc om. Ba buccinabant] per muros add. Ba tubis] in neomeniis add. A  
La P 34 presagiebant] presignabunt P 34-35 Inde est] In ueteri Lr Lp 35 quia]  
etiam quod A ] quod La P mutua om. A ] mutuo La R P 36 Legant] Legatum Lp  
37 seruare] obseruare Ba A La R P 38 illicitum] licitum A P 39 seruat] obseruat Ba  
A La P 40 ut<sup>2</sup> om. A xxxvii] xxxi Lr Lp 41 Egiptii] Egiptiaci Lr Egiptii - 42  
dies om. Lp R sunt - 42 Egiptiaci om. Lr Ba (omoio.) 42 qua] prius add. Ba A La R P  
43 Sed ] et add. A quod] qui Ba A La R illis om. Ba 44 tenebris] tenebras Ba  
Nam] Vel Ba

<sup>22</sup>Lc 19,8; cf. SL C.26 q.7 c. 10 v. set uindictam      <sup>23</sup>D.45 c.6      <sup>24</sup>D.50 c.14      <sup>25</sup>C.35 q.9 c.5  
<sup>26</sup>D.9 c.11      <sup>27</sup>D.86 c.14; cf. SL C.26 q.7 c.12      <sup>28</sup>C.26 q.7 c.2      <sup>29</sup>D.37 c.5      <sup>30</sup>D.37 c.7;  
cf. SL C.26 q.7 c.14      <sup>31</sup>C.26 q.2 c.9      <sup>32</sup>Cf. Venerabilis Bedae Expositio super epistolas  
catholicas, In primam epistulam Petri, c. 2, PL 93, 51 : « ... Namque Aegyptii qui populum  
Dei affligant, qui etiam tenebrae vel tribulationes interpretantur ... »

et defectum tendit<sup>33</sup>.

---

46 defectum tendit *om.* **Lr**

---

<sup>33</sup>Cf. SL C.26 q.7 c..16 v. *Non obseruatis usque Egipciaci*

## &lt;CAVSA XXVII&gt;

*Quidam.* Honor et sublimitas clericalis nullis potest comparationibus adequari; nam si regum fulgori et principum diademati compares, longe erant inferius quam si plumbi metallum compares ad auri fulgorem. Nam 5 cum magnis attollatur preconiis et innumeris sint priuilegiis decorata rationis petebat ordo et iuris regula exigebat ut de eorum negotiis prius disputationis exordium iniretur. Nam licet rectores ecclesie uniuersis Dei fidelibus ex commissi officii debito debeat prouidere et adesse attentius tamen ecclesiasticos uiros a prauorum iniuriis et molestiis malignantium 10 uigili cura tamen defensare tenentur ad quorum regimen specialius sunt, licet insufficientibus meritis disponente Deo constituti. Postquam ergo de causis que inter ecclesiasticos tractantur, perdocuit de matrimonio, quod inter laicos precipue contrahitur, in causis sequentibus est tractaturus. Ad dicendorum itaque euidentiam quedam sunt que sub compendio inquirenda 15 sunt, scilicet quid sit matrimonium, unde dicatur et quare fuerit institutum, queue sint cause matrimonii, que persone sint legitime ad matrimonium contrahendum et que sint bona coniugii. Matrimonium autem est legitima coniunctio maris et femine indiuiduam uite retinens consuetudinem<sup>1</sup>. Coniunctio autem hic non est carnis commixtio, sed animorum mutua 20 assensio intelligitur ut supra d.xl. Sicut uiri<sup>2</sup>. Dicitur autem matrimonium quasi matris monium idest lex, hoc est lex matris. Monia enim lex interpretatur. Merito namque a matre, non a patre, matrimonii denominatio trahitur quia, licet pater generationis sit auctor, nam ex uiro mulier concipit, ipsa tamen mater officia matrimonii in se propensius haurit et

<sup>2</sup> *Quidam*] *Omnis Lr Lp*] *Quoniam Ba*] *uir uotum castitatis habens.* Quoniam (tamen P) add. A La P] etc. usque add. R 4 erant] erit A inferius] inequaes add. R Nam] Vnde A La R P 5 attollatur] attollantur Lr Lp preconiis - sint om. Lr Lp sint] sit A 6 petebat] poscebat Ba A La] prestabat R] possedebat P negotiis] post add. P 7 iniretur] ueniretur A Dei om. P 8 prouidere] consulere add. Ba A La P 9 tamen om. A 10 defensare] defendere P 11 Deo] Domino Ba A ergo om. Lr 12 inter] clericos add. Ba] ecclesias add. La P ecclesiasticos] ecclesias A] et personas ecclesiasticas add. Ba A La P] ecclesiasticas personas R 14 que] hic Ba A La R P 15 sunt om. Ba A La R P 17 autem om. Lr 19 hic om. A est om. A La R P 21 monium] uel nomium add. Ba A R La P idest] hoc est A La P idest lex om. Ba R Monia] Nomia Ba enim] namque Ba A La enim - 22 Merito om. P 22 Merito] Marito Lp denominatio] donatio Lr 23 auctor] actor A R nam] enim R 24 officia] officio R in se om. Lr Lp propensius] perpensiis A La haurit om. R

<sup>1</sup>Inst. 1.9.1; Dig 23.2.1; C.29 q.1 c.1      <sup>2</sup>D.40 c.8

25 omnes propagationis uicissitudines sola in se suscipit alterandas dum in conspectu grauida et in partu dolorosa efficitur. Duplex enim est institutio matrimonii. Vna fuit in paradiſo ante peccatum, altera extra paradiſum post peccatum. Prima concessa fuit propter sobolem, Domino dicente: 'crescite et multiplicamini'<sup>3</sup>. Secunda ab Apostolo propter uitandum  
 30 fornicationis periculum est concessa, dicente Apostolo: 'unusquisque habeat suam propter fornicationem uitandam'<sup>4</sup> ut sic infirmitas prona ad pugnam turpitudinis honestate coniugii exciperetur, ut infra e. q. Nuptiarum<sup>5</sup>. Omnes uero cause propter quas contrahitur matrimonium alie sunt principales, alie secundarie. Principales sunt iste: susceptio prolis, uitatio fornicationis.  
 35 Secundarie sunt ut mulieris pulchritudo, pacis reformatio. Nunc autem que sint illa que matrimonium impediunt uideamus. Sunt autem hec: uotum, ordo, habitus, dispar cultus, error persone, conditio, cognatio, ligatio, publice honestatis iustitia, enormitas delicti, impossibilitas coeundi; et de hiis omnibus in causis sequentibus per ordinem inuenitur. Tria autem sunt  
 40 bona coniugii : fides, proles et sacramentum. Fides hoc exigit ut nullus contrahentium cum alia uel cum alio coeat. Proles hoc exigit, ut coniuges filium suscipiant quem non tantum hereditatis sed religionis et fidei possint relinquere successorem. Sacramentum uero hoc postulat, ut ibi nullum sit diuortium<sup>6</sup>.

## &lt;Q. I&gt;

§ Quod uero uouentes. Ea que matrimonio obstaculum generant Magister ante omnia ostensurus a uoto incipit, quod quanto fortius uouentes Deo obligat et constringit, tanto uehementius ipsos a nuptiis elonginquant. Est autem uotum conceptio melioris boni animi deliberatione firmata. Votum

---

25 propagationis ] amaras add. **Ba A La P**    26 conspectu ] conceptu **Ba A La P**    enim ]  
 uero **Ba A La R P**    27 extra ] citra **A**    29 multiplicamini ] et replete terram add.  
**Ba**    31 pugnam ] nimiam *praem.* **Ba** ] ruinam **Ba A La**    32 Omnes *om.* **Ba A La R**  
**P**    34 alie ] sunt add. **A**    susceptio ] susceptiones **Lr**    35 autem *om.* **Ba A La**  
 37 cognatio ] agnatio **Ba** ] **R**    39 in causis ] in Causis *rep.* **Lr**    autem ] tantum **Lr**  
 41 contrahentium ] contrahat cum ui **Lr**    cum<sup>2</sup> *om.* **P**    alio ] aliquo **Lp**    coeat]  
 coheneat **P**    42 hereditatis ] hereditas **Lr**    sed ] quantum **Ba A La R P**    43 uero *om.* **Ba**  
 <Q. I>  
 2 Magister *om.* **A**

---

<sup>3</sup>Gn 1,22; Gn 1,28

<sup>4</sup>1 Cor 7,2

<sup>5</sup>C.27 q.1 c.41

<sup>6</sup>Cf. SL C.27 pr. (passim)

autem aliud simplex, aliud sollempne. Simplex autem illud dicitur quod siue publice, siue priuate fiat, tamen sollempnitibus caret, ut si quis coram tota ciuitate uoueret quod intraret monasterium, cum tamen tonsuram non suscepisset uel habitum. Sollempne uero uotum tam publice quam priuate fieri potest, ut infra e. q. c. Viduitatis<sup>7</sup>, dummodo ea interueniant que uotum faciunt esse sollempne, idest religiose uestis susceptio et persone mutatio, que fit per tonsuram. Primum uotum Deo obligat, non ecclesie; nam post tale uotum matrimonium contractum non dirimitur, ut supra d.xxvii. Si uir<sup>8</sup> et C.xvii. q.ii. Nos nouimus<sup>9</sup>, nec aliquis cogitur ad monasterium conuolare, licet promiserit, ut supra C.xvii. q.ii. Consaldus<sup>10</sup>, in Extra. c. Super eo<sup>11</sup>, in quo dicitur quod si ante susceptum habitum positi in probatione recedere uoluerint, secundum regulam beati Benedicti non uidentur prohiberi ad priorem statum redire, secundum regulam que uidetur precipere ut in eadem ueste redeant in qua uenierunt. Secundum uero uotum et contrahendum impedit et dirimit iam contractum, in quo casu omnia fere capitula huius questionis loquuntur. Et qui tali uoto astringuntur nec ad ordines nec ad ecclesiarum regimina possunt assumi, ne contra uotum suum, quod Domino fecerunt, in animarum suarum periculum comprobentur uenire. Sed queritur, cum uotum simplex non minus homines Deo obliget quam sollempne, quare primum non dirimit iam contractum matrimonium, sed secundum? Solutio: forte plus sollempne quam simplex uotum homines Deo obligat et plura uidetur ille contempnere et ex pluribus peccare quam simplex uouens. Vel quod melius est, sola ecclesiastica constitutio facit hoc<sup>12</sup>.

30 1. *Sicut.* Et nota quod de uoto sollempni hic agitur. Vsque *in minoribus*

<sup>7</sup> siue<sup>1</sup>] fit Lr Lp 9 uel] et R 10 ea] est Lr 11 idest] scilicet Ba A La R P 12 per tonsuram] in tonsura A Deo] homines *praem.* Ba A La] hominis *praem.* P 17 positi] positum Lr Lp] cum *praem.* P 18 uidentur] uidetur Lp regulam *om.* P 20 uero *om.* A P 21 huius *om.* Ba 22 regimina] regimen A La R 23 ne contra] nec econtra Lr Lp 24 queritur] quare Lr Lp cum *om.* Lr Lp 25 primum] uero add. Lr non dirimit *om.* Lr 26 iam *om.* A La P forte plus] fortius Ba 27 simplex] simpliciter Ba A La R P 29 ecclesiastica] ecclesie Ba A La R P hoc] sed secundum hoc posset ecclesia hoc (*hoc om.* A P) mutare quod instituit, scilicet ut sollempne uotum non dirimeret matrimonium, quod tamen non est uerum, quia huius institutionis Apostolus fuit autor cum dixit: 'Adolescentiores (aut add. A) uiduas deuita' (1 Tim. 5,11), contra cuius institutionem non potest facere ecclesia, ut C.xxv. q.i. Sunt qui (c.6) add. Ba<sup>Pc</sup> A P

<sup>7</sup>C.27 q.1 c.35 <sup>8</sup>D.27 c.3 <sup>9</sup>C.17 q.2 c.2 <sup>10</sup>C.17 q.2 c.1 <sup>11</sup>1 Comp. 3.27.9 (=X 3.31.9), JL 13946 <sup>12</sup>Cf. SL C.27 q.1 pr. (passim)

*annis*, idest infra xxv annum qui anni dicuntur minores, nam minor esse dicitur qui infra xxv annum existit. Si uero minores annos, annos pubertatis intelligas, idest xii, non est uerum quod hic dicitur; nam qui ante xii annum intravit monasterium et extrahi poterit et exire, ut supra C.xx. q.i. Illud et 35 q.ii. *Puella*<sup>13</sup>. Vsque *et ueste laicali abiecta*. Ecce unum de illis que faciunt uotum sollempne, scilicet uestis mutatio. Vsque *non coacte*. Si uero coacte et propter iuste offensionis causam fuerint in monasterio posite, cogerentur ibi uel esse ad tempus, ut C.ii. q.i. In primis<sup>14</sup>, uel in perpetuum permanere, ut supra C.xx. q.ii. Sicut<sup>15</sup> et d.l. Si ille<sup>16</sup>. Vsque *oppresse*, quod non esset 40 eis imputandum, nisi postea consentirent, ut infra C.xxxii. q.v. Ita ne ad Dominum<sup>17</sup>. Vnde hic additur ‘ac postea’ etc. Vnde hinc potest colligi quod ratione sequentis consensus uel dissensus imputatur uel non aliquid alicui, ut infra C.xxix. q.i. § i.<sup>18</sup>, C.xxxiiii. q.i. c.i.<sup>19</sup>

2. *Viduas a proposito*. Subaudi habitus susceptione firmata uel alia 45 sollempnitate. Vsque *et ad bonum quod ceperant*. Hinc colligitur illa distinctio in qua dicitur quod debet aliquis ad bonum quod incepit compelli. Ad bonum autem quod quis non promisit, nullus est trahendus ad consequentia inuitus, ut supra C.xx. q.iii. Presens<sup>20</sup>. Vsque *hec uero*. Verba sunt hec Innocentii que sub epistola sua Gregorius ad intentionis 50 sue fundationem inducit. Vsque *licet uelate non fuerint*. Propter hoc uidetur quibusdam quod de simplici uoto hic agitur et secundum istos matrimonium postea contractum manebit. Alii uero dicunt de uoto sollempni hoc esse intelligendum, quod etsi uelate non fuerint, poterat tamen alia interuenisse sollempnitas, ut puta in manu abbatisse facta traditio et scripture professio. 55 Et secundum eos matrimonium talium diuiditur.

3. *Neque uiduas usque multis annis*. Hic opponitur: si de uouentibus et

---

31 idest] ut Lr Lp      qui] ut Lr ] et add. Ba A P ] etiam add. R      nam] et add. A  
 32 annos<sup>1</sup> om. Ba A      33 xii] xiii Lr ] xxii Lp      35 faciunt] matrimonium add. Lr Lp  
 37 fuerint] fuit Lr Lp      posite] posita Lr Lp      38 esse om. Ba A La R P      39 Sicut] Sunt  
 Lp      40 q.v.] q.viii. A      Ita om. A      41 Vnde] et add. A      42 consensus] sensus Lr Lp  
 44 Viduas] Ideas Lr Lp      firmata] firmato A      45 ceperant] conceperant A      47 est  
 om. Ba      47–48 ad consequentia om. Ba A La P      48 uero] non Lr      50 fundationem]  
 sine datione Lr Lp<sup>ac</sup>      Propter] Per A      51 agitur] et fit hic probatio a maiori (maiori]  
 minori A) add. Ba<sup>pc</sup> A P      53 poterat] potuit Ba A La R P      interuenisse] interuenire  
 A      55 eos] istos Ba A La R P      matrimonium om. R      talium] contractum Ba om. A  
 diuiditur] diuidetur A      56 usque] quas add. A R P      multis] plurimis F

---

<sup>13</sup>C.20 q.2 c.2      <sup>14</sup>C.2 q.1 c.7      <sup>15</sup>C.20 q.1c.9      <sup>16</sup>D.50 c.58      <sup>17</sup>C.32 q.5 c.3      <sup>18</sup>C.29  
 q.1 p.c.1      <sup>19</sup>C.34 q.1 c.1      <sup>20</sup>C.20 q.3 c.4

professis hic agitur, nichil ergo quod dicit 'diurna mora' et 'annis multis', cum de cetero ad nuptias nullus pateret eis exitus, licet in unius momento hore ibi fuissent. Item si non de uouentibus dicat esse intelligendum nichil est quod asserit, quia tunc quantalibet preterirent tempora, nullum tamen posset *talibus* ex mora preiudicium generari. Solutio: si de uouentibus intelligitur, dicetur maxime si annis multis, uel si uelum et habitum suscepereunt. Diurna autem ideo dicit quia fictio operis, nisi diurna fuerit, non impedit simulantem, ut infra Bur. lib. viii. Vt clerici<sup>21</sup>. Vel annis multis et diurna mora ideo dicit quia tunc ratione more presumeretur contra eas, nisi in contrarium probare uellent.

4. *Nec aliqua usque qua mulier esse potest*, scilicet corrupta. Vsque *ex alia corporis parte*, scilicet in mente ubi potest quis dampna pudicitie perpeti, licet in carne uirginitatis lilia non amittat. Vsque *inspici non potest*. Et nota quod licet nobis non pateat corruptio mentis, per exteriora tamen deprehendimus eam esse corruptam; nam per exteriora aliquando possumus de intrinsecis iudicare, ut de con. d.iii. De penitentibus<sup>22</sup>, d.l. Si quis diaconus<sup>23</sup>, d.l. Si quis prepostera<sup>24</sup>, C.xxi. q.ii. Si uerum<sup>25</sup>, C.xxii. q.ult. Non satis<sup>26</sup>, C.i. q.ult. Didici<sup>27</sup>, C.vii. q.ii. c.ult.<sup>28</sup>, C.xxiii. q.ii. Latorem<sup>29</sup>.

5. *Quod si usque inspiciantur ab obstetricibus*. Hinc habes quod per inspectionem corporis aliqua potest inspici. Vnde habes hic quod si uir dicit se uxorem cognouisse, mulier diffitetur et uult per corporis inspectionem probare quod intendit, debet uiro in probatione preferri. In legibus tamen uidetur esse inhibitum ne mulier propter sexus uercundiam per inspectionem corporis inspiceretur. Solutio: ibi corporis inspectio ad pubertatem deprehendendam fieri interdicitur. Hic uero ad ostendendam integritatem corporis permittitur fieri<sup>30</sup>. Vsque *postmodum reuurse fuerint*. Hinc collige reiterata delicta esse grauius punienda, C.xv. q.ult. Hii qui<sup>31</sup>,

---

57 ergo] est add. R P 58 eis] ei Lr in om. A 59 non de] de non tr. Ba A La P dicat] dicatur Ba A La P 61 si] non add. Lr Lp om. Ba A 62 dicetur om. A 63 fictio] sessio Lr] sessatio Lp<sup>ac</sup>] simulatio R nisi om. R 64 fuerit] fuerunt Lr Lp Bur.] Cod. Lr Lp] di. P 67 aliqua] aliquam Lr mulier] muliere Lr Lp scilicet om. A alia] illa A 68 dampna] tanta Lr Lp 69 amittat] admittant P 71 nam] enim R 72 ut] arg. add. A iiiii.] iii. A La] ii. R 74 Latorem] Latronem Lr 75 si] quis add. Lp ab om. Lr habes] hic add. P 77 cognouisse] et add. Lp A P 78 in] non Lr 80 ibi om. Ba 83 punienda] ut arg. add. A

---

<sup>21</sup>Bur. 8.7; PL 140.793    <sup>22</sup>De cons. D.3 c.17    <sup>23</sup>D.50 c.29    <sup>24</sup>D.50 c.27    <sup>25</sup>C.31 q.2 c.1  
<sup>26</sup>C.34 q.1,2 c.3    <sup>27</sup>C.1 q.7 c.15    <sup>28</sup>C.7 q.2 c.2    <sup>29</sup>C.33 q.2 c.15    <sup>30</sup>Cf. Juncker, 'Die Summa', 338 n. 2    <sup>31</sup>C.15 q.8 c.2

C.xv. q.ult. Cum multe<sup>32</sup>, C.i. q.ult. Saluberrimum<sup>33</sup>, C.xxv. q.ii. Ita nos<sup>34</sup>.

- 85 7. *De uiduis usque in domibus propriis.* Consuetudinem tangit antiquam. Vel localiter potest intelligi. Vsque *a parentibus*. Hoc de minoribus debet intelligi quos paterna deuotio monachos facit, ut supra C.xx. q.i. Monachum<sup>35</sup>. Vsque *mutauerunt*, idest qui acceperunt habitum religiosum mutando primum.
- 90 10. *Que Christus usque ad penitentiam*, idest ad penitentie fructum, hoc est ad eucharistie perceptionem que talibus debet donec resipiscant denegari, ut infra C.xxxii. q.vii. Fidelis<sup>36</sup>. Penitentia uero nulli est deneganda; nam 'quacumque hora peccator conuersus fuerit'<sup>37</sup> etc.
- 95 11. *Impudicas usque eliminandas esse.* Hoc intelligas cum fuerint deuirginate. Si uero dampna pudicitie non senserint que extra claustrum fuerunt deuagate, acta penitentia de preuaricationis audacia, possunt ex dispensatione in proprio monasterio recipi, ut supra e. q. Quod si<sup>38</sup> et infra e. q. Peruenit<sup>39</sup>.
- 100 14. *Virginibus usque per publicam*, idest sollempnem quam forte moniales facere possunt, licet non clerici propter ordinis dignitatem. Vel *publicam*, idest manifestam.
- 105 18. *Si custos usque sine excusatione.* Hinc collige quod si quis iaceret in notorio crimine et admonitus resipiscere contempnit, si data sententia contra eum in uocem appellationis prorumpit, non erit eius appellationi aliquatenus deferendum, ut infra in Extra. c. Ad nostras<sup>40</sup> et C.xxiiii. q.iii. De illicita<sup>41</sup>.
19. *Si homo usque festina comprehendere.* Hinc collige quod ex officio

84 Saluberrimum] Salubris Lr Lp 86 Vsque *a parentibus*] Deo apparentibus Ba Vsque - intelligi om. P (omoio.) minoribus] moribus Lr Lp intelligi<sup>2</sup> om. Lr 88 qui] que A 90 Christus] Christo A 92 xxxii. q.vii.] xxii. q. vi. Lr Lp uero nulli] non nulli Lr Lp nam om. R 93 fuerit om. Ba 95 deuirginate] deflorate Ba A La P dampna] uiolate add. Ba A La P] proprie add. R senserint] senserunt A 96 fuerunt] fuerant A 100 non om. Lr Lp ordinis] ordinum A La 102 excusatione] exactione Lr] ex accusatione Lp iaceret] iacens Ba La R] iacet A in] a Lr Lp 105 aliquatenus om. Lr nostras] et in Extra c. Consuluit (1 Comp. 2.20.16 - X 2.28.14), Toletano scribit add. Ba

<sup>32</sup>C.15 q.8 c.3      <sup>33</sup>C.1 q.7 c.21      <sup>34</sup>C.25 q.2 c.25; cf. SL C.27 q.1 c. 5 v. *inspiciantur iterum, postmodum* [MS Leipzig fol. 231vb].      <sup>35</sup>C.20 q.1 c.3      <sup>36</sup>C.32 q.7 c.8      <sup>37</sup>Ez. 33,12; cf. Mt 24,43      <sup>38</sup>C.27 q.1 c.5      <sup>39</sup>C.27 q.1 c.15      <sup>40</sup>1 Comp. 2.20.3 (=X 2.28.3), JL 13865  
<sup>41</sup>C.24 q.3 c.6

suscepto quelibet terrena potestas tenetur auxilium prestare ecclesie ut maleficos facilius possit comprimere et punire, ut C.xi. q.iii. Nolite<sup>42</sup>, C.xix. 110 q.ult. Abbates<sup>43</sup>, C.xvi. q.i. In canonibus<sup>44</sup>, C.xxiii. q.v. Principes<sup>45</sup>.

24. *Quotquot usque inter bigamos.* Hinc collige quod si quis duxerit consanguineam in uxorem et aliam postea de iure acceperit, non potest promoueri, licet equiuoce matrimonium de isto predicetur. Nam sicut bigamus dicitur qui post Deum femine copulatur, ut hic, ita qui unam de 115 facto, aliam de iure accepit, est bigamus iudicandus. Simile C.xv. q.i. Mulier, C.xxii.q.ii. Homines<sup>46</sup>, infra e. q. Nuptiarum<sup>47</sup>.

26. *De filia usque in affectum receperit,* idest adeo dilexerit ut eam foueat in errorem, ne sit contra illud quod est supra C.xi. q.iii. Quoniam<sup>48</sup>. Vel aliter soluitur: ibi dicitur quod filii, uxores et famuli, uelut inferiores et dominis 120 resistere impotentes, liceat possunt excommunicatis dominis communicare. Secus uero est de superioribus ad inferiores, ut hic. Non enim credimus quod excommunicato filio liceat possint communicare parentes.

28. *Si qua usque prauam consuetudinem.* Prauum est enim tales delinquentes 125 non puniri nec ratione consuetudinis se poterant excusare, quoniam diurnitas temporis non minuit peccata sed auget, ut in Extra. c. Non satis utiliter<sup>49</sup> et hoc maxime in hiis que sunt contra naturam, ut infra C.xxxii. q.vii. Flagitia<sup>50</sup>. Secus uero est in hiis que contra naturam non sunt, ut infra C.xxxii. q.iii. Obiciuntur<sup>51</sup> et d.iii. Denique<sup>52</sup>.

30. *Si quis rapuerit usque et cum suis rebus.* De rebus post preuaricationem 130 adquisitis arbitror hoc esse dicendum que cum preuaricatrice debent dari monasterio in quo debet ad penitentiam agendam retrudi, ne sit monasterio onerosa, ut supra C.xvi. q.vi. De lapsis<sup>53</sup>. Hoc tamen dicunt quidam ex eo

108 potestas om. **L**a 109 ut] arg. add. **A** iii. ] vi. **L**r 110 xxiii] xxxiv **L**r **L**p<sup>ac</sup>  
 113 promoueri] pro **L**r matrimonium] matrimonio **A** predicetur] predict **L**r  
**L**p 114 dicitur om. **P** post] prius **P** 115 facto] et add. **A** accepit] accipit  
**A** 118 quod om. **L**r Vel] istud add. **B**a **A** **L**a **R** **P** 120 resistere] referre **L**p  
 124 poterant] poterat **L**r 126 utiliter] uiriliter **L**p in hiis om. **B**a sunt] fuerint **R**  
 C.xxxii - 127 infra om. **P** (omoio.) 127 vii. ] viii. **L**r **L**p est om. **R** in hiis om. **L**r  
**L**p 128 q.iii. ] d. iii. **L**r **L**p 129 rebus om. **L**r **L**p preuaricationem] precariam  
 communionem **L**r **L**p 130 cum] est **L**r **L**p dari] in add. **L**r **L**p 131 in - monasterio  
 om. **P** (omoio.) sit] in add. **L**r **L**p 132 De] Si **L**p

<sup>42</sup>C.11 q.3 c.22    <sup>43</sup>C.18 q.2 c.16    <sup>44</sup>C.16 q.1 c.57    <sup>45</sup>C.23 q.5 c.20; cf. SL C.27 q.1 c.19 v.

*Si homo* (in principio)    <sup>46</sup>C.22 q.2 c.3    <sup>47</sup>C.27 q.1 c.41    <sup>48</sup>C.11 q.3 c.103    <sup>49</sup>1 Comp.

5.2.7 (=X 5.3.8), JL -; Conc. Tur. a. 1163, c.6    <sup>50</sup>C.32 q.7 c.13    <sup>51</sup>C.32 q.4 c.7    <sup>52</sup>D.4 c.6

<sup>53</sup>C.16 q.6 c.4

135 contrahere non posse quia cum ipso ingressu se et sua uota monasterio contulit, ergo quidquid postea acquisitum, non potuit nisi priori monasterio acquirere. Vsque *legitimos habens filios*, quos ante uotum de matrimonio legitimo suscepit. Vsque *pars legitima*, que dicitur debitum bonorum subsidium, que hodie est pars tertia, quam etiam ab intestato esset filius habiturus<sup>54</sup>.

40. *Vel lex usque conuersi professi.* Secundum quosdam alterum istorum ad nimiam exaggerationem ponitur. Vel distinguitur an ad monasterium uel regulam canonicam conuertatur aliquis uel ad ecclesiam secularem, sicut in partibus Lombardie fit. In primo casu tacite intelligitur conuersus abrenuntiare propriis et continentiam profiteri per iuris interpretationem. In secundo uero casu, nisi expresse conuersus talibus abrenuntiet, propria habere non poterit prohiberi nec si uoluerit ad nuptias conuolare. Vsque *quam contra ecclesiasticam regulam*. Hinc potest colligi quod retractari debet et nullius ponderis est quidquid fit contra ecclesie interdictum, quod in hiis regulariter obtinet que perpetuam habent prohibitionem, ut infra C.xxxv. q.iii. Contradicimus<sup>55</sup>.

150 41. *Nuptiarum bonum.* Circa presens c. et ea que in hoc c. sequuntur diuersi diuersas posuerant sententias que sibi penitus contraire uidentur. Sunt enim qui dicunt de uoto sollempni hic agi quos in hanc opinionem occasio deduxit huiusmodi quia hic Augustinus dicit quod huiusmodi uouentes, si nupserint, adulteris sunt peiores. Vnde presumitur quod grauior eis 155 quam adulteris sit penitentia iniungenda. Adulteris uero septena penitentia iniungitur, simpliciter uouentibus non nisi trium annorum, ut supra d.xxvii. Si uir<sup>56</sup>. Sed mente capituli inspecta, uidetur potius esse dicendum quod de simpliciter uouentibus sit intelligendum qui, si uotum frangunt et a bono

133 contrahere] stare **B** **A** **L** **P**    cum ] tamen **L** **r** ] tunc **L** **p** ] in add. **L** **r** **L** **p**    ingressu se om. **L** **r**    uota om. **R** **P**    134 acquisitum] acquisuit **B** **A** **L** **R** **P**    135 *filios*] *liberos* **F** quos - 136 legitimo om. **P**    139 *Vel*] // **L** **p** ] *Vt* **F**    141 *uel*] ad add. **A**    regulam] regularem **A** **P**    144-145 abrenuntiet propria habere] abrenuntietur propriam haberi **L** **r** 145 nec om. **L** **r** **p**    146 *contra* om. **L** **r** **p**    147 et] om. **B** **a**    nullius] enim add. **B** **a** 150 hoc om. **A**    c.<sup>2</sup>] etiam add. **L** **r**    sequuntur **L** **r** **p** ] insecurunt **B** **A** **L** **a** ] inseruntur **B** **A** **P**    151 posuerant] posuerunt **L** **r** **p**    153 quod om. **R**    huiusmodi<sup>2</sup> om. **A** 154 peiores om. **P**    155 septena] septennis **A** **P**    septena - 156 simpliciter om. **R** (omoio.) 156 simpliciter] uero add. **B** **A** **L** **a**    157 potius om. **L** **r**    158 qui] quidem add. **B** **A** **L** **P**    si] quasi **R**    a bono] ambo **P**

<sup>54</sup>Cf. SL C.27 q.1 c.30 v. *cum rebus, legitimos, pars*

<sup>55</sup>C.35 q.3 c.21

<sup>56</sup>D.27 c.3

superiori cadunt et matrimonium contrahunt, est eis penitentia iniungenda  
 160 et matrimonium stabit. Nam si de sollempniter uouentibus deberet intelligi,  
 non diceret Augustinus quod nuptie talium non sunt dampnande, cum tales  
 nuptias nullo modo contrahere possunt. Non enim post uotum sollempne  
 c. dicitur tales peiores esse adulteris; nam ibi dicere possumus quod casus  
 165 mutatur et ita in fine c. de sollempniter, hic uero de simpliciter uouentibus  
 loquitur Augustinus. Vel dicas quod interdum minora grauius quam maiora  
 puniuntur. Vel ad exaggerationem et terrorem hoc fuit dictum. Vsque uel  
 nubere uelle, cum effectu uel etiam ipsa mala uoluntas qua quis post uotum  
 uult nubere est peccatum. Vsque quia coniugalem fidem posterius inierunt. Hic  
 170 uidetur quod tales nubere non possunt quia tenentur ex uoto non contrahere  
 etiam ex precepto Apostoli dicentis 'que egressa est perseveret'<sup>57</sup>. Ergo qui  
 contrahunt peccant et ipsum contrahere est mortale peccatum. Sed hic plane  
 transeunt qui dicunt quod nullus actus est peccatum, sed omnis actus in sui  
 natura, in hoc quod actus est, est bonus. Sed ex uoluntate bona uel mala,  
 175 bonum uel malum nomen sortitur, nam uoluntas operi nomen imponit. Nos  
 uero dicimus ibi plura esse quorum quedam sunt peccata, quedam non. Est  
 enim ibi fractio fidei, que est peccatum, et actus contrahendi, qui similiter  
 peccatum est, et est ibi quoddam uinculum, scilicet matrimonium, quod  
 180 non est peccatum, ut potest contrahi. Sed queritur an uoluntas contrahendi  
 matrimonium et a uoto simplici recedendi sit mortale uel ueniale peccatum  
 uel delictum. Et credimus quod uenialis sit culpa, sed grauis, que non potest  
 feno, nec stipula, sed ligno cooperiri pro qua etiam non septennis, que pro  
 mortali iniungitur, sed triennis penitentia debet quasi pro leuiori indici, ut  
 supra d.xxvii. Si uir<sup>58</sup>. Potest etiam quis a tali uoto recedere, nichilominus  
 185 perseverat bonus, ut supra C.xvii. q.i. Qui bona<sup>59</sup>.

162 nuptias] nuptie Lr Lp 163 in om. Lr Lp 165 c. om. A uouentibus om. Lr  
 166 grauius] grauius rep. Lr Lp quam maiora om. Lr Lp 167 terrorem] deteriorem  
 P uel om. A R P 170 non<sup>1</sup> om. Lr 171 etiam] et Ba A La R P qui] quia A  
 172 et] in add. Lr Lp 175 nomen om. La Nos] Et ideo A 177 fractio] infractio P  
 178 quoddam] quiddam Lr Lp uinculum] inuentum Lr scilicet - 180 matrimonium  
 om. P (omoio.) 179 ut] nisi A 180-181 peccatum uel om. A La R P 181 non]  
 nec A non potest] propter nec P 182 stipula] stipule Ba A La R P cooperiri]  
 comparari Ba La R P] comperari A non] sicut R que - 183 triennis om. P (omoio.)  
 pro<sup>2</sup> om. R 184 recedere] et add. A

<sup>57</sup>1 Cor 2,7

<sup>58</sup>D.27 c.3

<sup>59</sup>C.17 q.1 c.4

## &lt;Q. II&gt;

§ *Sequitur secunda questio.* Sacram et authenticam pie recordationis Gratianus de matrimonio distinctionem composuit, quam quidam inanis glorie aucupes fecere bifrontem et simplicium potibus inuidentes more seuorum animalium aquas limpidas turbauerunt. Gratianus uero, canonum habita notitia et mente perspecta, dixit inter sponsum et sponsam esse matrimonium, sed initiatum; inter uirum et uxorem consummatum. Sed quoniam non est discipulus super magistrum nec debet securis contra eum qui secat gloriari timemus os nostrum in celum mittere et eum reprehendere cuius non sumus digni soluere corrigiam calceamenti<sup>60</sup>. Dicimus enim bene dixisse, sed minus plene. Matrimonium itaque initiatur aliquando per uerba de presenti, cum mutuo dicunt sibi: accipio uel iuro uel duco te in meam uel meum; aliquando per uerba de futuro, ut cum sibi dicunt ad inuicem: accipiam uel ducam te in meam. Cum autem per uerba de presenti matrimonium contrahitur, usque adeo firmum esse uidetur, ut uiuente altero, alter non ualeat ad secunda uota transire, nec in aliquo casu potest interuenire diuortium, nisi in duobus casibus, scilicet propter causam religionis, ut infra e. q. Desponsatam<sup>61</sup> et propter maleficii impedimentum, ut infra C.xxi. q.i. Si per sortiarias<sup>62</sup>. Nam cum soleat maleficii impedimentum cognosci cum homo uult consuetudinem habere cum uxore et ad hoc minus sufficiens inuenitur, certum est quod tunc iam per uerba de presenti consenserunt ad inuicem et in ecclesia benedicti fuerunt et in talamo iam coniuncti. Sed quoniam quidam aliter sentiunt et uaria est super hoc opinio sapientium, non nostram sed canonis auctoritatem inducimus, ut sit eis difficile contra stimulum calcitrare<sup>63</sup>.

2 Sacram] Sacramentum Lr Lp authenticam] autenticus Lp 3 matrimonio distinctionem] matrimonii (matrimonii Lp) distinctione Lr Lp inanis glorie om. Lr Lp<sup>ac</sup> 4 aucupes] manumissi /// praem. Lr Lp fecere] facere P bifrontem] biformiter Lr Lp<sup>ac</sup> potibus] pontibus Lr Lp more om. Lr seuorum] suorum Lr Lp 5 animalium] a(nima)lium Lr Lp limpidas] liquidas Lr Lp uero] enim Ba A La R P canonum om. Ba 6 habita] adhibita R 9 secat] cum ea add. Ba A La R P timemus] enim add. Ba 11 Dicimus] Dicamus A enim] eum A La P 15 firmum] firmandum P 18 religionis] eius add. P 19 maleficii] maleficum Lr Lp sortiarias] socias Lr Lp Nam] enim R cum] tunc add. Ba A La P 20 soleat] colat Lr Lp maleficii] male fidei Ba 22 inuicem] cum add. P et<sup>1</sup>] cum etiam A La 23 quoniam om. Lr Lp

<sup>60</sup>Mc 1,7      <sup>61</sup>C.27 q.2 c.27      <sup>62</sup>C.33 q.1 c.4; cf. SL C.27 q.2 pr. v. *Sequitur secunda questio* (in medio)      <sup>63</sup>Ac 26,14

Asserit enim summus pontifex in suo decreto quod sic incipit, Licet preter solitum<sup>64</sup>, quod si legitimus consensus sub ea sollempnitate qua fieri solet, presente scilicet sacerdote aut etiam notario, sicut in quibusdam locis adhuc obseruatur, coram idoneis testibus, conueniat de presenti, itaque unus alterum in suo mutuo consensu uerbis consuetis expresso recipit, utroque dicendo: 'ego te recipio in meum et ego te recipio in meam', siue sit iuramentum siue non, non licet mulieri alii nubere. Et si nupserit, etiamsi carnalis copula fuerit subsecuta, ab eo separari debet et, ut ad primum redeat, ecclesiastica districione compelli. Vnde post consensum illum legitimum de presenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, sicut quidam etiam sancti de nuptiis uocati fuerunt, dummodo inter eos carnalis commixtio non interuenerit. Et alteri remanenti, si commonitus continentiam seruare noluerit, licitum esse uidetur ut ad secunda possit uota transire, qui cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum, alter in seculo remanere. Quid autem, si sponsa nec uiro debitum reddere nec ad monasterium uoluerit conuolare, fieri debeat queritur. Et dicimus quod ad alterum eligendum debet ecclesiastica censura et districione compelli, ut in Extra. c. Ex publico instrumento<sup>65</sup>. Item queritur si sponsa sponso debitum reddere compellatur. Et dicimus eam non cogi ad soluendum debitum antequam sit secum una caro effecta. Primus ergo coitus gratie est non debiti. Nam cum primo coitum sponsus exigit, libere posset sponsa ad religionem transire, nec contra fidem coniugalem fieret aliquid, nam a prima desponsationis fide tenentur sibi ad mutuam castitatem seruandam, ut infra C. prox. q.i. Cau<sup>66</sup>; ex secunda ad mutuam seruitutem, quod fit postquam fuerint una caro effecti. Item queritur si aliquis per uerba de presenti consensit in aliquam et ea mortua et non cognita eodem modo consentiat in aliam et cognoscat, an debeat

26 suo decreto quod] decretali sua que **Ba A La** sic om. **A** 28 scilicet om. **Ba**  
notorio] notorio **Lr** sicut] etiam add. **A La P** 29 conueniat] conueniant **R** itaque]  
ita quod **Ba A La R P** 30 espresso] expressum **A** 31 ego - meum om. **Lr Lp Ba R**  
(omoio.) recipio] recipiam **Lr Lp** 32 siue<sup>2</sup>] seu **A** non<sup>2</sup> om. **Lr Lp** mulieri  
om. **P** 33 ad om. **Lr Lp** 35 illum om. **Lp** 36 uocati] aduocati **P** 37 eos] esset  
**Lr** 38 seruare om. **A** 38-39 ad secunda] aspera **Lr Lp<sup>ac</sup>** 39 uota] loca **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
qui] quia **A** fuissent] fuisset **Lr Lp** 40 ad Deum] Deo **Lp** Deum] et add. **Lp**  
**A** sponsa om. **Ba** 41 uiro] uir **Ba**] uirum **A** 42 alterum] alterutrum **A La**  
44 sponso] sibi add. **R** 46 primo] primum **Ba A La P** 50 fuerint] simul add. **Ba A**  
**La R P** 52 et<sup>1</sup> om. **Lp** et non] tamen **Lr**

<sup>64</sup>1 Comp. 4.4.3 (=X 4.4.3), JL 14091  
c.15

<sup>65</sup>1 Comp. 3.28.7 (=X 3.32.7), JL 13787

<sup>66</sup>C.28 q.1

55 tamquam bigamus ab ordinum promotione repelli. Quod non credimus esse dicendum, quia non animi sed carnis in plures uxores diuisio bigamum facit, sicut nec ille uiduam accepisse dicitur qui eam ducit in uxorem que, sponso mortuo, secundo fuit carnaliter iuncta, nec ei qui talem ducit aliquod in promotione generatur obstaculum, quia quantum ad hunc articulum pertinet, nichil est quod ei de canonis obuiet institutis, ut supra d.xxi.iiii. Valentino<sup>67</sup>.

60 1. Vsque *matrimonium non facit coitus sed uoluntas*. Hinc collige matrimonium esse quod sub qualibet uerborum forma contrahitur, dummodo legitimus possit inter eos uenire consensus, qui solus matrimonium facit. Cetera enim sunt ad decorum. Secus uero est in reliquis sacramentis, que in sola forma celebrantur, ut supra C.i. q.i. Retrahe<sup>68</sup> et 65 Intra catholicam<sup>69</sup>. Vsque *et ideo*, scilicet quia sola uoluntas matrimonium facit. Non soluit illud separatio corporis, quia sola distantia amicorum animum non facit alterum nec ideo matrimonii uinculum dissoluitur quia coniugati in diuersis et remotis partibus commorantur. Vsque *sed uoluntas*. Voluntatis autem separatio dicitur matrimonium soluere quoad reddendum 70 debitum, ut puta cum ex pari uoluntate et consensu coniuges castos se uicturos, uinculo tamen durante, promittunt<sup>70</sup>. Vsque *et ideo qui dimittit coniugem suam*. Quod non nisi temere potest fieri. *Et aliam non acceperit*, quam nisi de facto posset, si uellet accipere. *Adhuc est maritus*, idest maritali adhuc affectu uidetur uxorem diligere et hoc est quod sequens littera dicit 'nam et 75 si' etc. Vsque *cum ergo aliam acceperit*, de facto scilicet, quia ea uiuente nullam de iure poterit copulare. *Tunc plene dimittit*, scilicet et quoad uoluntatem et

---

54 animi sed ] amisisset A 55 dicitur *om.* Lr Lp eam] illam A duxit A R P uxorem] coniugem Ba La R P 56 sponso] sponte R mortuo *om.* Lr Lp secundo] sibi Ba ]non add. R aliquod] aliquid Lr Lp 58 obuiet *om.* Lr Lp 62 inter eos uenire] interuenire Ba A La P 64 et *om.* A 65 Intra] In unam Lr Lp<sup>ac</sup> *et ideo om.* Lr Lp R scilicet *om.* R sola *om.* Ba A 66 soluit] solum Lr Lp quia] sed P sola] loci Ba A La P ] soli R 67 dissoluitur] dissoluatur Lp ] soluitur Ba A La R P 68 partibus] temporibus A sed *om.* P uoluntas] uoluntatis A P 69 Voluntatis *om.* Lr autem *om.* Lr Lp 72 coniugem] uxorem Ba nisi] non *praem.* Ba AR P 73 facto] fieri add. Lp si] etiam *praem.* Ba A P ] non R accipere] et aliam add. P idest] uel Lr adhuc *om.* P 74 diligere] usque add. P nam *om.* Lr Lp et<sup>2</sup> *om.* A 75 etc. *om.* A scilicet] uidelicet A quia] quod Lr Lp nullam] nullus R 76 poterit] sibi *praem.* Ba A La P plene] plane Lr Lp

---

<sup>67</sup>D.34 c.20

<sup>68</sup>C.1 q.1 c.54

<sup>69</sup>C.1 q.1 c.77

<sup>70</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.1 v. *et ideo, set uoluntas*

animum et quoad carnis officium. Numquam tamen ea uiuente potest ipsam quoad uinculum dimittere, licet alii coniungatur, nam interueniente diuortio non aboletur confederatio nuptialis, sed coniuges etiam sunt separati, ut infra C.xxi. q.vii. Interueniente<sup>71</sup>. Alii exponunt sic: *cum ergo aliam acceperit, de iure, quod fit ea mortua. Tunc plene dimittit*, quia statim solitus est a lege mulieris, nubat cui uult, tantum in Domino<sup>72</sup>.

2. Vsque *sufficiat solus*. Istud 'solus' non sollempnites excludit que ad decorum matrimonii interueniunt, sed potius causam principalitatis ostendit<sup>73</sup>. *Secundum leges*. Subaudi canonicas que solum contrahentium consensum dicunt esse necessarium, non secundum Romanas leges que paternum consensum uelut necessarium exigunt uel requirunt. Vel *secundum legem*, ideo dicit quia non quilibet consensus matrimonium efficit nisi fuerit secundum legem canonicam. Quid enim si monachus professione immemor et uoti temerarius uiolator instigante diabolo in aliquam consentiret, numquid inter eos dicitur esse matrimonium celebratum? Nequaquam, quia huiusmodi impudicas et detestabiles nuptias lex canonica improbat et detestatur.

2. (p.c.) *Cum igitur usque nisi Deus ei aliter reuelaret*. Hinc collige quod in quolibet uoto, promisso uel iuramento debet quelibet licita et honesta conditio subintelligi, C.xxii. q.ii. Beatus<sup>74</sup>, C.xxii. q.ii. c. Ne quis arbitretur<sup>75</sup>, in Extra. c. Ex parte<sup>76</sup>.

5. *Cum initiatur*. Ex hac auctoritate Ambrosii distinctionem illam Gratianus

<sup>77</sup> potest - 78 dimittere *om. P* ipsam] quam **Lr Lp<sup>ac</sup>**] eam **Ba** 79 nuptialis] coniugalis **Ba** sed] si **Lr Lp**] et *add. R* coniuges] sibi *add. A La R P* etiam *om. Ba P* sunt] qui *praem. Lr Lp* separati] inseparati **P** 80 vii.] vi. **A** 81 mortua] mortuam **A** *plene*] *plane* **Lr Lp** 83 *solus*] *solum* **Lr Lp** *solus*] *solum* **Lr Lp** que] non *add. P* 86 dicunt - 87 consensum *om. P* (*omoio.*) necessarium - leges *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* (*omoio.*) necessarium] non secundum Romanas leges subaudi canonicas que solum contrahentium consensum dicunt esse necessarium *add. R<sup>ac</sup>* leges] subaudi canonicas que solum contrahentium consensum dicunt esse necessarium *add. R* 87 uel] et **A La R P** 88 *legem*] *leges A La P* efficit] facit **Ba** 89 professione] professionis **A** 91 dicitur] dicetur **A** Nequaquam] qua *add. Lr Lp* 92 huiusmodi *om. A* 92-93 improbat et detestatur] improbabat et detestabatur **Ba** 93 detestatur] testatur **P** 94 *Deus nisi tr. Lr Lp* 96 subintelligi] intelligi **Ba**] arg. *add. A* xxii.<sup>2</sup>] xxxii. **Lr Lp** 97 parte] uiri *add. R* 98 *Cum initiatur*] *Iuri initiatum Lr Lp*] *om. R* Ex] *Velut R*

<sup>71</sup>C.32 q.7 c.1      <sup>72</sup>1 Cor. 7,39      <sup>73</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.2 v. *sufficiat solus* (in fine)      <sup>74</sup>C.22 q.2 c.5      <sup>75</sup>C.22 q.2 c.14      <sup>76</sup>2 Comp 3.19.1 (X 3.3.2.9), JL 15732; cf. SL C.27 q.2 in c.3 (p.c.2) v. *nisi Deus aliter reuelaret*

- composuit unde dixit matrimonium aliud initiatum, aliud consummatum.
- 100 Qui uero hanc distinctionem non approbant sed derident, exponunt sic litteram: *cum initiatur*, idest consecratur. Initior, enim initiaris, hoc est consecrari, ut initiati sunt Beelfegor. Vel initiatur, idest inchoatur, ut supra C.vii. q.i. Nichil<sup>77</sup> et C.xii. q.ii. Aurum<sup>78</sup>. Sed ne presentium canonum inuoluta contrarietas nos impedit et canonice eruditio faciat dispendium pati, breue uolumus documentum tradere per quod canonum contrarietas sopiaitur. Auctoritates ergo que inter sponsum et sponsam matrimonium esse asserunt, de initiatu matrimonio intelligas. Que uero inter sponsum et sponsam matrimonium esse inficiantur, de consummato sunt matrimonio intelligende.
- 110 6. *Coniuges uerius*, idest uere. Comparatiuum pro posituo ponitur, quod frequens in diuina pagina inuenitur, ut supra C.i. q.iii. Saluator<sup>79</sup>. Vel *uerius*, idest sanctius, quia religiosores sunt mentium copule quam corporum. Vsque *a prima fide desponsationis*. Duplex enim fides est, desponsationis et carnalis commixtionis. A prima fide desponsationis debent sibi sponsus et sponsa mutuam castitatem seruare. Vnde si antequam carnaliter conueniant, alter uoluerit ad religionem uenire, nec alteri dicetur iniuriam facere, nec contra fidem promissam uenire, tunc cum magis uideatur uinculo castitatis astringi quando uero Deo munus perpetue continentie promittit et uouet. A fide uero carnalis commixtionis debent sibi mutuam castitatem uel seruitutem corporis. Vnde postquam fuerint simul una caro effecti, nullus sine consensu alterius potest uel seruare continentiam uel ad religionem transire, ut infra e. q. Sunt qui<sup>80</sup>, nisi in unico et solo casu, puta cum uxor adulterium commiserit. Tunc quia per delictum proprium uidetur potestatem quam in corpore uiri habebat amittere et uir uidetur ab eius obnoxietate absolui, potest uir etiam ea contradicente ad religionem transire,

---

99 unde ] in qua **Ba A La P** 100 approbant] probant **Ba** 101 Initior - 102 ut *om. Lr*  
**Lp<sup>ac</sup> R** enim initiaris ] aris **Ba** enim *om. P* est *om. P* 103 Aurum ] Dicuntur **Lr**  
**Lp** canonum ] canonicum **Lr** 104 nos ] non **A** dispendium ] dispendia **Ba A La P**  
107 esse - 108 esse *om. P* (*omoio.*) 110 *uerius*] *iuris Lr Lp* uere] iure compatimini  
**Lr Lp** 111 inuenitur] est inuenire **Ba A La P** 113 *desponsationis*] *dispensationis Lp*  
Duplex - desponsationis *om. R P* 116 uenire] transire **Ba A La R P** 118 uero *om. Ba*  
**A La R P** munus] minus **Lr Lp** 119 castitatem uel *om. Ba A La R P* 122 in unico]  
munifico **Lr Lp** 123 Tunc] enim *add. Ba A La R P* quia *om. Ba A* 124 ab] ob **Lr**  
125 etiam uir *tr. Lr Lp* uir] ubi **Ba**

---

<sup>77</sup>C.7 q.1 c.16      <sup>78</sup>C.12 q.2 c.70      <sup>79</sup>C.1 q.3 c.8      <sup>80</sup>C.27 q.2 c.19

ut infra e. q. Agathosa<sup>81</sup>.

10. *Omni re usque sacramentum.* Sed queritur quod sacramentum inter Mariam et Ioseph fuit. Sacramentum Christi et ecclesie ibi non fuit cum inter eos non interuenisset carnale commercium, in quo solo casu sacramentum illud figuratur. Ad hoc dici potest sacramentum Christi et ecclesie inter eos fuisse, non per representationem sed per effectum, quia scilicet fuit inter eos inseparabilitas et nullum diuortium. Numquam enim mente Ioseph Mariam coniugem dimisit, ut supra C.ii. q.i. Si peccauerit<sup>82</sup>, sicut Christus ex quo assumpsit hominem, numquam hominem depositus. Alii dicunt quod ibi fuit sacramentum fidelis anime ad Deum<sup>83</sup>.

11. *Si quis usque frater eius non potest eam ducere in uxorem.* Hic fratris nomine credo quemlibet de consanguinitate debere intelligi, ut infra e. q. Si quis uxorem<sup>84</sup>, quod tamen non affinitatis causa, sed propter publice honestatis iustitiam est introductum, ut infra in Extra. c. Accessit ad presentiam<sup>85</sup>.

14. *Si quis uxorem despousauerit,* quod fit per utriusque contrahentis consensum. *Vel eam subarrauerit,* quod fit per anulum uel alias arras et hoc precedente consensu; alia subarratio non ualet. Vnde 'uel' pro 'et' legetur<sup>86</sup>. Si uero 'uel' disiunctive accipiatur, potest dici, sed sophistice, quod sola subarratio sine consensu precedente matrimonium facit.

15. *Si quis usque nec ullus de consanguinitate.* Et nota quod extraneo non prohibetur sponsa nubere uiuo sponso et maleficio uel frigiditate impedito que etiam per uerba de presenti consensit, quod ex eo colligitur quia hec iam erant traducta<sup>87</sup>.

150 18. (p.c. § 1) *Item propositum melioris uite sumere non potest.* Et nota quem

126 Agathosa] Agant R 127 *Omni re*] Omne A R P F sacramentum] Christi et ecclesie ibi non fuit cum inter eos non add. (repetit) Lr Lp<sup>ac</sup> 128 Ioseph om. Lr<sup>ac</sup> 129 casu] fuit add. Lr Lp 133 coniugem] suam add. Ba A La P Christus] Christo Lr Lp 134 hominem<sup>2</sup> om. Ba deposit om. Lr 143 alia] alias A La subarratio] subarratione Lr Lp Vnde] Vsque Lr Lp et] idest Ba 144 quod] sed pro Lr Lp 145 subarratio] subarratione Lr Lp facit] faciat A 146 nec] neque A nec ullus] nullus P 149 iam] omnia Lr Lp<sup>ac</sup> 150 uite] uir add. Ba A La R P

<sup>81</sup>C.27 q.2 c.21; cf. SL C.27 q.2 c.6      <sup>82</sup>C.2 q.1 c.19      <sup>83</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.10 v. *Omne* etcetera sacramentum (in fine)      <sup>84</sup>C.27 q.2 c.14      <sup>85</sup>1 Comp. 4.2.6 (=X 4.2.5), JL 13887; cf. SL C.27 q.2 c.11 v. *Si quis frater* (in principio)      <sup>86</sup>Cf. SL C.27 q.2 c. 14      <sup>87</sup>Cf. SL C.27 q.2 c. 15

ad modum Magister hic obseruat ut probet sponsam non esse uxorem. Proponit enim primo quod uir non potest inuita uxore ad religionem transire et hoc probando prosequitur usque ad primum paragraphum. In secundo paragrapho uero illo, Ecce<sup>88</sup> assumit, in tertio paragrapho 155 concludit<sup>89</sup>.

19. *Sunt qui usque quis ergo huic legislatori contradicit.* Hinc collige canones qui dicunt uirum posse uxorem suam ducere, propter fornicationem dimissam, intelligendos esse prima mortua. Vbi uero inuenitur, etiam ea uiuente, dicamus per istud illis omnibus esse preiudicatum.
- 160 20. *Multorum usque aut a suis uxoribus abstinerent*, si uellent. Et nota quod isti non delinquunt accipiendo uxores. Iniungitur tamen eis aliquantula penitentia propter alterius rei fauorem, scilicet propter dignitatem ecclesiastici officii cui quodammodo iniuriam uidetur impendisse. Sed queritur an tempore huius canonis uotum continentie erat in ecclesia uel 165 non. Si erat, indistincte ergo debuerunt isti ab uxoribus separari. Si uero non erat introductum, inique uidetur hic statuisse Gregorius et contra hoc quod alibi ipse testatur, supra d.xxxi. Ante triennium<sup>90</sup>. Solutio: si introductum uis dicere fuisse uotum, dicas quod non tamen fuerat in moribus utentium approbatum. Vel quamuis receptum esset tamen propter 170 rei nouitatem mitius erat cum istis agendum, ut infra C.xxxv. q.v. Ad sedem<sup>91</sup>. Sed credimus quod nondum introductum fuerat. Vnde eorum uxores ad secunda uota transire poterant<sup>92</sup>. Admonende tamen erant ut abstinerent.

151 ad om. A ut] ubi A probet] probat A 152 quod] quando Lp uir quod tr. Lr inuita uxore] in uita uxoris Lr Lp 154 In secundo paragrapho] iii. R secundo om. La In secundo] § iii. Lp uero] ubi Lp assumit] assumunt Lr Lp in tertio] inter usque R tertio] uero add. Ba A La P 156 quis] qui Lr Lp huic] huius Lr Lp P 157 uxorem] cum // add. A suam] sua Ba A La R P 158 dimissam] dimissa Ba A La R P intelligendos esse] intelligendum est Lr Lp 159 illis] istis Lr esse om. R preiudicatum] preiudicandum Lr Lp R 161 delinquunt] delinquerant Ba A La R P 163 cui] aut Lr Lp uidetur] uidentur Lr A P impendisse] importare Ba] importasse A La R P 164 an] aut A P erat] receptum *praem.* Ba A La P uel] aut A 165 non om. Lr Lp 167 testatur] instituit Ba] constituit A La P] statuit R 168 uis dicere om. La in om. A 169 moribus] omnibus Lr Lp receptum] reperiret Lr 170 nouitatem] ueritatem Lp<sup>pc</sup>] et originem add. Ba A La P xxxv.] xxv. Lr Lp A 172 Admonende] Admonendi Lr Lp Ba P 173 abstinerent] abstineant Ba

<sup>88</sup>C.27 q.2 p.c. 26      <sup>89</sup>Cf. SL C.27 q.2 p.c.18      <sup>90</sup>D.31 c.1      <sup>91</sup>C.35 q.5 c.2      <sup>92</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.20 v. *abstineret*

21. *Agathosa usque uel ipse se mutare promisit.* Et nota quod qui predican<sup>175</sup> ad conuersionem uiri non sufficere uxoris licentiam, sic exponunt 'uel' pro 'et', qui etiam asserunt uirum non posse conuerti nisi mulier similiter conuertatur. Sed hanc expositionem sequens littera tollit, que dicit 'nichil eorum', quasi hec duo membra sint. Alii uero dicunt alterum ad hoc sufficere cum promissione perpetue continentie et hoc in uetula. Secus uero est in puella. Vsque *nec quondam fornicationis crimen*, propter quod licet dimittere uxorem. Hinc habes illum unicum et speciale casum in quo uir potest sine uxoris licentia ad monasterium conuolare. Vsque *reddere debeas*. Quid autem si mortua fuerit uxor huius? Non cogetur ratione uoti redire in monasterium, quia uotum eius non tenuit. Numquam tamen poterit uxorem ducere, quia uiuente uxore potuit proprie potestati abrenuntiare, scilicet ut numquam ab aliqua debitum exigeret, non tamen poterat Deo quod alienum erat offerre, scilicet ut nulli debitum redderet, ut infra C.xxiiii. q.iii. Vna<sup>93</sup>.

22. *Si quis usque castimoniam profitente.* Hic queritur utrum illa que permisit uirum suum intrare monasterium, eo mortuo possit nubere alii. Et quibusdam uidetur quod non, ad similitudinem illius que permisit uirum suum ad sacros ordines promoueri, que nec etiam uiro mortuo poterit ad nuptias conuolare, ut supra d.xxxii. Seriatim<sup>94</sup>. Presumit canon eam eo continentiam perpetuam promisisse, ut supra d.xxviii. Quia sunt culpe<sup>95</sup>. Ibi enim non queritur apostolicus utrum illa uouisset continentiam, sed an fuerit uxor diaconi, quia eo ipso uidetur uuisse. Idem etiam potest firmius auctoritate Alexandri probari. Dicit enim in Extra. c. Ad petitionem uestram<sup>96</sup>, scilicet quod nullus sine uxoris licentia debet in monasterio recipi nisi uxor integre fame et opinionis ita existat quod nulla suspicio sit eam ad secunda uelle uota migrare uel minus continenter debeat uiuere.

200 25. *Agatho usque similiter conuertatur.* Circa presentem articulum quot

174 *ipse*] **A P F**      176 *et*] **Ba**      178 *eorum*] **A**      *hec om.* **Lr**  
 180 *crimine*] **F**      181 *dimittere*] **Ba**      183 *in*] **A**      184 *tamen om.* **P**  
 186 *poterat*] **potuit A R P**      187 *q.iii om.* **Lr Lp**      189 *alii om.* **A** *] alteri R*      *Et om.*  
**R**      190 *ad similitudinem*] **a simili Ba**      *illius*] **eius Ba A La R**      192 *xxxii Lr*  
**Lp**      *Presumit*] **enim add. Ba A La**      *eo*] **ipso add. Ba A La P om. R**      194 *uouisset*  
*continentiam*] **nouisset abstinentiam Ba**      *uouisset - 195 ipso om. P*      197 *scilicet*] **sed**  
**Lr Lp**      198 *uxor*] **cuius add. Ba A La P**      *integre*] **anime add. P**      199 *debeant*] **ibi**  
*add. Lr*] **debeat Ba A La**      200 *Agatho*] **Agathosa Lr Lp**] **Quia praem. R F**      *conuertatur*]  
*conuerti uoluerit F*

<sup>93</sup>C.33 q.5 c.6; cf. SL C.27 q.2 c. 21 v. *uel ipsa, reddere debeas*

<sup>94</sup>D.32 c.14

<sup>95</sup>D.28 c.10

<sup>96</sup>1 Comp. 3.28.8 (=X 3.32.8, Vxoratus), JL 13972

sunt uota studentium, tot reperiuntur diuersitates opinionum. Fuerunt qui dicerent uirum licite posse transire ad monasterium si eius uxor tantummodo continentiam in seculo promittat. Satis enim conuerti dicitur qui uoluptatibus abrenuntiat et uitam elit continentie, et istud 'similiter' non autem quoad susceptionem habitus sed quo ad continentie professionem similitudinem notat et tale est quale illud 'recepisti bona in uita tua et Lazarus similiter mala'<sup>97</sup>. Alii uero sunt qui dicunt uirum nullo modo esse recipiendum in monasterio, nisi mulier et religionis habitum suscipiat et munus continentie Deo promittat, cui spiritualiter nubit. Sed quoniam medium tenuere beati et dicitur medio tutissimus ibis, ideo medianam uiam eligimus et dicimus referre an uxor eius qui conuertitur sit anus et sterilis cuius etas future incontinentie suspicionem dinoscatur auferre uel sit iuuacula de qua certa possit haberi suspicio quod se illicito debeat concubitu maculare et cuius infamia que motus renum non potest compescere et refrenare futuri lapsus periculum et precipitum comminetur. In primo casu potest uir in monasterio recipi, uxore sine susceptione habitus continentiam promittente. In secundo nequaquam debet recipi, nisi mulier habitum religionis assumat. Hoc dicimus et modis omnibus approbamus, quoniam sancta Romana sic tenet ecclesia. Vnde Alexander tertius in decretali suo quod sic incipit Ad petitionem<sup>98</sup> ita dicit: 'Sane sine licentia proprie uxorius inter uos nullatenus recipiatur uir cuius uxor integre fame et opinionis ita existat, quod nulla possit haberi suspicio eam ad secunda uelle uota transire, uel quod minus continenter debeat uiuere, que si, prout dictum est, talis existeret, marito eius in consortio uestro recepto, ipsa publice in conspectu uestro continentiam professa in domo propria cum filiis suis et familia poterit permanere. Si autem talis fuerit que a suspicione non careat, uoto continentie celebrato, a secularium hominum conuersatione se remoueat et in loco religioso Deo seruitura perpetuo commoretur'.

---

201 sunt] sint A      Fuerunt] enim add. Ba A La R P      203 promittat] promittit A  
 conuerti] conuenienter Lr      204 qui] que a Lr Lp ] que R P      continentem] continentem  
 A La R P      205 autem om. Ba A La R P      207 uirum] utrumque Lr Lp      214 debeat]  
 teneat Lr Lp      potest] possit A      215 precipitum] et add. Lr Lp      216 uir] primus  
 praem. Ba<sup>pc</sup>      217 debet] uir add. Ba La R P      218 assumat] suscipiat Ba      220 suo  
 quod] sua que Ba A La R P      sic om. Ba A La P      petitionem] nostram add. Ba ]  
 uestram add. A La R P      221 uos] nos Lr      uir] nisi Ba A La R P      222 ita om. A La  
 223 transire] migrare Ba A La R P      continenter om. Lr Lp      si om. A      prout]  
 uere add. Lr Lp<sup>ac</sup>      224 dictum] dicto Lr Lp<sup>ac</sup>      est] eius Lr Lp<sup>ac</sup>      226 a om. A  
 228 seruitura] seruituram Lr Lp

---

<sup>97</sup>Lc 16,25      <sup>98</sup>1 Comp. 3.28.8 (=X 3.32.8), JL 13972

26. *Scripsit usque nisi eamdem uitam Lotharius coniux eius eligeret.* Hinc  
 230 collige arg. ad eam questionem qua queritur an uir post penitentiam  
 uxoris adultere possit ea inuita ad monasterium conuolare. Talem enim  
 non cogitur uir, etiam post penitentiam, recipere ut infra C.xxi. q.i. De  
 Benedicto<sup>99</sup>. Si autem reconciliata fuerit, intelligitur sibi potestatem sui  
 corporis reddidisse, ut scilicet ea nolente non possit de cetero intrare  
 235 monasterium. Sic enim Lotharius fornicando se reddidit uxori illicitum,  
 quia tamen post penitentiam uxori fuerat reconciliatus, neuter eorum sine  
 altero poterat habitum religionis suspicere.

26. (p.c.) *Item beatus Alexius usque sponsam deseruit.* Et nota quod cum  
 matrimonium per uerba de presenti inter legitimas personas contrahitur,  
 240 nisi in duobus casibus solui non potest, scilicet causa religionis ut hic  
 et in duobus sequentibus et causa maleficii ut infra C.xxi. q.i. Si per  
 sortiarias<sup>100</sup>. Qui uero nullo casu dicunt solui posse, speciale dicunt in  
 hiis fuisse, et duo sequentia capitula de desponsatione uero per uerba de  
 245 futuro dicunt esse intelligenda. Illud uero 'Si per sortiarias' dicunt nullius  
 esse momenti, quoniam non est summi pontificis constitutio, sed cuiusdam  
 archiepiscopi. Vel de maleficio loquitur, quod ante desponsationem est  
 factum.

27. *Desponsatam usque non licet parentibus alii uiro tradere,* ne scilicet  
 frangant fidem sponsaliorum, ut infra C.xxi. q.iii. c.ult.<sup>101</sup> *Tamen licet sibi*  
 250 *monasterium eligere,* etiam sponso inuito. Sponsus ea uiuente potest ad  
 secunda uota transire, ut in Extra. c. Ex publico instrumento<sup>102</sup>.

28. *Decreta usque dampno.* Subaudi arrarum, quas non cogitur restituere<sup>103</sup>.

29. *Quod autem usque quod non possit coire cum illa.* Et nota quod cum  
 inter coniuges controuersia de debiti solutione oritur, aut uterque consensit  
 255 aut alter. In primo casu uterque debet septima manu propinquorum iurare

229 *coniux eius*] *coniunxit ei Lr* 232 *De om. A* 233 *autem*] *ei add. Ba A La R P* *sibi*]  
*ei A* 234 *scilicet*] *idest A* 237 *altero*] *consensu mutuo Ba* *suscipere*] *accipere*  
*A La R P* 240 *solui* - 241 *duobus om. Lr Lp (omoio.)* *non om. P* 241 *sequentibus*]  
*cap. add. Ba A La R P* *ut*] *et Lr* 242 *Qui*] *Et quod R* *uero*] *in add. A R P*  
 243 *hiis*] *istis Ba A La R P* *desponsatione*] *dispensatione Ba* *uero om. Ba A La R P*  
 244 *futuro*] *facta add. A La P* 246 *desponsationem*] *dispensationem Lr* 248 *licet*]  
*alicui add. A* 250 *ea*] *etiam praem. Ba A La R P* *uiuente om. Lr* 253 *cum om. Lr*  
 254 *de debiti*] *debita Lr Lp*

<sup>99</sup>C.32 q.1 c.5      <sup>100</sup>C.33 q.1 c.4      <sup>101</sup>C.31 q.3 c.1      <sup>102</sup>1 Comp. 3.28.7 (=X 3.32.7), JL 13787

<sup>103</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.28

quod numquam fuerint una caro effecti, et tunc poterunt separari, ut infra C.xxi. q.i.<sup>104</sup> Cum uero dissentiantur, refert utrum uir uelit probare se eam cognouisse uel non. In primo casu uir, quia caput est mulieris<sup>105</sup>, ei in probatione preponitur, ut infra C.xxi. q.i. Si quis acceperit<sup>106</sup>. In secundo uero casu uiro non probante, mulieris probatio admittitur, ut hic<sup>107</sup>.

260 31. *Quidam despousauit.* Ex hoc uidetur quod per hec uerba de presenti fuerat despousata. Ad id enim iam sponsus cum eadem deuenerat quod temptauit, quod humana infirmitate nequivit perficere. Vsque *sed mechus*, idest fornicator. Cum sponsa enim non dicitur mechia committi. Vel de sponsa de presenti hoc potest intelligi, que quia uxor dicitur, ideo cum ea adulterium committi dicitur. Quod autem dicitur quod talis sponsa et qui eam corrupit possunt alias contrahere nuptias, de iuuenibus exaudias ubi periculum fornicationis timetur<sup>108</sup>. Sponsus autem potest aliam ducere, ista uiuente, si de futuro cum ea matrimonium contraxit, uel ea mortua, si per uerba de presenti.

265 32. *Si quis sponsam usque non habeat uxorem.* Hoc propter delicti enormitatem contingit. Vsque *aliam accipiat*, ea mortua, si de presenti. Si uero de futuro eam despousasset, ea uiuente etiam esset matrimonium cum secunda<sup>109</sup>.

270 275 47. (p.c.) § *Sed aliud est.* Et nota quod hec duo superiora capitula sententie Gratiani uidentur aduersa qui astruit quod sponsa non debet primo restitu ex quo cum secundo facta est una caro. Vnde sic nititur in hoc paragrapho soluere capitula ut sibi non obloqui uideantur. Dicit enim quod aliud est sponsam cum secundo de nuptiis agere, in quo casu a secundo non est separanda. Aliud est eam inuitam rapi et cum raptore de nuptiis non agere, in quo casu auferenda est raptori et concedenda primo, ut in duobus superioribus c.<sup>110</sup> In summa uero hoc teneas quod qui per uerba de futuro

257 refert] referre A 258 cognouisse] agnouisse A uir] nisi Lr Lp<sup>ac</sup> 261 *despousauit*] usque *et cum ea coire non potuit add.* Ba A La P uidetur] colligitur A per uerba de presenti hec tr. A La P 262 eadem om. Lr Lp deuenerat] uenerat A 266 dicitur<sup>1</sup>] uidetur Ba A La R P et om. Lr Lp 267 exaudias] intelligas A 268 autem] huius add. Ba La ] hic add. A P 269 matrimonium om. Ba uel om. Lr 269–270 per uerba om. Ba A La R P 273 uero] is Lr Lp 276 qui] quod Lr Lp 277 nititur] innuitur Lr Lp hoc] secundo La 278 sibi] hic Lr Lp obloqui] obliqui A 280 eam] ea Lr Lp 282 qui om. Lr

<sup>104</sup>C.33 q.1 c.1      <sup>105</sup>1 Cor. 11,3      <sup>106</sup>C.33 q.1 c.3      <sup>107</sup>Cf. SL C.27 q.2 c. 29      <sup>108</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.31 v. *set mechus*      <sup>109</sup>Cf. SL C.27 q.2 c.32 (in principio)      <sup>110</sup>C.27 q.2 c.31, 32; cf. SL C.27 q.2 p.c.47

matrimonium contrahit, si secundam accipit et cognoscit, debet secundam tenere. Si uero per uerba de presenti contraxit cum prima, quamuis postea 285 cognouisset secundam, priori tamen reddi debet, ut in Extra. c. Licet preter solitum<sup>111</sup>. Si uero aliquis per uerba de futuro despontaret aliquam, alius uero eamdem de presenti, credo secundum priori debere preponi. In istis ergo capitulis raptoreas non despontauerant et idcirco prioribus 290 restituuntur. Vel in odio raptorum est constitutum ut numquam habeant quas rapuerunt sponsas, ut supra e. q. Raptor<sup>112</sup> et infra C.xxxvi. q.ult. Denique<sup>113</sup>. Si uero rapta despontata alteri non fuerit, acta penitentia poterit manere, ut infra C.xxxvi. q.ii. per totum<sup>114</sup>.

285 priori] prior A      286 per uerba *om.* **Ba A La R P**      despontaret] despontauit  
**Ba**      288 prioribus] primis **Ba A La P**] priori **R**      289 restituuntur] restituebantur **Lr**  
**Lp**      odio] odium **Ba A La**      est *om.* **P**      291 alteri] alii **Lr Lp**      non] uero **Lr**  
292 totum] uotum A

<sup>111</sup>1 Comp. 4.4.3 (=X 4.4.3), JL 14091

<sup>112</sup>C.27 q.2 c.33

<sup>113</sup>C.36 q.2 c.9

<sup>114</sup>C.36 q.2

## &lt;CAVSA XXVIII&gt;

*Quidam uir infidelis*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem. Omne quod non est ex fide peccatum est*<sup>1</sup>, idest quicquid fit contra fidem, idest contra conscientiam, edificat ad Gehennam. Sic enim fides hic accipitur. Dicitur enim fides humanorum placitorum et christiane religionis,  
 5 ut supra C.xxii. q.i. Mouet te<sup>2</sup>. Non tamen quicquid fit contra quamlibet conscientiam edificat ad Gehennam. Est enim conscientia mandati et prohibitionis et utilis et honesti. Quicquid ergo fit contra conscientiam mandati et precepti edificat ad Gehennam, non autem quicquid fit contra utile et honestum. Nam licet uir iustus superflue aliquando comedendo uel  
 10 ridendo contra honestum et utile faciat et id sciat esse illicitum, non tamen mortaliter peccat, nisi cum illud in consuetudinem ducit et de eo penitere non proponit, ut supra d.xxv. § Criminis appellatio<sup>3</sup> et § Alias<sup>4</sup>. Vsque  
 15 non est ratum, idest inseparabile, tales scilicet quod habent in se Christi et ecclesie sacramentum, quia dato libello repudii separari poterant et in conuersione alterius ad Deum, ut infra C.e. q.ii. Si infidelis<sup>5</sup>. Potest tamen inter infideles esse initiatum et consummatum atque legitimum. § *Et hiis ita usque erunt*, ut scilicet uir, mulier, filius et filia et uxor filii et filie maritus. Domum autem istorum intrat predictor euangelii seminatque eis semen uerbi Dei et interdum duo conuertuntur ad Dominum et tres in infidelitate remanent et econuerso. Et hoc est quod dicit 'tres diuiduntur in duos'<sup>6</sup>,

2 *uir om. F*

*infidelis om. Ba*

## &lt;Q. I&gt;

2 *Omne quod om. Lr Lp*    3 *Sicut P*    4 *enim] etiam A La P*    5 *xxii. ] xxiii. Lr*  
*Mouet] Monet Lr Lp A fit om. R*    6 *conscientiam] mandat et precepti add. R*    *Est]*  
*Cum Ba*    *Est - 8 Gehennam om. A (omoio.)*    9 *iustus] uel add. Ba La*    *aliquando]*  
*aliquid Lr*    *aliquando comedendo] comedat A*    *uel] superflue add. A*    10 *id] ideo*  
*Ba*    11 *cum] contra Lr R*    *ducit] cum add. Lr Lp*    12 *et] tamen praem. Lr om. A*  
*Vsque] Vbi Lr Lp*    13 *in se om. Lr*    14 *poterant] poterat P*    15 *infidelis] fideles Lr*  
 16 *Et om. Ba A La P F*    *ita om. F*    17 *erunt] erit Lr Lp ] quinque add. A*    *ut]*  
*Ba om. P*    *scilicet om. A*    *uir] et add. Ba A La*    *et<sup>2</sup> om. Ba*    *et<sup>3</sup>] uel Ba A La P*  
 18 *istorum om. R*    *intrat] intrauerit Lr Lp ] intrauit R*    19 *et<sup>2</sup>] uel A La P*

<sup>1</sup>Rm 14.23

<sup>2</sup>C.22 q.1 c.16

<sup>3</sup>D.25 p.c.3 § 4

<sup>4</sup>D.25 p.c.5

<sup>5</sup>C.28 q.2 c.2

<sup>6</sup>Lc 12.52

idest contra duos quia qui conuertuntur ad Dominum contrarii sunt hiis qui adhuc in infidelitatis dedecore perseuerant. Vsque *non dimittit illum*, infra, C.e. q.e. c. Sepe<sup>7</sup>, Iudei<sup>8</sup> contra. Solutio: sed ibi in Dominum conuersum cum Iudeis habitare uel Christianam cum Iudeo commorari prohibetur quia  
 25 Iudei propter legis et prophetarum instrumenta quibus sunt muniti, parati et proni et habiles sunt animas simplicium fallere et erroris laqueo irretire. Hic uero gentili conuerso cum infideli habitare permittitur, quia gentiles legem non habent neque prophetas quibus nos possunt decipere, sed rubore idolatrie confusi non audent nos inducere ad colendos deos ligneos quos  
 30 adorant, ut hic. Vsque *de Theodora*. Hec mulier per Clementem est ad fidem conuersa. Dumque iret ad ecclesiam ubi uir, eam occidendi animo insecurus et cecitatis obuolutus tenebris, per uxorem tandem est ad fidem conuersus<sup>9</sup>.

1. *Numquid usque quod Deus coniunxit homo non separat.* Quid ergo dices de iudice qui matrimonium separat quod Deus coniunxit cum alterutrum  
 35 coniugum uel punit pena capitis uel perpetui pena exilii condempnat. Et quidem dicimus eum non obuiare canoni nec contra euangelica statuta uenire. Non enim iudex diuidit coniugium sed lex et hoc sic exponitur *quod Deus* etc.<sup>10</sup> Subaudi sine causa, sine ratione, sine auctoritate, ut infra C.xxiii. q.ii. Quos Deus<sup>11</sup>. Non enim separat homo quos pena dampnat, quos reatus  
 40 accusat, quos maleficium coarctat, ut in e. c.<sup>12</sup> continetur. Item queritur an Iudeorum coniugium culpa careat uel aliquid a culpa ipsum ualeat excusare. Et quibusdam placet ipsum culpa non carere, tum quia ibi non potest Christi et ecclesie esse sacramentum per quod nuptie ab adulterio discernantur,

21 qui om. Lr Lp hiis] eis A 22 Vsque] ubi Lr Lp dimittit] dimittat A illum] illam Ba A La P] illud R] uirum F 23 sed om. A La Dominum] Deum Ba A La R P 25 sunt] possunt Ba muniti] inimici Lr Ba<sup>ac</sup> 27 habitare] habitatore Lr<sup>ac</sup> Lp gentiles] gentes A La 28 nos] non Lr decipere] recipere Lr Lp 30 ad fidem] a Deo Lr Lp] ad Deum R 31 conuersa] uersa P ubi om. Ba A La R P uir eam] iure autem R animo] est add. Ba A La P 32 obuolutus] inuolutus Lr tandem] tradere Lp 33 Quid - 34 separat add. Lr<sup>pc</sup> dices] dicis A 34 separat] separat A alterutrum] alterum Ba A La R P 35 coniugum] coniugium Lr A R P punit] penitus Lr] punitur Lp Ba condempnat] condempnatus Lr Lp Ba Et] Ad R 36 quidem] quod Lr Lp] quid R eum om. Lr Lp obuiare] uidetur add. Lr Lp 37 Non] Nec R iudex] ipse Ba A La R P coniugium] statutum add. Lr Lp 37-38 quod Deus] quod Deus (repetit) A 38 etc.] coniunxit homo non separat Ba A La R P sine<sup>3</sup>] sua A R P 39 Quos] Quod Lr Lp La R P homo om. R 43 discernantur] discernuntur A

<sup>7</sup>C.28 q.1 c.12      <sup>8</sup>C.28 q.1 c.10      <sup>9</sup>Cf. SL C.28 q.1 pr. v. *non est ex fide, non est ratum, Hiis usque erunt quinque, Theodora*      <sup>10</sup>Mt 19,6      <sup>11</sup>C.33 q.2 c.18      <sup>12</sup>C.33 q.2 c.18

ut infra C.xxxii. q.i. Non enim<sup>13</sup>, tum quia, Augustino testante, omnis uita infidelium peccatum est nec ualet esse bonum quod fit absque Deo, ut infra e. q. § Ex hiis itaque<sup>14</sup>. Alii uero dicunt talium coniugium esse licitum quia eis est a Domino hoc permissum, ut hic. Item queritur an Iudei ob hoc delinquunt cum in tertio uel ulteriori gradu coniunguntur matrimonialiter illis quibus sunt sanguinis linea iuncti. Quod ea ratione uidetur non esse dicendum, quia huiusmodi prohibitio tantum de iure canonico emanauit, quod usque ad infideles non porrigetur sed eos solos obligat qui Christiani sunt nominis et fidei professores. Non enim nostrum de hiis iudicare. De hiis enim qui foris sunt, teste Apostolo, iudicat Deus<sup>15</sup>, ut supra d.xlv. Qui sincera<sup>16</sup>, De Iudeis<sup>17</sup> et C.ii. q.i. Multi<sup>18</sup>, cum et in ecclesia orientali licite possunt clerici ad nuptias conuolare, quia ad eos non extenduntur nec porriguntur canones in quibus uotum de clericorum continentia est introductum, ut supra d.xxxi. Aliter<sup>19</sup>. Item cum de Iudeorum coniugio, ut hic habetur, sit dictum ut uir nisi causa fornicationis non dimittat uxorem, quomodo ergo cum alter eorum ad fidem conuertitur potest altera in infidelitate uiuente et cohabitare nolente ad secundas nuptias conuolare, ut infra C.e. q.ii. Si infidelis<sup>20</sup>? Sed Dominus forte de fidelium matrimonio loquitur. Vel de fornicatione et spiritualiter illud potest intelligi. Item queritur si Iudeus aliquam in vii. gradu sibi attinentem accipit in uxorem et uterque conuertitur, an debeant separari. Et dicimus quod si in primo uel secundo gradu sibi ad inuicem attinebant, debet quidem contra eos separationis sententia promulgari, quia in talibus gradibus nec etiam lex Mosaica matrimonium permittebat, dicens: 'turpitudinem sororis tue non reuelabis'<sup>21</sup>, ut infra C.xxxv. q.viii. Hec salubriter<sup>22</sup>. Si uero in ulterioribus gradibus sibi attinebant, non debet matrimonium diuidi sed, sicut dicit auctoritas, per cogitationem Creatoris confirmatur.

---

44 tum ] *om. Lr Lp* ] tamen A quia *om. Lp* testante] teste Ba A La R P 47 eis ] eisdem P a Domino *om. R* ut hic *om. A* 48 delinquunt] delinquent A 52 professores] possessores Lr Lp<sup>ac</sup> enim] est add. Ba La R P 53 enim] *om. A* qui] que Lr Deus] Dominus Ba A La R P 56 de *om. Lr Lp* clericorum] clericali A 57 cum *om. Lr* 58 habetur] dicitur Ba nisi] sine P 60 uiuente] manente A 61 fidelium] infidelium A 62 et spiritualiter] spirituali Ba ] etiam spirituali A La 63 vii.] viii. Lr Lp gradu] gradum Lr Lp ] accipit ] et add. Lr 65 uel] et A attinebant] attineant A P 69 sicut] ut A

---

<sup>13</sup>C.32 q.1 c.11    <sup>14</sup>C.28 q.1 p.c.14    <sup>15</sup>Cf. Rm 14,5    <sup>16</sup>D.45 c.3    <sup>17</sup>D.45 c.5    <sup>18</sup>C.2  
q.1 c.18    <sup>19</sup>D.31 c.14    <sup>20</sup>C.28 q.2 c.2    <sup>21</sup>Lv 18,9; cf. Lv 18,11    <sup>22</sup>C.35 q.8 c.2

4. *Vxor usque eam amputabit, a se separando.* Vel dicunt quidam hoc Augustinus in libro Retractationum<sup>23</sup> emendasse. Non enim mulier pro spirituali fornicatione a uiro est separanda, iuxta illud Apostoli: 'sciat unusquisque uas suum in sanctificatione possidere'<sup>24</sup>, nisi cum uirum uoluerit ad infidelitatis tenebras trahere. Cum eam corrigere non poterit, erit ei licitum funditus sibi ab ea familiaritatem abscindere, ut in primo sequenti c.<sup>25</sup>

8. *Iam nunc usque cum superius, in superiori parte epistule unde est hoc sumptum*<sup>26</sup>. Vsque *alioquin*, scilicet si secundas acceperitis primis cohabitare uolentibus, licet non conuerti, tunc filii ex secunda nati erunt spurii uel infideles quia maiorem partem sequuntur infidelium, quia tunc temporis pusillus erat grex<sup>27</sup> ecclesie et innumera erat infidelium multitudo. Vsque *non enim propter uinculum*. Subaudi tantum. Vel ideo dicit quia inter infideles non est uinculum matrimonii ita indissoluble ut solui non posset.

85 9. *Sic enim.* Et nota hec concertatio Augustini et Pollentii in hoc c. latius extenditur, habens originem ex illo dicto Apostoli ad Corinthios: 'ceteris ego dico, non Dominus, si quis habet uxorem infidelem et hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam etc.'<sup>28</sup>. Hec namque disputatio circa uerbum illud tota uersatur: 'ceteris ego dico, non Dominus'<sup>29</sup>. Dicit 90 Augustinus: 'ego dico, ut fidelis non dimittat infidelem uxorem cohabitare uolentem'. 'Non Dominus' dicit, idest neque iubet dimittere neque prohibet

71 *eam*] *eum* F *amputabit*] *imputabit* P *a se*] ex Lr Lp *se om.* P 73 a]  
 non P *est*] *om.* P *separanda*] *sed inuenta add.* P *[corrigenda add.* Lp<sup>pc</sup> Ba A La R P ]  
 74 *possidere*] *circum dare* P *uirum*] *iure* P 75 *Cum*] *Tunc enim praem.* Ba A La P ]  
 Tunc R 78 *superius*] *fratri* Lr Lp *in*] *idest praem.* La *in superiori*] *idest alias* P  
*superiori*] *inferiori* A La 79 Vsque] *Neque* Lr Lp *alioquin*] *in mundi erint* R *[alio operi*  
 P *scilicet*] *idest A La R*] *om.* P *si om.* P *primis*] *primum* Lr Lp 80 *secunda*]  
*secundis* Ba A P *nati*] *et suscepti add.* Ba La R P 81 *quia<sup>1</sup>*] *qui* P *sequuntur*]  
*idest add.* A *quia<sup>2</sup>*] *scilicet praem.* Ba A La R P 82 *innumera erat*] *innumerata* P  
 83 *ideo*] *hoc add.* Ba A La 84 *ita*] *quod praem.* Lr Lp P *quia praem.* R *posset*] *possit*  
 Ba A R P 85 *Sic*] *Nichil* Lr Lp *enim*] *est* Lr Lp *hec*] *quod Ba A La P praem.* R  
*concertatio*] *certatio* Lp 86 *ceteris*] *enim add.* Lr 87 *quis*] *frater add.* Ba A La P  
*uxorem*] *propriam add.* Lr 88 *Hec*] *Huius cap.* Ba A La P *Hec namque*] *Huius enim*  
 c. R 89 *dico<sup>1</sup>* *om.* A *Dicit - 90 dico*] *Idest in eo consilium do* P 90 *dico*] *idest*  
*moneo, consilium do add.* Lp<sup>pc</sup> Ba A La *fidelis*] *infidelis* R 91 *uolentem*] *nolentem*  
 Lr *Dominus* *om.* Lr Lp<sup>ac</sup> *neque prohibet - 92 iubet dimittere* *om.* Lr Lp<sup>ac</sup> (*omoio.*)

<sup>23</sup>Augustinus Hippensis, *Liber Retractationum*, PL 32.583ss <sup>24</sup>1 Th 4,4 <sup>25</sup>C.28 q.1 c.5;  
 cf. SL C.28 q.1 c. 4 v. *Non attendere* (in fine) <sup>26</sup>1 Cor 7.14 <sup>27</sup>Cf. Lc. 12,32 <sup>28</sup>1 Cor 7.12

<sup>29</sup>Cf. 1 Cor 7,25

dimittere. Ideo autem non iubet dimittere quia prius, dum ambo essent in infidelitate coniuncti, non fuerant contra iussionem Domini copulati. Ad hoc uero non iussit dimittere ut Apostolo suo esset locus monendi ne 95 talia fierent denique dimittere. Ideo prohibet non Dominus, quia iustitia permisit a fornicante discedere et infidelis hominis fornicatio maior est in corde. Et hoc totum explicatur usque ad locum illum 'quoniam ergo ab infideli fidelem'. Pollentii uero interpretatio hec erat: 'ceteris ego dico', idest iubeo, precipio, idest ego cogo, scilicet ut fieri aliter non liceat. 'Non 100 Dominus dicit', idest non admonet neque precipit quia in contrarium mandat dicens eis in Veteri Testamento: 'non accipias uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum, ne transducat eum post deos suos'<sup>30</sup>. Quatuor ergo in hac serie obiectiones mouentur, tres priores Pollentii contra Augustinum, ultima Augustini contra Pollentium qua et ipsi Pollentio concluditur et ita disputatio terminatur. Prima quidem disputatio Pollentii sic procedit : tu, Augustine, ita exponis : 'non Dominus dicit', idest neque iubet neque prohibet. Vacat ergo et inutile est consilium Apostoli dum ait: 'ego dico'. Respondet Augustinus: 'nequaquam sed utile ualde et salubre est quia, ipso Domino inspirante, hoc consilium dedit', quod optinetur ex eo quod 105 dicit 'puto autem quod ego spiritum Dei habeam'<sup>31</sup> cum inseparabilia sint opera Trinitatis<sup>32</sup>. Exsequitur hanc questionis responsionem ab illo loco 'quoniam ergo ab infideli' usque 'ita sane ut ipsum licitum'. Secunda obiectio hec erat: tu, Augustine, intendis quod infidelem dimittere liceat fideli, quod licet Apostolus dissuadeat, tamen Dominus non prohibet. Sed nonne idem Apostolus alibi cum ageret de nubendo et non nubendo,

---

92 ambo *om. A* 93 infidelitate] et add. **Lr** 94 iussit] uis **Lr Lp<sup>ac</sup>** 95 prohibet non ] non prohibet *tr. Lp<sup>pc</sup> A* 96 permisit] dimittit **Lr Lp** a fornicante] ad fornicationem **Lr Lp** et *om. Lr Lp* maior est] *om. P* 97 totum] ratum **Lr Lp** 98 dico] non Dominus *add. Ba* 99 idest<sup>2</sup> *om. Lr A La P* cogo] rogo **Lr Lp** 100 quia] quoniam **Lr Lp** 101 mandat - Testamento] mandati esset ueteris testamenti **Ba** dicens eis] Dominus **A** eis *om. La* accipias] accipies **A** 104 ultima] uel **Lp** contra - 106 Augustine] procedunt et tuam ergo **Lr** 105 procedit] et add. **Lp** 106 Augustine] Augustinus **Lp** idest *om. P* 107 est *om. Lr* 109 optinetur] optineret **Lr Lp** 110 habeam] habeo **Lr Lp**] Quod ergo spiritu Dei suadente *add. Lp<sup>pc</sup>*] Si ergo spiritu Dei suadente hoc consilium tribuit tunc et (et *om. P*) suadente (insuadente *P*) Domino *add. Ba A La R P* 111 hanc] autem *praem. R* questionis *om. Ba A La R P* 112 loco] uerbo **Ba A La R P** infidelei] infidelitati **Ba** usque] *sed Ba* licitum] licitam **Lr Lp** 113 intendis] sentis **Ba** liceat] liceat **Lr Lp** 114 dissuadeat] dissuadet **Lr Lp** tamen Dominus] dicens si **Lr Lp**] scilicet *add. R* 115 alibi] alicui **Lr om. A**

---

<sup>30</sup>Cf. Gn 24,3

<sup>31</sup>1 Cor. 7, 40

<sup>32</sup>C.28 q.3 c.9

quia non tantum alterum sed utrumque licitum erat dixit: 'qui dat nuptui uirginem suam bene facit et qui non dat melius facit'<sup>33</sup>. Dum uero ageret de dimittenda et non dimittenda coniuge infideli, non ait: qui dimittit bene facit et qui non dimittit melius facit. Vnde patet dimittere esse licitum. Solum autem non dimittere esse illicitum. Augustinus respondet: non propter hoc dixit Apostolus: 'qui dat nuptui bene facit et qui non dat melius facit', quia utrumque licitum est, sed quoniam utrumque expediens et primum quidem minus, secundum uero maius. Vbi non egerat de dimittenda uel non dimittenda coniuge infideli, licet utrumque esset licitum, quia tamen non utrumque sed posterius esset expediens, ideo non oportuit ibi dici, qui dimittit bene facit et qui non dimittit melius facit. Non enim bene facit quod fieri non expedit. Porro ista duo, primum de dimittendo, secundum de nubendo uel non de nubendo, in quodam similia sunt et in quodam non. In hoc assimilantur quoniam, sicut nubere et non nubere utrumque licitum est et ideo Apostolus premisit ibi, 'de uirginibus preceptum Domini non habeo', et ad hoc dimittere et non dimittere utrumque licebat. Ideo preposuit Apostolus: 'ceteris ego dico, non Dominus'. Quod enim ibi est dicere 'consilium autem do'<sup>34</sup>, hoc est dicere, hic 'ego dico' quod facit ibi 'de uirginibus preceptum Domini non habeo', hoc operatur hic, 'non Dominus scilicet dicit'. Dissimilia uero in eo sunt quia utrumque illorum, scilicet nubere et non nubere est expediens, et alibi dixit: 'qui dat nuptui bene facit et qui non dat melius facit'. Hic autem, quoniam tantum alterum, scilicet non dimittere, est expediens, ideo non ait: 'qui dimittit bene facit et qui non dimittit melius facit'. Ista autem responsio reperitur ab eo loco 'ideo sane ut

---

116 sed utrumque *om.* **Ba** dat] dimittit **R** 117 Dum - 118 facit *om.* **R** (*omoio.*) ] Et quando dimittit melius facit **P** uero] ergo **Ba** ageret] aget **Lr** 119 licitum ] illicitum **R** 120 illicitum] licitum **Ba A La R P** respondet *om.* **R** 121 dixit] dicit **A** et - facit *om.* **P** 122 expediens] est add. **Ba A La** 123 quidem] criminis **Lr** **Lp** maius] magis **A La** non<sup>1</sup>] ergo **Ba A** ] uero **La R P** 125 sed] tantum add. **Ba** esset] erat **Ba La** 126 facit<sup>3</sup>] fit **A La P** 127 dimittendo] uel non dimittendo add. **Ba A La P** 128 de<sup>2</sup> *om.* **A** et] *om.* **A** 129 non<sup>1</sup>] similia add. **Ba A La P** quoniam] quia **A** utrumque] uidelicet add. **A La P** 130 Apostolus *om.* **Lr** ibi *om.* **Ba A** 131 habeo] consilium autem do add. **Ba A La** habeo - 134 habeo *om.* **P** (*omoio.*) et ad hoc] ita **Ba** ] ita quidem **A** ] itaque **La** ] sic **R** Ideo] Non **Lr** 132 non Dominus - 133 dico *om.* **R** Quod - 133 dico *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** (*omoio.*) 133 hic *om.* **Ba La** dico] non Dominus et add. **Ba** ibi *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** 134 hoc] sed **Lr** 135 scilicet] sed **P** dicit - illorum *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** (*omoio.*) Dissimilia - 136 dixit *om.* **P** 136 alibi] aliter **Lr** ] propterea ibi **Ba A La R** dixit] dicit **Ba** 138 ait] quid add. **Lr** 139 reperitur] texitur **Ba A La R P**

---

<sup>33</sup>1 Cor 7,38      <sup>34</sup>1 Cor 7,25

140 ipsum licitum' usque 'si autem alicubi Apostolus'. Tertia oppositio Pollentii huiusmodi erat: tu, Augustine, exposuisti hoc uerbum Apostoli: 'ceteris ego dico', idest moneo, non precipio. Talem interpretationem aiebat Pollentius falsam esse pro eo quod sequitur: 'Christus uobis proderit nichil'<sup>35</sup>. Vnde patet quod, sicut ibi, ita hic, per hoc uerbum 'dico' non admonitionem tantum, non consilium, sicut tu, Augustine, sentis, sed preceptionem cogentem Apostolus designauit. Augustinus respondet: non consonat simile quod inducis. Hic enim exponendum est sic: 'ego dico', idest moneo non precipio, quia sequitur: 'non Dominus dicit'. Ibi uero dum dicitur: 'ego Paulus dico ne circumcidamini, alioquin Christus nichil uobis proderit'<sup>36</sup>, 145 nequaquam subiungitur: 'non Dominus'. Ideoque in hoc uerbo dico uim preceptionis oportet intelligi, quamvis nequaquam absurdum sit sentire quod de circumcisione non facienda tantummodo dixisset. Monemus quos caros habemus ut faciant Domini preceptum uel iussa'. Hec responsio est ab eo loco 'si autem alicui Apostolus' usque illuc 'tu uero cui placet' a 150 quo et deinceps usque ad finem opponit Augustinus Pollentio in hunc modum: tu, Pollenti, uerba Apostoli sic exponis: ego dico, idest precipio, cogo ut aliter non liceat fieri, 'non Dominus dicit' quia mandat et precipit in contrarium dicens: 'ne accipias uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum'<sup>37</sup>. Si ita est, ergo contra iussum Domini, contra doctrinam sanctam, contra 155 utrumque testamentum suam facit iussionem Apostolus<sup>38</sup>. Sed respondebat Pollentius: non est uera conclusio, quia Paulus iam in coniugio positos non solum monet, sed etiam iubet ut si alter credidisset, alter non, credens non credentem et habitare uolentem non dimitteret. Dominus cum ait: 'non accipias uxorem'<sup>39</sup> etc., mandat ne fidelis infidelem uxorem ducat. Ex ore

140 oppositio] opinio A 141 hoc] sic La R P 142 precipio] Similiter ergo exponatur quod ait ad Galatas: 'ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus nichil uobis proderit' (Gal. 5,2). Ego Paulus dico, idest moneo, non precipio add. Lp<sup>pc</sup> Ba A P (omoio.) interpretationem] expositionem A 144 ita] et add. A 146 respondet] respondit A 147 inducis] in(du)cis P est om. P 150 in - dico] ibi (ibi om. R) in (in om. A P) uerbo dictionis Ba A R P in hoc] ibi La dico - 151 sentire om. La 151 sentire] nos add. Ba A R P 152 quod] que Lp non facienda] fuit tunc Lr Lp facienda] tunc add. La Monemus] enim add. A La 153 faciant] faciat A est om. P 154 alicui] alicubi Ba La R P 155 deinceps] de nuptiis Lr Lp<sup>ac</sup> ad om. Lr Lp<sup>ac</sup> Pollentio] Valentio Lr 156 Pollenti om. Lp Apostoli om. P precipio] precepto A La 157 quia] idest Ba 158 accipias] accipies A 159 Si] Sed Lr Lp est] esse P 162 alter] non add. Ba credens] sed dicens Lr Lp 163 habitare] cohabitare A Dominus] autem add. Ba A La R P

<sup>35</sup>Gal 5,2

<sup>36</sup>Gal 5,2

<sup>37</sup>Dt 7,3-4

<sup>38</sup>1 Cor 7,39

<sup>39</sup>Gn 24,1-2

165 tuo, replicat ei Augustinus, te Pollenti iudico, tibi concludo: si enim Paulus precipit hoc positis in coniugio et Dominus prohibet tantum hoc ne scilicet fidelis infidelem accipiat, patet ergo de aliis Dominum et de aliis Apostolum loqui. Nam Apostolus de coniunctis, Dominus uero de coniungendis. Si Dominus non uetat quod Apostolus hic uetare uidetur, non illa causa est quam tu, Pollenti, inseruisti, scilicet quia contrarium mandat. Illud uero mandatum contrarium non est. In eo tantum de coniungendis agitur, Apostolus autem dumtaxat de coniugatis, ut predictum est, prohibet<sup>40</sup>.

170 10. *Iudei*. Et nota quod filii talium baptizari debent, quod si de adultis intelligitur, dicas quod admonendi sunt, non cogendi. Inuitus enim non cogitur quis ad bonum quod non accepit. Si uero de paruulis eorum filiis intelligitur, planum est quod debeat baptizari.

175 11. *Iudeorum*, scilicet qui deteriores sunt gentilibus. Vnde in die passionis Dominice in oratione facta pro eis, genua non flectit ecclesia. Districione etiam ecclesiastica debent prelati Christianos corrigere, ne ipsi se Iudeorum seruitio assidue pro aliqua mercede exponant. Obstetricibus quoque et nutricibus Christianis omnibus debent interdicere ne infantes Iudeorum in domibus suis nutrire presumant, quia Iudeorum mores et nostri in nullo concordant et ipsi de facili ob frequentem conuersationem et assiduam familiaritatem, instigante humani generis inimico, ad suam superstitionem et perfidiam simplicium animos inclinarent, ut in Extra. c. Licet uniuersis<sup>41</sup>.

180 13. *Nullus usque azima*. Quilibet cibus intelligitur. Fit autem hec prohibitio non propter immunditiam sed in detestationem et odium Iudaice professionis. Sed queritur cum in colloquio Iudeorum non sit interdicta nobis communio, cur in conuiuio prohibetur? Sed forte huiusmodi consideratio causam dedit edicto, quia in conuiuio maior quam in colloquio

165 tuo] suo Lr Lp P replicat] supplicat Lr Lp ei om. P te] o add. A P  
 168 uero] potius ait add. Ba ]ait add. A La P Si] ergo add. Ba A La P 169 non<sup>1</sup>] om.  
 Lr Lp R quod] usque praem. Lr Lp ] ut praem. R hic uetare] imperare Ba non<sup>2</sup>] nam Lr Lp 170 tu om. A mandat] manat Lr Lp uero] enim Lp A La R P  
 171 contrarium] in contrarium dicens Ba eo] enim add. A La P 172 coniugatis]  
 coniunctis Lp La A ut - est om. A 173 si] scilicet Lr Lp A 174 dicas] dicet Lp  
 cogendi] corrigendi P non<sup>2</sup> om. R 175 quis - 176 intelligitur om. Lr Lp R (omoio.)  
 179 se om. Lr Lp 180 quoque] quidem A 186 azima] Cuius nomine add. Ba A La  
 P Quilibet] Cuiuslibet R 187 propter] cibi add. Ba A La 188 professionis]  
 superstitionis Ba A La R P 189 Sed] Ne Lr ] Ne quod Lp

<sup>40</sup>Cf. SL C.28 q.1 c. 9 v. *si enim* (totum c. ad litteram) <sup>41</sup>2 Comp. 2.2.1 (=X 2.20.23), JL 13974

solet familiaritas contrahi uel ideo ab infidelium colloquio fidelis prohiberi non debuit, quia aliter non posset eum lucrifacere Christo, ut supra C.xxiii. q.iii. Infideles<sup>42</sup>.

15. *Caeus usque uxorem non accipias*, quia inter personas ritu dissimiles non potest contrahi matrimonium. Vsque *prima coniugii fides castitatis gratia est*, idest coniuges a prima desponsatione fidem non tenentur sibi, nisi ad mutuam obseruantiam castitatis, non ad debiti solutionem.

16. *Non oportet usque profitentur Christianos esse futuros*. Et nota quod secundum quorundam sententiam distinguitur circa tempus et factum. Si enim dixerit quis: uolo te in meam nisi decem dederis tali die, expirat conditio. Si uero dixerit: accipiam te in meam si tali die decem dederis, tenet conditio, nisi forte ita de facto processit ut antequam exstaret conditio, matrimonium carnis immixtione perficitur. Sunt alii qui dicunt quod cum matrimonium sub conditione contrahitur, conditione interposita existat, ut supra C.ii. q.vi. § Biduum<sup>43</sup>.

17 (p.c.) § *Item illud Augustini usque ratum non est*. Ad hoc enim ut sit ratum matrimonium non sola sufficit carnis commixtio, sed necessaria est institutio. Vnde in coniugio infidelium non est Christi et ecclesie sacramentum.

---

191 ideo] // Lr 192 lucrifacere] satisfacere Lr Lp<sup>ac</sup> Christo] Christum Lr Lp om.  
**Ba** 194 *Caeus*] *Sane R non accipias*] *accersas* F 195 non -fides om. P 196 est om. P  
 desponsatione fidem] desponsationis fide **Ba A La R P** 197 ad om. **Ba** 198 *profitentur*] *confitentur* Lr Lp 199 circa] inter **Ba** 200 uolo] nolo Lr A La expirat] tenet  
 Lr Lp 202 nisi - conditio om. P de facto] defecto R processit] processerit R  
 203 matrimonium] in add. A Sunt om. R qui om. R 204 contrahitur om. Lr  
 Lp] tunc demum matrimonium tenere incipit cum (om. P) add. **Ba A La P** conditione<sup>2</sup>] contradictione Lp] conditio **Ba A La P** existat] existit La P 207 sed] etiam add. A  
 208 est] ecclesie add. **Ba La R P** institutio] instructio Ba] ecclesiastica constitutio A

---

<sup>42</sup>C.23 q.4 c.17; cf. SL C.28 q.1 c. 13      <sup>43</sup>C.2 q.6 c.29

## &lt;Q. II&gt;

§ *Quod uero.*

2. *Infidelis usque circa eum qui relinquitur.* Sed queritur quomodo matrimonium quantum ad uirum dissolui dicitur et non quantum ad mulierem. Cum enim matrimonium non nisi inter duas personas possit contrahi, relinquitur quod non potest quoad unum dissolui quin et quo ad alterum dissoluatur. Item cum uir et uxor quodammodo in respectu dicantur et relativorum imitantur naturam, patet quod si is non est maritus eius, nec hec poterit eius uxor merito appellari. Solutio: ideo quoad uirum fidelem matrimonium dissolui dicitur et non quoad infidelem uxorem quia uir, uiuente infideli uxore et cohabitare nolente, potest aliam ducere. Quoad infidelem uero coniugem, matrimonium dissolui dicitur, quia si possit alii uiro nubere cum quo habitare contempnat, non tamen hoc potest sine peccati macula effectui mancipare. Peccauit enim et in Deum qui cum conuerso marito contempnit colere et contra legem coniugii uidetur uenire. Vel ideo dixit matrimonium solui quoad fidelem et non quo ad infidelem, quia de hiis qui foris sunt Dominus tantum iudicat. Alii dicunt dissolui quoad unum matrimonium non quoad alterum, quia in nonnullis contractibus contractus soluitur dumtaxat in altero et in altero durat. Quod tamen non approbo.

20 Alia enim ratio est in matrimonium. Simile in Cod. lib. i. de raptu, § ult.<sup>44</sup>, nec separabitur fidelis licet hec infidelis postea conuertatur. Conuersa uero

## &lt;Q. II&gt;

2 uero om. **Ba** 3 *Infidelis*] *Si praem.* **Ba A La P F** qui] quod **Lr** 6 quoad] quantum ad **A** 7 in om. **A** 8 imitantur] imitantur **Lr Lp**] mittentur **P**] mittuntur **R** naturam] rigorem **R** 9 eius] huius **La R P**] huius add. **A** hec om. **Lr Lp** eius] ei **A om. P** merito] a marito **Lr Lp** 10 fidelem] infidelem **Lr Lp** non] ideo **Lr Lp** 11 uir] nisi **Lr Lp** uiuente] uolente **Lr Lp** 12 dicitur] non *praem.* **Ba A La R P** quia] etiam add. **Ba P**] et add. **A La R** possit] potest **A** alii] uiuo add. **Ba A La P** 13 uiro] marito **Ba** contempnat] contempnit **A**] contendat **R** 14 Peccauit] Peccat **Ba A La R P** qui] quem **A La R P** 15 et - uenire om. **A** 16 et - infidelem om. **R P** 17 sunt om. **A** tantum om. **Ba**] autem **R** Alii] tamen add. **Ba A La R P** dicunt] quod potest add. **Ba A La R P** unum om. **Lr Lp** 18 matrimonium om. **R** non] et *praem.* **A La R** 19 non] partim **Ba om. P** 20 ratio est in] ratione **P** matrimonium] matrimonio **A**] nec ideo esset bigamus iste dicendus quamuis alli dicant ibi matrimonium non esse add. **A** Simile - ult. om. **A** 21 fidelis] infidelis **Ba**] a secunda add. **Ba La R P** postea] non add. **Lr Lp** conuertatur] simile in Cod. l. i. (9.13.1) add. **A**

<sup>44</sup>Cod. 9.13.1,6

cum alio licite matrimonium potest contrahere uel cum eodem si uir uoluerit et fuerit absolutus et hoc cum infidelis cohabitare non uult. Si uero uellet, tunc matrimonium non dissolueretur in conuersione alterius nec fidelis ea  
25 uiuente posset aliam ducere quin adulterium committeret et filii essent spurii, ut supra C.e. q.i. Sic enim<sup>45</sup> et e. q. § i.<sup>46</sup> Si uero illa conuerti uellet postea ipse eam teneretur accipere, nam cognitio Creatoris matrimonium ratum facit.

---

22 cum ] catholico *add. Lp<sup>ac</sup>*      23 absolutus ] nec ideo esse bigamus iste dicendus esset quamuis aliud (alius P) (esset *add. P*) ibi matrimonium et (non *add. P*) cum alia *add. Ba P* hoc ] est *add. P* cum ] est *Lr Lp* ] est si *R*      non *om. A*      25 adulterium ] ad alterutrum *Lr Lp<sup>ac</sup>*      et] supra *add. A*      27 ipse] iste *A La P*      eam *om. Lr Lp*      Creatoris ] fecerunt *add. P*      matrimonium] eorum *add. Ba A La P*      28 facit] fecerat *Ba* ] fecerat *A* ] faceret *La* ] *om. P*

---

<sup>45</sup>C.28 q.1 c.9      <sup>46</sup>C.28 q.1 c.1

## &lt;CAVSA XXIX&gt;

*Cuidam nobili nunciatum est.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem usque nec uocatur ordinatus.* Salua pace Magistri hic non ualet ad rei propositae arg. Non enim hoc facit error sed potius hoc fit ideo quia ordinator ordinandi non habuit potestatem. Vsque *error uero persone.*

- 5 Et nota quod si aliquis consensit in aliquam et alius eius nomine eam duxit, distinguitur utrum priorem sponsa cognouit uisu uel fama uel alio modo, in quo casu, quia eum, Augustino teste, diligere potuit, nam uero uisu diligere possumus et ita in eos consentire, potuit et debet mulier a secundo separari et primo restitu. Non enim in secundum sed in primum potius consensisse uidetur. Errauit enim, unde non consensit. *Nichil enim adeo contrarium est consensui quantum error etc.* In alio uero casu quia tunc incognitos omnino diligere non ualeamus nec in eos per consequentiam consentire, non separabitur a secundo<sup>1</sup> quia ibi non persone sed potius relationis error interuenisse uidetur. Vsque *et conditionis.* Et nota quod 10 conditionis error impedit matrimonium; nam seruilibus conditio secundum legis fictionem ipsum seruum facit non hominem reputari, unde nulla potest secum matrimonium contrahere si eius conditionis fuerit ignorantia et dolo decepta. Qualitatis uero et fortune error ideo matrimonium non impedit, hec

2 *nunciatum est om. Ba*

## &lt;Q. I&gt;

2 *uocatur ] innouatur Lr Lp*      *hic ] hoc A P*      3 *rei propositae ] rem propositam Lr Lp*  
*fit ] facit A*      5 *aliquis ] qua Ba A La R P*      *consensit ] concessit Lr Lp*      *aliquam ]*  
*aliquem B A La R P*      *eam om. R*      6 *duxit ] dicit A*      *priorem ] primum Lp A La P ]*  
*om. R*      *cognouit ] agnouerit Ba ] cognouerit A R*      7 *eum ] cum Ba*      *nam - 8 diligere*  
*om. P*      7-8 *uero uisu ] non uisos Ba A ] nisi uisos La*      8 *eos ] eum Lr Lp R*      *potuit*  
*et om. Ba A La R P*      *mulier om. R*      10 *potius om. Ba*      *consensisse ] consentire Ba*  
*Nichil ] quia praem. R*      *Nichil - 11 error om. F*      *enim om. R*      11 *est ] huic add. Lp*  
*quantum ] quam A La P*      *In ] Etiam praem. La*      *tunc om. Ba A La R P*      12 *incognitos ]*  
*cognitos Lr Lp<sup>ac</sup>*      *ualeamus ] ualeamus A ] possumus R*      13 *separabitur ] separabiliter*  
*A*      *sed potius ] sed potius rep. Lr*      14 *error ] ideo add. B A La P ] non add. R*  
 15 *nam ] error ideo praem. Lr ] ideo praem. Lp ] enim R*      16 *fictionem ] functionem Lr Lp*  
*seruum ] non add. Lr*      17 *matrimonium ] maritum Lr Lp*      18 *Qualitatis ] Qualitas Lr*  
*Lp*      *impedit ] impediunt P*      *hec ] hic Lr Lp om. Ba*

<sup>1</sup>Cf. SL C.29 q.1 pr. v. *quod autem* (in fine)

quia non in quid sed in quale potius predicanter et substantiam et personam  
 20 non mutant. Hec non aliud uel aliud sed alterius modi potius hominem  
 reddunt. Sed de frigiditate opponitur, quod cum sit qualitas tamen eius error  
 matrimonium impedit, ut infra C.xxiii. q.i. c.i.<sup>2</sup> Sed qualitas illa naturalis est  
 et nature inesse uidetur. Vel dici potest quod in frigido non error sed persona  
 non legitima matrimonium impedit.

### <Q. II>

§ Secunda uero questio.

2. *Si quis liber usque si consensu amborum, scilicet contrahentium,*  
*serui uidelicet et ancille. Vnde hinc potest colligi quod absque domini*  
 5 *consensu uel dominorum serui possunt ad nuptias conuolare, cum ibi non*  
*dominorum, sed contrahentium consensus requiritur.*

6. *Huius rei causa usque de seruili fuerat conditione pulsata, non a uiro sed a*  
*domino. Vsque ut si probare etc. Hinc quidam dicunt pro actore deficiente*  
*reus est ad purgationem cogendus, quod tamen non prouenit, ut supra*  
 10 *C.vi. q.ult. c.ult.<sup>3</sup>, nisi mala fama auctore deficiente crebrescat, ut supra*  
*C.xv. q.v. c.i.<sup>4</sup> et nisi falso actor excipiendo efficiatur. Viro enim huius non*  
*probante, ista se ostendit innoxiam de seruili conditione qua fuerat pulsata,*  
*quod tamen non prouenit, licet uerisimile uideatur esse quod proponunt.*  
 15 *Vnde secundum mentem capituli sic uidetur casus ponendus: hec autem*  
*non a uiro sed a domino fuerat de seruili conditione pulsata, propter quod*  
*uir eam dimisit donec libera probaretur. Vnde hinc habes quod uir potest*

19 et<sup>2</sup>] uel A      20 Hec] enim add. Ba La ] etenim add. A P ] ita add. R      aliud<sup>1</sup>]  
 alium Ba A La R P      aliud<sup>2</sup>] aliam Ba      alterius] alicuius Ba      potius  
 om. Ba      22-23 est et om. Lr      23 non om. Lr      sed] potius add. Ba A La R  
 24 non legitima] illegitima Ba A La R ] om. P      matrimonium] non add. Lr Lp

### <Q. II>

2 § - questio om. R      4 uidelicet] fideles Ba      hinc] hic Lr      domini om. Ba A La R P  
 5 uel om. Ba A La R P      cum] et praem. Lr Lp      6 consensus] solummodo praem. Ba  
 A La P ] add. R      requiritur] requiratur A La      7 de - fuerat] dum serui fuerant Lr Lp  
 8 ut] et Lr Lp      pro] quod Lp<sup>pc</sup> Ba A La P      actore] auctore Ba P      10 crebrescat]  
 erubescat Lr Lp      ut - 11 efficiatur om. A      11 falso] forte Ba La P      huius] hoc Ba  
 12 innoxiam] in Lr      14 secundum om. Lr      autem om. A P      16 libera] ubera Lr

<sup>2</sup>C.33 q.1 c.1      <sup>3</sup>C.6 q.5 c.1      <sup>4</sup>C.15 q.1 c.1

uxori negare debitum ex quo eorum matrimonium tamquam illegitimum accusatur, donec appareat quod debeat mota questio finem sortiri domino in probatione deficiente; uel si eam purgasse uis dicere non ex necessitate sed ex abundanti hoc factum fuisse dici oporteat.

8. *Dictum est usque et hoc illis.* Hec non Magistri sed canonis uerba esse poterit deprehendere quisquis in ix. lib. Burch. legerit, Dictum est<sup>5</sup>. Vsque et per uoluntatem dominorum. Quid autem si seruus continere non potest, ne uideatur ei continentia a domino imperari? Conqueratur seruus apud ciuitatis episcopum ut dominum admoneat quatenus seruo det nubendi licentiam. Hinc tamen quidam uolunt asserere seruum sine uoluntate domini non posse nuptias celebrare. Non enim habet liberum arbitrium nec uoluntatem solutam, ut infra C.xxi. q.iii. c.i.<sup>6</sup> et ideo etiam non potest matrimonium contrahere domino inuito, ut supra d.liv. Generalis<sup>7</sup>. Sed melius dicitur quod sine uoluntate domini potest seruus matrimonium contrahere, ut supra e. q. Si quis liber<sup>8</sup>. Nec obstat quod eo inuito non potest ad religionem transire. Tunc enim dominus ex toto suo iure fraudaretur et ei iniuria fieret. Hic uero nichil sue deperit utilitati. Vt autem firmius sit quod dicitur et omnis deinceps possit ambiguitas amoueri, auctoritatem summi pontificis in medium inducamus. Ait enim Adrianus: 'Dignum est<sup>9</sup> et a rationis tramite non discordat quod ea que dubietatis in se uidentur scrupulum retinere ad apostolice sedis iudicium referantur ut inde Christi fideles in dubiis certitudinem gaudeant se inuenisse, unde innoscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua uero fraternitas de seruorum coniugii que inuitis et contradicentibus dominis contrahuntur quid fieri debeat si bene meminimus inquisiuit, super quod taliter duximus respondendum. Sane iuxta uerbum apostoli, ut tua discretio cognoscit, in Christo Iesu

17 illegitimum] legitimum Lr Lp 19 eam] // Ba ] se add. Ba La R P 20 abundant] danti Lr Lp<sup>ac</sup> dici om. Lr oporteat] oportet A 22 deprehendere om. Ba legerit] c. add. A 23 autem] erit add. Ba 24 Conqueratur] queratur Lr Lp<sup>ac</sup> 25 quatenus seruo om. P 26 asserere] nec add. Lr 27 habet om. A 28 et ideo] cum Deo Ba A La P 32 ex toto] a uoto Lr Lp<sup>ac</sup> fraudaretur] fraudatur A 34 dicitur] dicimus A 36 a rationis] actoris Lr ] actionis Lp 37 referantur] reseruantur Lp<sup>ac</sup> ut] ibi add. Lr Lp 38 inuenisse] inuenire Ba A La R P innoscuntur] noscuntur Ba A La R P 40 que] qui Lr Lp contrahuntur] contrahantur A quid] quod Lr Lp fieri om. Lr Lp<sup>ac</sup> debeat] non praem. Lr Lp 41 super quod] fraternitati tue Ba

<sup>5</sup>Bur. 9.29; PL 140.819  
(=X 4.9.1), JL 10445

<sup>6</sup>C.32 q.3 c.1

<sup>7</sup>D.54 c.12

<sup>8</sup>C.29 q.2 c.2

<sup>9</sup>1 Comp. 4.9.1

nec liber est nec seruus<sup>10</sup> qui a sacramentis ecclesiasticis sit amouendus. Itaque inter seruos nullatenus debent matrimonia prohiberi. Et si dominis contradicentibus et inuitis contracta fuerint nulla ratione propter hoc sunt ecclesiastico iudicio dissoluenda. Debita tamen et consueta seruitia non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda'. Sed contra hoc opponitur: ecce inuitis dominis contractum est matrimonium inter seruos. Procedente tempore dominus uult seruum uel ancillam uendere uel donare alicui qui in remotissimas partes uult seruum uel ancillam ducere ubi moratur. Quid ergo tunc fiet de altero uel altera cum non possit ad secunda uota transire uiuo altero et incontinens nequeat motus libidinis refrenare. Certe acute mouentur qui sic obiciunt. Eis tamen satisfacimus in hunc modum dicentes quod episcopus loci debet tunc iusto pretio redimere seruum ut ecclesie seruiat et uxori debitum reddat. Si uero hoc facere nollet episcopus, liberum erit domino seruum cuicunque uoluerit uendere et alter tenetur uiuo altero continere. Sibi enim imputent qui in contrahendis nuptiis dominicum presumpserunt preterire mandatum. Et in legibus uidetur tamen innui quod dominus non debet talem seruum uel ancillam extraneo uendere,

60 Cod. lib. iii., communia utriusque iudicii, Possessionum<sup>11</sup>: 'Quis enim ferat liberos a parentibus, sorores a fratribus, a uiris coniuges separari? Igitur si quis dissociata in ius diuersum mancipia uel colonos traxerunt, in unum redigere cogantur'. Item queritur si ingenuus contraxit matrimonium cum ea quam ingenuam esse credebat et comperta conditione seruili eam cognouit

65 antequam inter eos apud ecclesiam esset diuortium celebratum, an de cetero ingenuus ancillam possit dimittere. Quod quidem, licet in canonibus non inueniatur expressum, arg. tamen huius canonis uidetur esse dicendum quod eam de cetero a se nequeat remouere. Consensisse enim uidetur in ancillam scienter ex quo post detectam seruilem fortunam eam cognouit.

70 Nam licet post adulterium mariti mulier possit etiam eo inuito monasticum

---

43 a om. **Ba A** amouendus] ammonendus **Lr Lp**] admonendus **Ba**] admouendus  
**P** 46 ecclesiastico iudicio] ecclesiastica iudicia **Lr Lp** 49 ancillam] suam add. **La P**  
50 remotissimas] remotas **A** uult] iussit **Lr Lp** 51 secunda] serui **Lr Lp** 54 seruum]  
seruire **Lp**] suum uel ancillam add. **Ba A La P**] uel ancillam add. **R** 56 uoluerit] uoluit  
**Ba**] uult **A La R P** 57 qui] quod **La** 58 Et om. **A** 62 traxerunt] traxit **Ba<sup>pc</sup>**  
unum] idem **Ba**] eadem add. **La R P** 63 cogantur] cogerentur **Lr** 64 ingenuus] in  
ieiuniis **Lr**] inieunus **Lp** 65 antequam] an non quam **P** 66 in om. **Lr Lp** 66 in  
om. **Lr Lp** non om. **A** 67 inueniatur] uideatur **R** tamen om. **Lr** huius]  
cuiusdam **Ba A La R P** esse om. **A La R P** 69 detectam] tectam **P**

---

<sup>10</sup>1 Cor 12,10      <sup>11</sup>Cod.3.38.11

suscipere habitum, ut supra C.xxvii. q.ii. Agathosa<sup>12</sup>, tamen si acta penitentia de adulterio, mulier eum sibi reconciliauit et potestatem sui corporis ei reddidit, de cetero sine uiri licentia non poterit mulier iter perfectionis arripere et ad religionem transire, ut supra C.xxvii. q.ii. Scripsit<sup>13</sup>.

---

73 poterit] potest A      74 Scripsit] Post detectam autem conditionem ancille liber potest cum alia contrahere et ancilla similiter licet forte sine peccato non possit. Ancilla autem non poterit liberum petere quia errauit nec (etiam *add. A P*) ancilla cogi debet ad eum accedere ratione matrimonii, licet ratione iuramenti si (si *om. A*) quod interposuit esset cogenda nec etiam si ante manumitteretur quam (ingenuo *add. A P*) esset eius nota conditio eam postea teneretur habere nisi ex certo consensu in eum (eam *A*) postea consentiret, quamuis autem illa non esset uxor *add. Ba A P* Excusabatur tamen uiri coitus ab adulterio et propter ignorantiam iustum et propter ecclesie auctoritatem, quod forte non potest de illa dici *add. Ba A*

---

<sup>12</sup>C.27 q.2 c.21      <sup>13</sup>C.27 q.2 c.26

<CAVSA XXX>

*Populorum frequentia impediti.*

<Q. I>

§ *Quod autem.* Circa presentem articulum uario modo loquuntur canones et sibi uidentur prima fronte obuiare. Sed ea mente inspecta dicimus quod in prioribus capitulis de commaternitate agitur que matrimonium precedit, que quidem sicut impedit matrimonium contrahendum, ita dirimit iam contractum. In posterioribus uero de commaternitate agitur que post matrimonium contractum contrahitur, quod quidem matrimonium non dissoluit. Vel posteriores canones hodie nouo iure prioribus preiudicant, sicut manifeste colligitur ex decretali epistola summi pontificis, que ita incipit, *Licet preter solitum*<sup>1</sup>. Ibi enim dicitur quod si uir uel mulier scienter uel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepere, non debent propterea separari, neque alter alteri debitum debet subtrahere nisi ad seruandam continentiam excusare uidetur; si ex malitia, non debet eis sua fraus patrocinari uel dolus<sup>2</sup>.

1. *Peruenit usque se in coniugio reciperent.* Hinc potest colligi solutio canonum qui circa presentem articulum uidentur sibi prima facie contradicere. Hic enim de coniunctis agitur; ibi uero de coniungendis<sup>3</sup>.

4. *Dictum est usque quamdiu uiuit.* Ex hoc dicunt quidam quod si iuraui me non cognitum Gadiam et postea eam accepi in uxorem, non possum

2 Populorum] Quidam praem. **Ba** F *impediti om.* **Ba** ] *impeditus* **A** F

<O.I>

3 sibi *om.* Ba fronte] facie Ba A La P ea] canonum Ba A La P 4 commaternitate] maternitate P 5 dirimit] matrimonium add. P 7 quod] que Ba A La 8 Vel] per add. A R P preiudicant] preiudicatur A R P 10 enim] non Lp 12 seruandam] conseruandam Lp 13 continentiam] possint induci. Quod si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia add. Lp<sup>pc</sup> Ba A ] id factum est eos (id factum est eos *rep.* P) ignorantia add. P fraus] malitia A 17 contradicere] contrahire Lp ibi] in sequentibus Ba A R P coniungendis] agitur add. A 18 iurau] iurauit Lr Lp 19 Gadiam] Galdradam Ba] Gasdiam A P eam *om.* Ba accepi] accipi A

<sup>1</sup>1 Comp. 4.11.2 (=X 4.11.2, Si vir vel mulier), JL 14091

<sup>2</sup>Cf. C.30 q.1 pr. (in principio)

<sup>3</sup>Cf. SL C.30 q.1 c.1 v. *reciperent*

20 ei reddere debitum quin degerem quociens eam cognosco, sed penitentiam non possum de periurio agere illam retinendo. Ad hoc quidam dicunt quod primus coitus habet periurium, ceteri uero a periurio propter bonum coniugii excusantur. Et quod dicitur 'quamdiu uiuit penitentiam agat', exponit, idest se fecisse doleant, non tamen illam sollempnem penitentiam semper agere coguntur<sup>4</sup>.

5. *De eo autem usque et sine spe coniugii maneant.* Hinc collige arg. ad eam questionem in qua dicitur utrum ille qui inuita uxore intrauit in monasterium de quo certum est quod debet uxori redi, ut supra C.xxvii. q.ii. Agathosa<sup>5</sup>, utrum ea mortua possit aliam ducere; et est arg. quod non possit immo debet ad monasterium redire; sicut iste qui accepit scienter proprium filium de baptismo debet uxorem suam cognoscere, sed ea mortua non potest aliam ducere. Simile supra C.xxvi. q.vi. Is qui<sup>6</sup> et C.xxi. q.ii. c.ult.<sup>7</sup>

8. *Omnes quos usque ita nostri spirituales sunt filii.* Hic queri solet si sacerdos habet filium, utrum patris sui penitentiale possit accipere in uxorem, cum certum sit quod illam quam pater suus baptizauit et de fonte suscepit non potest ducere in uxorem. Ad hoc quidam dicunt quod filius sacerdotis patris sui penitentiale in uxorem potest ducere, non tamen filiam suam spiritualem, scilicet quam ipse baptizauit uel de fonte suscepit ei licet accipere. Et diuersitatis hec est ratio, quia in baptizato duplex est sacramentum, mortis uidelicet et resurrectionis et in baptismo mors et uita operantur, ut infra de con. d.iii. Proprie<sup>8</sup>. Mors autem in immersione, uita in eleuatione designatur et alterum istorum per se sufficit ad matrimonii impedimentum. Vnde si quis baptizauit aliquam uel leuauit de fonte nec ipse poterit nec filius suus accipere eam in uxorem. Secus in penitentia. Penitentia

20 ei - 21 possum om. R (omoio.)      quin ] quam Lp      quin degerem ] quem deiero Ba  
degerem ] peterem Lr ] peierem Lp      22 primus - habet ] primi coitus habent Ba      uero ]  
autem A La P      23 quod om. Ba      uiuit ] uiuunt Ba A La P ] uiuant R      agat ] agant Ba  
A La R P      24 fecisse ] illud add. Ba A La R P      27 eam ] illam Ba      dicitur ] queritur  
Ba A La      in om. A      28 certum ] contrarium A      debet ] debent Lr Lp      30 immo ]  
usque non Lr      sicut ] si cum Lr      31 ea ] // add. Lr      32 xxvi. ] xxvii. Lr      Is qui ]  
Vsque Lr Lp      xxxiiii ] xxxiii Lr Lp      35 penitentiale Lr ] spiritualem  
filiam Ba ] spiritualem R      accipere ] ducere Ba      36 et ] uel A om. R      39 suam om. A  
40 est ] potest esse Ba A La R P      41 uidelicet ] scilicet P      42 operantur ] operatur A  
43 per se om. Lr      45 poterit ] non praem. A P      suus ] eius A

<sup>4</sup>Cf. SL C.30 q.1 c.4      <sup>5</sup>C.27 q.2 c.21      <sup>6</sup>C.26 q.6 c.8      <sup>7</sup>C.34 q.1-2 c.8; cf. SL C.30 q.1 c.5  
v. *sine spe*      <sup>8</sup>De cons. D.4 c.13

enim licet sit sacramentum non tamen est misterium. Vnde quia non tantum sacramentum est quantum baptismum, licitum est filio penitentiale patris accipere, arg. supra C.e. q.e. Non debet<sup>9</sup>, quomodo de filia spirituali.

### <Q. II>

§ *Sponsalia*. Quo tempore debeant contrahi in antiquis canonibus non inuenitur expressum, sed in decretalibus epistolis inuenitur in quibus dicitur quod a septennio in antea licite possunt sponsalia contrahi. Ab eo enim tempore, ut leges asserunt, potest esse puer doli capax et illicita que fecerit ei imputantur ad penam. Vnde in quadam decretali epistola dicitur que sic incipit, Accessit ad presentiam nostram<sup>10</sup>, quod si puella non esset septennis quando prenominato W. despontata fuerit et post in eum non consensit et quod idem W. ab huius despontationis parte fuerit absolutus, matrimonium inter eundem W. et matrem puelle celebratum precipias inuiolabiliter obseruari et eorumdem proles denunties esse legitimas quia, sicut discretio tua non ignorat, despontationes et matrimonia ante septimum annum fieri non possunt, presertim si consensus postea non accedit. Sane si prefata puella ante huius despontationem septimum compleuerat annum, licet predictus Wuillielmus a despontatione ipsius puelle fuerit ipso iure absolutus et ea in eum consentire nolebat, dishonestum tamen uidetur ut matrem eius habere beat, cuius filia sibi fuerat despontata.

1. *Vbi non est consensus usque nisi postquam uenerint ad annos discretionis consentiant*. Discretionis annos vii uel xii accipit. Quid autem si consentire tunc noluerint? Non tenentur. Nam, ut quidam asserunt, quamuis ante

46 quia] cum Lp non - 47 sacramentum om. P 47 est om. Lp A La  
R 48 supra] est A P debet quomodo] quoquomodo Lr Lp

### <Q. II>

2 *Sponsalia*] *Sponsalicia* P tempore] sponsalia add. Ba A La 3 inuenitur<sup>2</sup>] explanatur  
Ba A La 4 licite om. Ba A 6 fecerit] fecit A Vnde] Vt Lr Lp 7 sic] ita A La  
R P si] prefata add. Ba A La P non om. Lr Lp 8 prenominato] prenotato A  
fuerit] fuit A non om. Lr 9 despontationis] despontatione A 11 obseruari]  
custodiri Ba] obseruare R 12 discretio] distinctio Lr Lp<sup>ac</sup> 12-13 septimum annum]  
septennium Ba 14 septimum - 15 despontatione om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.) 15 Wuillielmus]  
W. P ipsius] illius A 18 postquam uenerint] priusquam uenerit Lr Lp 19 vii]  
septennium A accipit] accepit Ba La R P 20 quamuis om. A

<sup>9</sup>C.30 q.1 c.10 <sup>10</sup>1 Comp. 4.2.6 (=X 4.2.5), JL 13887; cf. SL C.30 q.2 pr.

xii annum possint consentire ad sponsalia, non tamen talis consensus matrimonium facit. Tunc enim primo consentire possunt in matrimonium quando uterque est ad officium aptus, ut supra C.xx. q.i. c.i.<sup>11</sup> Alii uero dicunt quod si consenserunt post septennium uel etiam sponsalia in 25 cunabulis contracta post vii annum rata habuerunt, de cetero id retractare non possunt. Et quod hic dicitur de illis dumtaxat intelligunt qui sponsalia in cunabulis contracta, post septimum annum rata non habuerunt, ut in Extra. c. Accessit<sup>12</sup>. Ad quid ergo fiunt uel possunt sponsalia que precedunt, cum 30 eos non obligent? Ad hoc dici potest quod sponsalia ad hoc eos obligant ut ante xii annum in alios non possint sua uota transire. Quidquid ergo ante xii annum fit eque erat inutile ut prius; et inutile et infirmum per eque infirmum et utile non uitiatur.

## &lt;Q. III&gt;

§ *Quod autem.* Circa presentem articulum hoc uidetur esse dicendum quod inter naturales filios alicuius et spirituales eiusdem non potest matrimonium contrahi. Est enim inter eos non consanguinitas sed spiritualis proximitas. 5 Naturales autem adoptiuis iungi possunt si quidem fuerunt emancipati. Ante emancipationem uero iungi nequeunt honestate publica contradicente, ut in Inst. lib.i. De nuptiis, l.i.<sup>13</sup> Sed queritur an duo spirituales filii eiusdem hominis possint inter se matrimonium contrahere. Et quibusdam placet 10 quod coniungi non possunt. Sunt enim inter se spirituales fratres ex quo sunt spirituales filii unius, maxime quia nullus istorum posset carnalem filiam sui patrini accipere, ergo non spiritualem filiam eiusdem. Quod

21 possint] possent A 23 est om. R officium] carnis add. Lp<sup>pc</sup> Ba A La  
24 si om. Lr etiam] in Lr Lp 25 contracta] facta Lr Lp rata] ratum  
A retractare] /// Lr ] reconsecrare Lp 27 septimum annum] septennium  
A La 29 Ad - obligant om. Lr Lp<sup>ac</sup> R (omoio.) potest om. Ba 30 in  
alios] malos Lr Lp transire] transferre Lp La P ergo] enim Ba A La R P  
31 erat] erit Ba A La R P prius] et inutile ut prius add. P 32 utile] inutile R

## &lt;Q. III&gt;

3 eiusdem om. Ba potest] possunt Lr 5 iungi] non add. Lr Lp fuerunt] fuerint  
A 6 iungi] non p. add. Lr<sup>ac</sup>] coniungi Lp A 7 filii - 9 spirituales om. R (omoio.)  
8 Et] quia A 9 se om. A 11 sui - filiam om. P (omoio.)

<sup>11</sup>C.20 q.1 c.1<sup>12</sup>1 Comp. 4.2.6 (=X 4.2.5), JL 13887<sup>13</sup>Inst. 1.10.1

tamen prouenire non credimus. Per unionem enim speciei ad unionem spiritus numquam transfertur, quia nec compater meus est qui commatri mee compater efficitur, nec ultima ratio ualet. Quorumdam carnales enim 15 filias suscipere non possumus, quorum tamen spirituales filias ducere non prohibemur. Sequeretur hoc absurdum et inconueniens, scilicet quod nullus de parochia aliquam posset de eadem parochia uxorem accipere, cum omnes sint eiusdem presbiteri spirituales filii.

2. *Pitacium* idest cartam in qua erat annexa petitio. Vsque *multo magis a spirituali*, idest multo sanctius, nam religiosiores sunt copule mentium quam corporum<sup>14</sup>.

4. *Super quibus*. Hoc c. inducimus sequenti preiudicare. Filii enim et filie duorum compatrum recte possunt coniungi, exceptis hiis personis per quas compaternitas uel commaternitas est contracta, siue fuerint ante 25 uel post compaternitatem geniti. Et quod canon iste inferiori preiudicet non nostrum sed canonis testimonium inducamus. Ait enim summus pontifex de hiis duobus capitulis loquens in quadam decretali epistola que sic incipit Licet preter solitum<sup>15</sup>, quod canones secundum diuersam loci consuetudinem inueniuntur contrarii et licet canon primus exinde editus 30 natos post compaternitatem prohibeat copulari, alter tamen canon posterius editus primum uidetur corrigere per quem statuitur ut siue ante siue post compaternitatem geniti simul ualeant copulari, preter illam personam per quam ad compaternitatem uenitur; unde tolerabilius nobis uidetur ut, secundum posteriorem canonem, ante et post compaternitatem geniti simul 35 ualeant copulari, preter illam personam per quam compaternitas intercedit,

12 tamen *om. P* non] nec *A* speciei] spiritus *P* ad - 13 spiritus *om. Lr*  
*Lp* unionem<sup>2</sup>] enim *add. P* 13 transfertur] transitur *Ba La R* *om. A*] transierit *P*  
compater<sup>1</sup>] pater *Lr* est *om. P* qui] quia *Lr Lp* 14 compater efficitur *om. A P*  
15 quorum] quarum *Lr Lp* 16 hoc] etiam *praem. Ba A La P*] enim *praem. R* et *om. A*  
17 parochia] partu *P* accipere] ducere *A* 19 idest - petitio *om. P* 20 multo *om. Lr*  
copule] coniunctiones *A* 22 inducimus] dicimus *Ba A La R P* 26 inducamus]  
iudicatis *Lr*] iudicamus *Lp* 27 in] de *Lr Lp* 28 sic *om. Lp R* secundum] uel  
*Lr Lp* loci] locorum *Ba A La R P* 29 exinde] ex *Lr Lp* editus] editos *Lr Lp*  
30 canon *om. A* 31 statuitur] constituitur *R* 32 geniti] sunt *add. Ba*] sint *add. Lp<sup>pc</sup>*  
*A La* geniti - 33 compaternitatem *om. R* (*omoio.*) ualeant] possunt *Lp Ba La*] possint  
*A* copulari] coniungi *Lp Ba A La* preter - personam] excepta illa persona dumtaxat  
*Lp<sup>pc</sup> Ba A La* per - 35 personam *om. Lr P* (*omoio.*) 35 ualeant] possint *R* per  
quam *om. La*

<sup>14</sup>Cf. Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Evangelii secundum Lucam*, PL 15.1678      <sup>15</sup>1 Comp.  
4.11.1 (=X 4.11.1, Vtrum), JL 14091

nisi consuetudo ecclesie que scandalum generat aliter se habet.

5. *Post suspectum.* Forte de post natis filiis ideo fuit dictum quia dubitatum fuit de illis qui post compaternitatem nati sunt, an possent copulari ille persone. Quod uidebatur, cum non essent in rerum natura quando contracta est compaternitas. Et secundum hoc, istud 'post' est temporale. Quamlibet autem filiam mee commatris possum accipere, excepta illa per quam commaternitas inter nos est contracta. Cum enim hoc non sit prohibitum, licitum remansisse uidetur, ut infra, Illud e. q.<sup>16</sup>

#### <Q. IIII>

§. *Relictam uero.* Hoc dumtaxat uidetur in questione descendere an duas commatres possit quis diuersis temporibus accipere in uxores. Et breuiter uolumus uitando prolixitatem pertransire. Dicimus enim referre an commaternitas precedat matrimonium uel sequatur. In primo casu nullus prohibetur duas commatres accipere. In secundo uero non est licitum duabus commatribus copulari. Verbi gratia: Matilda facta est commater Teberge. Hoc facto accepi Matildam in uxorem, qua mortua non prohibebo Tebergam ducere in uxorem quia, licet post commaternitatem inter eas contractam factus sum una caro cum altera, non tamen factus sum compater alterius, quia per unionem carnis subsequentem ad unionem spiritus precedentem non pertransitur, ut infra e. q. Qui spiritualem<sup>17</sup>. Si uero postquam fuit Matilda mecum una caro effecta, Teberge uel alicuius commater efficitur, ea mortua commatrem eius non possum accipere, quia et mea commater est mediante uxore, licet illi directe, michi uero indirekte, ut infra secundo c.<sup>18</sup>

3. *Si quis unus usque una caro.* Et nota quod si hec est causa quare uir illi

---

36 generat] generaret **Lp**                    habet] habeat **A**                    38 possent] possint **A**  
 ille] illi **A P**                    39 Quod] Que **Lr**                    uidebatur] uidebant **Lr**] uidebantur  
**Lp**                    41 commatris] matris **Lr Lp A**                    42 commaternitas] compaternitas **Lr**  
**Lp R**                    hoc] animo add. **Lp<sup>ac</sup>**                    sit prohibitum] prohibitur **Lr Lp<sup>ac</sup>**

<Q. IIII>

2 *Relictam uero*] *Relatum est Ba*                    uidetur] hic add. **A La R**] hoc add. **P**                    questione]  
 questionem **A**                    3 accipere] ducere **R**                    4 enim *om.* **P**                    5 uel *om.* **Lr**                    7 commatribus  
*om.* **Ba**                    8 uxorem] coniugem **Ba A La**                    10 factus] factum **Lr**                    13 effecta *om.* **P**  
 15 uero *om.* **Lr**                    16 c.] Secundum add. **Ba**                    17 *Si - 29 effectus om. A*

---

<sup>16</sup>C.30 q.3 c.7

<sup>17</sup>C.30 q.4 c.4

<sup>18</sup>C.30 q.4 c.2

comater efficitur cuius uxor sua commater est effecta, quia illi duo sunt una caro, ergo omnes fornicarie uel concubine mee, commatres mei compatriis  
 20 michi sunt dicende. Sicut enim qui uxori, ita qui meretrici adheret, una caro secum efficitur, quod quidam concedunt, ideo etiam quia sicut affinitas equo modo per legitimum concubitum, sicut per fornicarium contrahitur, ut infra C.xxxv. q.ii. De incestis<sup>19</sup>, sic uidetur quod compaternitas nobis acquiri debeat per uxores quemadmodum per concubinas. Sed qui contrariam  
 25 sententiam predictant hanc diuersitatis rationem assignant. Affinitas enim est uinculum corporale. Vnde per opera carnis etiam illicita acquiri potest. Compaternitas uero res spiritualis est. Vnde per fornicarium concubitum non potest alicui prouenire. Item secundum hanc causam et rationem mee response compater michi compater non est cum nondum sit una caro effectus.

30 4. *Qui spiritualem usque et eius uxor commater non est.* Hic ita potest contingere. Ecce Lotharius habet filium de meretrice quem de sacro fonte suscepit. Tandem Lotharius compater meus accepit Tebergam in uxorem. Querebatur an esset commater mea et an possem eam, mortuo Lothario, ducere in uxorem. Et dicit Triburiense concilium<sup>20</sup> fieri posse. Non est enim  
 35 commater mea, tum quia filius non fuit communis quo mediante contracta est inter me et Lotharium compaternitas, tum etiam quia eo tempore non erat Teberga cum Lothario una caro effecta. Si uero postquam Lotharius una caro cum Teberga fuit effectus suscepit filium Lotharii quem de alia habuerit forte secus esset. Superiori tamen c. hoc uidetur contrarium esse.  
 40 Ibi enim uidetur quod quicumque unus de coniugatis efficitur compater et alter, quod tamen hic negatur. Sed ibi loquitur quando communis aliquorum filius recipitur, hic uero quando non communis. Item si filium tuum, non uxorius tue, de fonte suscipio, uxor mea commater tua efficitur, sed coniunx tua non efficitur michi uel uxori mee commater, quod fit ideo quoniam cum

18 cuius] cum Lr Lp 19 mee om. Ba R commatres om. Lr ] compatres Lp compatriis ]  
 compatries Lr 20 michi om. Lp La R dicende] dicendi Lr Lp 26 est] habet Lr  
 Lp 28 et rationem] qui est La P 29 compater<sup>2</sup>] commater P nondum] non Ba  
 P sit] sim Ba P ] cum sponsa mea (mea om. P) add. Ba R P nondum sit] sponsa La  
 effectus] ei factus P 30 non] non rep. P 32 accepit] accipit A 33 an] Teberga  
 add. Ba A La P 34 concilium] hoc add. A La est om. R 37 Si - 42 communis  
 om. A La 38 suscepit] accipere Lr Lp quem] quam Lp 39 hoc] istud Ba R  
 P 40 uidetur] dicitur Ba P quicumque] cuique Lp ] cuiuscumque P unus de  
 coniugatis om. P efficitur om. Lr Lp 41 quando] quoniam Lr Lp 42 si om. Lr Lp  
 43 uxorius] uxor Lr Lp 44 quoniam] quia Ba cum om. P

<sup>19</sup>C.35 q.2 c.8

<sup>20</sup>Concilium Triburiense ao. 885, can. 47; Cf. Friedberg I, p. xxiv.

45 filium tuum de fonte suscipio, ego quidem ago, tu uero pateris. Actionem non passionem quis potest uxori sue communicare. Item non potest esse compater uel commater ex aliquo pueru qui non est eius pater uel mater, siue carnalis, siue spiritualis uel adoptiuus. At uxor tua nullius mater est carnalis uel spiritualis uel adoptiuua. Ergo non est mea uel alterius commater.  
 50 Item omnes filii accipientis et uxor accedunt ad hanc propinquitatem ut sint fratres suscepti de fonte et uxor eius mater spiritualis. Filii uero eius cuius filius suscipitur, preter susceptum ad spiritualem proximitatem non ueniunt, quare nec uxor. Item filia uxoris mee copulari potest filio meo, ergo uxor mea non spiritualis uel carnalis mater filii nec mei, quare nec eo  
 55 mediante commater mea.

5. Vsque *per unionem carnis*, subsequentem commaternitatem. Si uero carnis unio commaternitatem precederet, per unionem carnis ad unionem spiritus possit transiri.

5. (p.c.) § *Notandum usque commatrem alicuius cognoscere*, idest aliud est cum quis uxorem suam cognoscit, ex quo alicuius est commater effecta, quo casu uxore mortua non potest secundum Gratianum eius commatrem accipere; aliud cum uxor tempore commaternitatis contracte a uiro fuerat propter aliquam causam separata, quo casu secundum Gratianum, uxore mortua, uir eius commatrem sue uxoris poterit accipere in uxorem. Quod  
 60 tamen non approbamus; nam uideretur quod in uiri potestate esset utrum uellet fieri compater commatris sue uxoris uel non et si in media nocte uxorem cognosceret, tunc commatri sue uxoris et ipse eadem hora compater efficeretur, quod est absurdum.

6. *Quid autem usque spiritualis compaternitatis*, idest ideo hoc est  
 70 prohibitum ne credatur uirum uxori ob hoc compatrem fieri et idcirco non

45 quidem *om. A* Actionem] Et *praem. A* 46 esse] eius *add. Lp* 47 uel] aut **R** eius] eiusdem **Ba** **A** **La** **P** pater] compater **Lp** mater] commater **Lp** 48 siue<sup>2</sup>] seu **A** est *om. Ba* 51 eius<sup>1</sup> *om. A* mater] commater **Lr** **Lp** 53 mee] potest *add. (repetit) Lr*] *om. P* 54 non] est *add. Ba* **A** **La** **P** uel] sed **Lr** mater] uirum **R** filii] filius **P** 56 Si - 57 commaternitatem *om. P* (*omoio.*) 57 per] tunc *praem. Ba* **A** **La** **R** **P** ad unionem *om. Lr* **Lp** 60 quo *om. P* 61 uxore mortua *om. A* 62 aliud] est *add. Ba* **A** **La** **R** **P** 64 uir] aut **Lr** **Lp** nisi **P** uir eius] aut cuius **R** commatrem] commater est aut **Lr** **Lp** sue - 66 commatris *om. Lr* **Lp** (*omoio.*) poterit - 66 uxoris *om. R* (*omoio.*) 65 quod *om. Ba*<sup>p.c.</sup> esset] esse **Ba** 66 commatris] commatri **P** 67 uxorem *om. P* 68 absurdum] c. *add. Lr* **Lp** 69 *Quid*] *Istud Lr* **Lp**] Quod **F** compaternitatis] paternitatis **A** idest *om. Ba* hoc] hec **Lp** 70 prohibitum] prohibitio **Lr** **Lp** hoc *om. P*

posse deinceps ad inuicem commisceri, nec hoc ideo dicit quod eueniat, sed quia sic ab aliquibus creditur euenire.

**<Q. V>**

*§ Quod autem.*

1. *Aliter usque presumpta*, idest si coniugia contrahantur aliter quam predictum est in superiori parte eiusdem c.<sup>21</sup> *Non sunt coniugia sed adulteria*,  
5 idest non coniugii sed adulterii uel contubernii speciem tenent. Licet enim in ueritate sint coniugia, quamuis ibi sollempnitates desint, non tamen coniugia sed adulteria esse creduntur, donec in contrarium sit probatum. Leges tamen presumunt inter tales matrimonium propter libertinorum fauorem, ut Dig. de nuptiis, In libere<sup>22</sup>. Canon uero presumit inter tales adulterium ne sub uelamento tali fornicatio delitescat.
3. *Nostrates usque aut mox*, scilicet post contracta sponsalia, si temporis qualitas hoc permittit. *Aut apto tempore*, si infra ferias sponsalia sunt contracta. Vnde hinc habes quod in feriarum tempore possunt sponsalia celebrari que per uerba de futuro contrahuntur.
- 15 7. *Femine usque iungantur*, idest iuncta esse intelligantur. Vnde hinc habetur quod per impositionem anuli ecclesia consensum intelligit. Et per hoc uidetur quod eo ipso probari potest aliquem consensisse in aliquam et eam desponsasse. Ex quo probatur eum sibi anulum imposuisse ad

71 sed - 72 euenire *om.* **R** 72 euenire] Nam qui filium alicuius suscipiunt inter se compatres non sunt de iure. Inde (Tamen A) plures interesse non debent ad suscipiendum infantem, ut (infra add. A) de cons. di. iiiii. Non plures (c.101), quod tamen uel localiter uel temporaliter est intelligendum *add.* **Ba A P**

**<Q. V>**

2 *autem*] *uero add. P* 3 usque] *aliter uero add. A La presumpta*] *preposita Lr* 4 *sed* - 5 *coniugia om. Lr Lp<sup>ac</sup> (omoio.)* 6 *ibi om. Ba A La P* non tamen] nondum **P** 7 *donec - 10 delitescat om. A* 8 *libertinorum*] *libertorum Lp P*] *liberorum Ba* 10 *ne*] *non Lr Lp* *delitescat*] *Et fornicationis* (*Et presumptio canonis illam legis P*) *presumptionem elidat* (*elidit P*) *nec* (*et P*) *credo* (*quod add. P*) *eorum tamen* (*tantum P*) *iuramento* *esset credendum* *nisi fama publica minaretur add. Ba P* 11 *scilicet - si*] *post sponsalia R* *temporis - 12 sponsalia om. Lr Lp R (omoio.)* 13 *in om. A* 15 *Femine*] *Semine Ba* 18 *usque*] *corda add. A La R* 16 *ecclesie Lr Lp* Et - 19 *ualeat om. A* 18 *quo*] *qua Lp* *probatur*] *probat P* *eum*] *cum Lr om. Ba* *ad*] *quod praem. Ba P*

<sup>21</sup>C.30 q.5 c.1      <sup>22</sup>Dig. 23.2.24

presumptionem ualeat<sup>23</sup>.

20 10. *Nullum usque seruum alienum*, idest occulte peccantem qui seruus alienus ideo dicitur quia ab alio quam ab homine est iudicandus, a Deo scilicet, cui occulta peccata reseruantur, ut supra C.vi. q.i. Si omnia<sup>24</sup>.

11. *Iudicantem oportet*. Hinc habes quod iudex ex officio tenetur ea inquirere que inueniuntur, in C.ii. q.vii. Querendum<sup>25</sup>.

---

19 ualet] nisi probetur quod non eo add. **Ba P**] animo fuerit datus add. **Ba** 22 vi. ] vii. **Lr**  
23 iudex *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** 24 in ] infra **Lr Lp**

---

<sup>23</sup>Cf. SL C.30 q.5 c.7 v. *corda iungantur*

<sup>24</sup>C.6 q.1 c.7; cf. SL C.30 q.5 c.10 (in principio)

<sup>25</sup>C.2 q.7 c.18; cf. SL C.30 q.5 c. 11 (in fine)

## &lt;CAVSA XXXI&gt;

*Vxorem cuiusdam.*

## &lt;Q. I&gt;

1. *Nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulterium.* Hoc ante penitentiam peractam potest intelligi. Penitentia uero peracta potest eam quis ducere in coniugem quam polluit per adulterium, nisi in duobus 5 casibus, scilicet si uiuente marito iurauit eamdem eo mortuo duceret in uxorem, ut infra e. q. Relatum<sup>1</sup> et nisi in mortem mariti fuerit aliquid machinatus ut infra e. q. Si quis<sup>2</sup>. Hiis enim casibus si eam mortuo etiam uiro acceperit, est ab ea auctoritate ecclesiastica separandus, quoniam hec prohibitio perpetua est, ut in Extra. c. Quoniam sicut<sup>3</sup>. Sed queritur si quis 10 possit habere in coniugem eam quam uiuente uiro sibi de facto despousauit, quod quibusdam non placet. Si enim eam habere non potest cum tamen iurauit ei uiro uiuo, multo fortius cum eo uiuo eam duxit, quia tunc in mortem uiri aliquid machinasse presumitur. Alii in contrarium sentiunt et presumptionem per presumptionem elidunt, secundum quos tunc demum 15 presumitur machinatio quia uiro uiuo iurauit adultere. Posset enim eum occidere ut ei liceret eius uxorem habere. Cum uero uiuo eo eius uxorem duxit uidebatur quod sibi liceret eam habere. Vnde non presumitur quod in morte uiri fuerit machinatus, sicut de eo qui publice dicit consanguineam presumitur quod eam consanguineam esse ignoraret. Secus uero est de eo

## &lt;Q. I&gt;

2 Hoc - 4 adulterium *om.* **Ba** ante] autem **Lr Lp** 3 potest] quis add. **La** eam] eum A **La** 5 scilicet] sed **Lr Lp** iurauit] iurauerit **Lr Lp**] quod add. **Lp Ba A La R P** duceret] ducere **Lr** 6 mariti] suam **Lr Lp** 7 e. *om.* **Lr** Hiis] In *praem.* A **La** **P** 10 sibi - 12 uiro *om.* **Lr** (*omoio.*) 11 cum tamen] cui tantum **Lp Ba R** tamen] tantum **P** 12 ei *om.* **Lp**] eam A ] ea **P** uiro] /// **P** 14 per presumptionem *om.* **P** 15 quia] quando **Ba A R P** 16 occidere *om.* **Lr** uero *om.* **P**] uiuo add. **Lp<sup>pc</sup>** 17 quod] quis **Lr Lp** non *om.* **P** 18 morte] mortem **A** uiri] non add. **A** sicut] nunc **P** de *om.* **Lr Lp** 19 presumitur - consanguineam *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup>** (*omoio.*) quod] in morte uiri fuerit qui add. **P** esse *om.* **P**

<sup>1</sup>C.31 q.1 c.4      <sup>2</sup>C.31 q.1 c.5      <sup>3</sup>1 Comp. 4.7.3 (=X 4.7.3, Super hoc vero quod), JL 13773

20 qui eam clam dicit, ut Dig. De ritu nuptiarum, l.ult.<sup>4</sup>

8. *De hiis usque secundarum nuptiarum.* Et nota quod secunde nuptie in ecclesia non benedicantur, ideo quia ibi non est Christi et ecclesie sacramentum, ut in secundo c.<sup>5</sup> uidetur innui uel ideo quia binarius est primus numerus quia ab unitate recedit. Vnde et operibus secundo die Dominus non benedixit<sup>6</sup>, nobis intelligentiam relinquens non esse bonum duplicum numerum qui ab unione diuidit et prefigurat federa secundarum nuptiarum, ut infra C.xxxii. q.i. Nuptie<sup>7</sup>. Et hoc quidam exaudient cum uidua dicitur. Si uero uirginem accipit is qui iam aliam duxerit, an tales nuptie benedici debeant lector inquirat<sup>8</sup>.

30 10. *Quomodo usque per se non appetitur.* Quia non est summum bonum, illud inquam facit excusabile hoc quod inter coniuges agitur, idest excusat coitum illum ab adulterio uel fornicatione, ut infra C. prox. q.i. Non enim<sup>9</sup>. Vsque ibi, scilicet in secundo coniugio, desinit esse Christus, idest Christi et ecclesie sacramentum. Sed queritur ecce in secundo coniugio non est Christi 35 et ecclesie sacramentum, ut hic dicitur. Potest similiter ibidem esse fides, quia alter talium cum altero concumberet nec esset prolis intentio, cum uterque uel alter esset sterilis. Sic ergo cum nullum esset ibi sacramentum, non posset talium coitus ab adulterio uel fornicatione excusari. Ad hoc dici potest quod licet difficile hoc posset accidere, excusaretur coitus

20 clam *om.* **Lr Lp<sup>ac</sup> La P** ult. *om.* **Lr Lp**] Vnus autem casus uidetur esse in quo non potest hoc fieri, scilicet cum machinatio intercesserit et efficaciter, nam iste de fide prestita finaliter ad illum casum refertur. Vnde si probari potest (posset A) hoc (hoc *om.* A) quod non fuerit machinatus post fidem prestatam forte non impediretur *add.* **Ba A** 21 *De - nuptiarum om.* **Lr Lp** 22 benedicantur] benedicuntur **A R P** 23 ut] et **A** 24 quia] qui **A** secundo die] secunde diei **Ba A La R P** 25 bonum - 26 prefigurat *om.* **P** 28 uidua *om.* **Lr** aliam] filiam **Lr Lp** duxerit] duxerat **A** 29 lector] diligens *praem.* **R** inquirat] Vel ideo secunde nuptie non benedicuntur quia cum in primis nuptiis fuerunt benedicti postea non debet eis benedictio iterari, ut in Extra. Cum sit Romana ecclesia (1 Comp. 5.2.9 - X 5.3.10) *add.* **Ba A** 30 *Quomodo*] *Quando Lr* usque] *sed quod Lr Lp appetitur*] sic construe bonum quod per se non appetitur idest (idest *om.* A **R**) **Ba La R**] matrimonium quod propter se non appetitur *add.* **P** 31 excusabile] excusabilem **Lr Lp** quod] et **P** idest] et **Ba P** 32 enim] est **Lr Lp** 34 Sed - 35 sacramentum *om.* **Ba** Sed - ecce *om.* **P** 35 ibidem esse] ibi deest **Lr** 36 altero] alio **A** concumberet] excusaret **Lr Lp<sup>ac</sup>** nec] non **Lr Lp** 39 accidere] accipere **Lr Lp** excusaretur] excusare **Lr Lp**

<sup>4</sup>Dig.23.2.68      <sup>5</sup>C.31 q.1 c.2      <sup>6</sup>Cf. Gn. 1.6-8. Ambrosius, Contra Iovinianum I no. 16. Cf.

Friedberg I, 1118, nota 96.      <sup>7</sup>C.32 q.1 c.12      <sup>8</sup>Cf. D.34 c.17 n.476; D.74 (75) c.7 n. 778; C.5 q.2 c.2 n. 8; C.11 q.3 c.7 n. 119; C.12 q.2 c.65 n.114; C.33 q.1 c.4 nn. 15, 16.      <sup>9</sup>C.32 q.1 c.11

40 talium propter sacramentum fidelis anime ad Deum uel propter ecclesie auctoritatem, ut infra C.xxiiii. q.i. c.i.<sup>10</sup> Vel quod melius est, excusarentur tales propter Christi et ecclesie sacramentum, quod in secundis nuptiis figuratur, quamuis non ita plene ut in primis. Vsque *in carne una*, idest in uno carnali opere conueniunt uel in una carnis prole efficienda. Vsque *et bigamiam*, idest eum qui bigamiam commisit, qui tamen non pro bigamia punitus creditur que peccatum non est, sed pro homicidio quod commisit. Vsque *deleuit*, et non in persona sua sed in eius posteritate. Vnde hinc habes quod dicitur pater puniri in filio, ut supra C.i. q.iii. § Hiis ita<sup>11</sup>. Vsque *de altero*, scilicet Cain. *Septies*, idest perfecte uel ideo septies quia in uita presenti que vii dierum repetitione perficitur profugus et tremulus est uxatus<sup>12</sup>.

12-13. *Deus usque nobis diffiniendum est* etc. Hinc habes quod non licet alicui exponere quod non inuenitur in canone esse expressum, ut supra C.i. q.iii. Saluator<sup>13</sup>, d.xix. Si Romanorum<sup>14</sup>, d.lv. Si euangelica<sup>15</sup>; C.xxii. q.v. Hoc uidetur<sup>16</sup>, contra; de con. d.ii. Liquido<sup>17</sup>, contra.

## <Q. II>

### *§ Quod autem.*

3. *De neptis usque persistit.* Hoc ideo dicit quia, licet ab initio fuisset inuita, si tamen postea uoluntatem mutauit, ex quo semel ei placuisset

40 ecclesie *om.* Lr 41 Vel - 43 primis *om.* P 43 in<sup>1</sup> *om.* Ba primis] Nam sicut Christus (Christus *om.* A) unam et uirginem accepit ecclesiam, sic et iste. In secundo uero coniugio hec figurari non possunt sed hoc tantum quia sicut Christus ex quo assumpsit hominem numquam deposituit, sic numquam poterit iste uxorem (dimittere etiam *add.* A) secundam ex quo eam cognouit (acepit A) *add.* Ba A idest] et Ba in<sup>2</sup> *om.* R 44 conueniunt] conuenient A] inuenient *praem.* P in una] minima R carnis prole] carne prolis Ba A La prole] proles R 45 eum] enim P qui<sup>2</sup>] quod Lr Lp non *om.* Lr 46 punitus creditur] punitur Ba R que] cum dicitur *praem.* Ba R que] quod Lr Lp Ba] qui R est *om.* Lp 47 et *om.* A in] ita Lr posteritate *om.* Lr Lp<sup>ac</sup> 48 pater *om.* Lr Lp 49 scilicet] idest A quia] que A *jimmo add.* P 49-50 in uita presenti que] iniuncta penitentia Lr Lp R 50 dierum *om.* Ba tremulus] *om.* Ba P est] /// moribus *praem.* Ba 51 Deus] /// Lr usque] nec *add.* A 52 esse *om.* A supra] arg. A

<Q. II>

3 ab initio] ab /// Lr

<sup>10</sup>C.34 q.1 c.1 <sup>11</sup>C.1 q.4 p.c.11 § 7 <sup>12</sup>Cf. SL C.31 q.1 c.10 v. *desistit, erunt duo in carne una,* *septies* <sup>13</sup>C.1 q.3 c.8 <sup>14</sup>D.19 c.1 <sup>15</sup>D.55 c.13 <sup>16</sup>C.22 q.5 c.8 <sup>17</sup>De cons. D.2 c.54

- 5 non posset de cetero displicere. Rati enim habitio factum sequens affirmat quod minus legitime fuerat ab initio, ut Cod. l.iii. Mandati, Cum mandati<sup>18</sup>. Sed queritur an iste esset dicendus periurus qui iurauit quod eam legitime huic traderet in uxorem. Et dicimus quod si tempore iuramenti prestiti credebat se hoc esse facturum et posse facere et postea per eum non stetit 10 quominus illa huic nuberet, non est dicendus periurus quantum ad reatum, etsi diceretur periurus idest transgressor iuramenti, ut supra d.xxv. § Alias.<sup>19</sup>  
 § Sed hiis auctoritatibus<sup>20</sup>.

## &lt;Q. III&gt;

1. *Si qui parentes usque excusati erunt parentes, scilicet quoad ecclesiam quia non notabuntur infamia pro tali periurio, que eos a testimonio repellat.* Factum est enim quod iurauerant se facturos quamvis noluerint. Vel sic 5 filii parentes, idest obedientes patribus excusati sunt. Vsque in eodem fuerint uitio, scilicet ipsi filii. Et in eo casu loquitur quando adulti filii potestatem nuppiarum concesserunt parentibus; nam alias si essent infra annos discretionis, non cogerentur sequi uoluntatem parentum, sed possent ad alias nuptias conuolare, ut supra C.xxx. q.i. Vbi non est<sup>21</sup>.

---

5 habitio] ambitio Lr ] ab initio R factum om. A La R P affirmat] confirmat A La  
 R P 6 initio] factum add. A La R P Cod. l.iii. ] /// P l.iii. Mandati ] danti  
 Lr Lp<sup>ac</sup> Cum mandati om. Ba mandati] mandaret R 7 qui] interim add. P  
 quod - traderet] se eam ei daturum R legitimate om. Ba A La P 8 huic om. P in  
 om. A prestiti] prestiterit Lr Lp 9 credebat] contrahebat Lr Lp<sup>ac</sup> esse om.  
 P 10 huic om. Ba 11 etsi - 11 Alias om. P idest] quasi Ba 12 Sed om. Ba A La P  
 <Q. III>  
 3 quia] et Ba ] que P pro] in P periurio] iniurio A eos om. Lr Lp<sup>ac</sup> R a]  
 aut Lr Lp 4 iurauerant] iurauerunt A se] esse add. R quamvis noluerint] quam  
 in seruo liquet Lr Lp ] quantum in se ualuerint Ba R noluerint] ualuerint P 4-5 Vel  
 sic filii om. Lr 5 excusati] excommunicati Lr Lp Vsque - 9 est om. P 6 scilicet]  
 idest A 7 nam] non Lr Lp infra ] /// Lr 9 q.i] q.ii. La

---

<sup>18</sup>Cod. 4.35.12

<sup>19</sup>D.25 p.c.5; cf. SL C.31 q.2 c. 3

<sup>20</sup>C.31 q.2 p.c.4

<sup>21</sup>C.30 q.2 c.1

## &lt;CAVSA XXXII&gt;

*Quidam cum non haberet uxorem.*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod autem meretrix.* Meretricem illam prohibemur recipere que meretricari non desinit, quam tamen si quis acceperit, si aliud non impedit, uxorem appellandam. Dum autem probat Magister fornicariam esse 5 dimittendam, ostendit multo fortius a meretricis copula esse cessandum.

2. *Dixit usque fornicatione sola est que uxor uincit affectum.* Hoc est, propter solam fornicationem uxor redditur uiro illicita, non ergo propter lefram. Vsque *fornicationis suspicio.* Speciale dicunt quidam esse in hoc casu. In aliis uero generaliter de suspicione quis condemnari non debet, ut supra C.ii. 10 q.i. Primo, Multi<sup>1</sup>. Vel hic de uiolenta et probabili, ibi uero de contemeraria suspicione agitur. Si autem pro suspicione uxor dimittitur, non ergo ob solam fornicationem, quod inde non prouenit. Non enim propter quamlibet suspicionem uir potest uxorem dimittere sed propter solam fornicationis suspicionem et tunc quidem etsi non principaliter, secundario tamen pro

2 *Quidam om. P*

*non om. Ba A P*

*uxorem om. Ba*

<Q. I>

2 *meretrix om. Ba* prohibemur] prohibemus A 3 si<sup>2</sup>] om. R 4 uxorem appellandam] uxor est appellanda A La R P fornicariam] uxorem add. Ba A La P jante add. R 5 cessandum om. Lr 6 *Dixit*] Ait F fornicatione] fornicatio A La F est om. P uincit] uicit Lr Lp] unicum A affectum] effectum R 8 Vsque] propter add. Lr Lp suspicio] supplicium Lr Lp 9 non om. Lr A 10 Multi] Inulti Lr] Si peccauerit (C.1 q.2 c.19), C.xv. q.vi. Si a sacerdotibus (c.1) add. Ba contemeraria] temeraria Ba A La P 11 Si autem] Cum non P 12 inde] tamen Ba A La P propter] per A 14 pro] per A] propter La P

<sup>1</sup>C.2 q.1 c.13, 18

15 fornicatione dimittitur.

3. *In coniugio quis positus quantacumque peccata.* Huius constitutionis hec potest ratio assignari. Cetera enim peccata, teste Apostolo<sup>2</sup>, extra corpus sunt, quia in eis anima sola et non corpus polluitur. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, idest contra honorem sue coniugis facit et ibi anima simul cum carne polluitur, cum itaque in anima non fit mulier una cum uiro. Cetera peccata que uiri animam tantum commaculant, mulierem coinquinare non possunt. Fornicatio uero, que uiri corpus commaculat, mulierem etiam polluit, que una caro cum uiro efficitur. Erunt quidem 'duo in carne una'<sup>3</sup>, infra C. prox. q.ii. Admonere<sup>4</sup>.

25 5. *De Benedicto usque in alium locum.* Hinc habes quod post penitentiam etiam peractam non cogitur uir uxorem recipere. Vnde Alexander in

15 fornicatione ] fornicationem **A La P** dimittitur ] Sed queritur si uir uxorem dimiserit quia eam adulteram (esse add. **A**) suspicatur an cogatur eam recipere nisi prius se purgauerit. Et quibusdam placet quod recipere eam non cogitur antequam se expurget (purget **A**), ad similitudinem illius cap. Presbiter si a plebe (c.13), C.ii. q.v. Alii uero in contrarium dicunt. Vtrum autem pro fornicationis suspicione mulier (similiter add. **A**) possit uirum accusare expressum non est et ideo doctorum opinio uariatur. Item si (ali)quis conuincitur de adulterio commisso cum Teberga uxore Lotharii non tamen credo quod ob hoc constituatur Teberga adultera uel infamis unde nec a marito potest repelli add. **Ba A** ] Vsque et quia poterit. Hic nota coniugium innui quod generaliter solet preponi scilicet quod cessante causa cessat eius prohibitio. Hic enim licet causa cesseret prohibitio tamen durat quia et si quis uerissime probet uxorem esse fornicatam non tamen ea uiuente potest aliam ducere et tamen ex causa constitutum fuit, idest non posset aliquis cuidam impingere sue uxori ad hoc ut posset aliam ducere. Vsque dimittere iubetur. Nota etiam triplicem dimissionem. Est enim dimissio que permittitur ut cum alter infidelium ad fidem conuersus et reliquus uel reliqua conuerti noluerint permittitur conuerso ut dimittat infidelem ut C.xxviii. q.i. Iam nunc (c.8). Est etiam dimissio que precipit ut cum alter coniugatorum adulterium commisit precipitatur alteri ut dimittat eum quoad carnalem debitum, usque post actam penitentiam ut hic. Est etiam dimissio que prohibetur scilicet ut non dimittat aliquis uxorem suam nisi ob causam fornicationis iuxta preceptum Domini uel etiam ne dimittat aliquis uxorem etiam fornicantem quoad causam, licet possit eam dimittere quoad carnale debitum add. **Ba** 16 *quis om. R* quantacumque **Lp A F** Huius - 17 peccata *om. Lr Lp R (omoio.)* 18 sunt ] sumuntur **Lr Lp** 19 suum *om. P* et ibi] cui **Lr Lp** anima] sola add. **Lr<sup>ac</sup>** 20 itaque] queque **A** in *om. Lr* una] unum **Ba A La R** 21 que uiri] quamuis non **Lr Lp** uiri animam] animum **Ba** commaculant] maculatam **Lr Lp**] maculant **P** 22 uero] in anima **P** 23 etiam] non **Lr Lp** polluit] possit **P** Erunt - 24 una *om. A* quidem] inquit **Ba La R P** 25 *De Benedicto*] *Benedictio Lr Lp P* in alium] illum **P** alium *om. Ba* 26 recipere] quoad // **A**

<sup>2</sup>1 Cor 6,18      <sup>3</sup>Gn 2,24; Mt 19,5; Mc 10,8; 1 Cor 6,16; Eph 5,31      <sup>4</sup>C.33 q.2 c.8; cf. SL C.32 q. 1 c. 5 v. *coinquinat*

decretali suo que ita incipit, Significasti<sup>5</sup>, ita dicit: 'Quod si manifestum est mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam prefatus uir cogni non debet'. Si inuita mulier ab aliquo cognita fuerit, queritur an propter  
30 hoc maritus eam dimittere possit uel debeat. Et non uidetur, cum non dicatur adultera que inuita corrumpitur, ut infra C.e. q.v. Ille autem<sup>6</sup> et supra C.xv. q.ult. c.ult.<sup>7</sup> Per fornicationem autem uxoris uir potestatem sui corporis non dicitur amittere sed ab eius executione ante penitentiam impeditur.

## &lt;Q.II&gt;

*§ Quod autem.*

4. *Coniugia usque presentia Spiritus Sancti*, idest Spiritus prophetandi. Vnde subditur: *etsi propheta sit* etc.; nam eo tempore anima quodammodo caro efficitur et non licet illud agere et alio intendere.
5. 9. *Moises* etc. usque *pecunia*. Hic uidetur quod pro tali facto non impediretur homo a promotione, cum ea sola clerici promotionem impediatur que in lege Mosaica morte puniebantur, ut supra d.livii. Multos<sup>8</sup>.
13. *Honorantur parentes Rebecce muneribus*. Hinc habes quod parentibus

27 suo] sua A ita<sup>2</sup>] itaque Lr 28 ad - 29 debet om. P 29 debet] nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse add. Ba A La Si] Sed praem. Ba A La R P mulier] mulierem Lr] muliere Lp cognita] commissa P 29-30 propter hoc] propterea Ba A La R P 30 uel] an A Et non] Etsi Lr Lp non] si R uidetur] uideatur Lr Lp] uidebatur R 31 corrumpitur] excipitur P ut] infra C.e. q.v. (e. A) Ita ne (c.3), Proposito (c.4), Ad Deum (c.7). Contrarium tamen uidetur innui add. A La R P 32 q.ult.] q.i. A Per om. P uir] ubi Lr Lp] ut P potestatem] potestate P 33 executione] exceptione Lr Lp impeditur] Si uero eam sibi reconciliare uoluerit etiam infra tempus penitentie ab ea potest exigere debitum, ut in Extra. Super eo quod a nobis (2 Comp. 2.19.4) add. Ba A

## &lt;Q.II&gt;

3 *Coniugia*] *Connubia* Ba A P *Spiritus om. P Sancti*] scilicet add. Lp ]// add. P idest] scilicet A *Spiritus om. Ba prophetandi*] preferendi Lp 4 subdit] subdit A etsi] etiam A anima] quamdiu add. P 5 illud] illum Lr Lp intendere] Vel tempore quo coniugales actus geruntur non datur presentia Spiritus Sancti, idest non quicquid ibi fit est a Spiritu Sancto auctore quia non libido que est culpa add. Ba A 6 Hic] Hinc A pro om. Ba A 7 promotionem] promo Lr impediatur - 8 lege om. Lr 8 que in] quam Lp 9 *Honorantur*] usque add. A

<sup>5</sup>1 Comp. 4.20.4 (=X 4.19.4), JL 14107

<sup>6</sup>C.32 q.5 c.14

<sup>7</sup>C.15 q.8 c.5

<sup>8</sup>D.54 c.23

- 10 puelle dari potest pecunia ut consentiant in matrimonium<sup>9</sup>.

### <Q. III>

§ Quod autem.

3. *Dixit usque ante legem Mosaicam nulla est rei dampnatio.* Nota non dixit prohibitio. Prohibitum enim fuerat adulterium et homicidium in lege scilicet naturali dictante: 'quod tibi non uis fieri, alii ne feceris'<sup>10</sup>, ut supra C.ii. q.i. c.i.<sup>11</sup>, sed non puniebantur.
4. *Nemo sibi blandiatur de legibus*, scilicet ut dicat fornicationem simplicem non esse prohibitam<sup>12</sup>, quia humane leges simplicem fornicationem non puniunt.
- 10 5. *Origo usque uenter intumuerit.* Ab eo enim tempore usque ad tempus purgationis non debet uxor uiro copiam sui facere, ut infra C. prox. q.iii. Si causa<sup>13</sup> et d.v. Ad eius<sup>14</sup>.
7. *Obiciuntur usque crimen non erat*, idest non esse putabatur uel tamquam crimen non puniebatur. Vnde non dixit tunc non fuisse peccatum, sed negauit crimen esse.

### <Q. V>

10 in om. A

#### <Q. III>

3 *Mosaicam om. Ba A La R P F* dixit] dicit A 4 fuerat] erat AP ] legem ad add. Lp ] ante legem add. A P 5 naturali] natura Lr Lp fieri om. A La P alii ne feceris] alteri ne facias La 6 c.i.] primo La puniebantur] Nec Ambrosius dicit eum excusari a reatu sed a pena. Credo tamen eum non peccasse quia inspiratione diuina hoc fecit add. Ba A 7 sibi] enim Lr blandiatur] blanditur Lr A 11 iii.] iiii. A P 12 eius] concubitus add. Ba P 13 Obiciuntur] Cum praem. Lr Lp Obiciuntur - 15 esse om. P 14 Vnde] Tamquam praem. Lr Lp 15 esse] Sed uerius est credere (dicere A) eum excusari a culpa quia Spiritu Sancto reuelante hoc fecit add. Ba A

<sup>9</sup>Cf. SL C.32 q.2 c.13 <sup>10</sup>Tb 4,16; Mt 7,12; Lc 6,31; cf. Benedictus Nursiae, Regula cum commentariis, cc.61, 70. PL 66.854, 921. Cf. Proemium n. 7 et C. 12 q.1 c.2 n.12, C.14 q.3 c.1, n.2. <sup>11</sup>C.2 q.1 c.13 <sup>12</sup>Cf. SL C.32 q.4 c.4 v. *Nemo usque legibus* (in fine) <sup>13</sup>C.33 q.4 c.4

<sup>14</sup>D.5 c.4; cf. SL C.32 q.4 c. 5 v. *intumuerit*

*§ Quod autem.* Pudicitia uel uirginitas alia mentis, alia corporis. Prima enim uirtus est et in anima constituta et idcirco a uiolento stupratore auferri non potest. Anime enim tales non habent quid faciant. Secunda uero uiolenter potest auferri quia in potestate nostra non est quid de carne nostra fiat, ut infra tertio c.<sup>15</sup>

3. *Ita ne usque non aliena erit,* immo tua per consensum<sup>16</sup>. Et nota quod rem alienam et peccatum alterius possumus nostrum facere per consensum, ut C.xxiiii. q.iii. c.i.<sup>17</sup>

10 4. *Proposito usque sanctitatem.* Cum enim uirgo corruptori non consentit uirginitatis premium non amittit. Vnde credimus quod suprema illa coronula qua sola uirginum corpora uelut diademate coronabuntur, talibus non beat denegari, que non propria uoluntate sed furentium libidine castitatis lilia amiserunt. Vsque uel corpore. Si enim tunc decederent nec 15 anima gloriam nec corpus haberet fulgorem. Vsque unus commisit. Hinc collige in una eademque re secundum intentionis diuersitatem unum peccare et non aliud, supra C.e. q.ii. Aliquando<sup>18</sup> et C.i. q.i. Iudices<sup>19</sup>.

11. *Si Paulus usque audacter dicam.* Hoc ideo dicit quia audacia est maxima dicere aliquid quod ad impotentiam Dei spectat, supra C.viii. q.i. 20 Audacter<sup>20</sup>. Vsque non potest, idest fieri contingit. Vel non potest Deus facere hoc non fuisse factum. Vel non potest, idest iusticie sue et potentie non congruit ut sponte corrupte det coronam uirginum.

18. *Si uxorem usque uehementer horribile.* Hinc habes quod propter hoc

<Q. V>

2 enim om. **Ba A La P** 5 nostra<sup>1</sup>] mea **Lp** nostra<sup>2</sup>] mea **Lr Lp** 7 erit] non praem. **Lr** immo tua] initia **Lr Lp** 9 ut] infra add. **Lr Lp**] supra add. **A** xxiiii] xxiiii. **Lr Lp** q.iii] q.i **Lr Lp** c.i. om. **Lr** 10 uirgo om. **P** corruptori] corruptioni **A** 11 quod - 12 coronula om. **Lr Lp** 12 qua] quia **Lr Lp** 14 tunc] ita **Ba** decederent] decederet **Lr Lp** 15 gloriam] gloria **P** nec corpus] si corporis **P** commisit] admisit **F** 16 intentionis] intentionum **Ba A La**] intentionem **P** 18 audacter] audenter **F** Hoc - dicit om. **A** 19 impotentiam] potentiam **Sl** spectat] ut add. **A** 20 Vsque - 22 uirginum om. **P** fieri] non add. **Ba A La** 21 factum] Quod enim factum est non potest fuisse non (non esse **La**) factum add. **A La** idest om. **A** potentie] sue add. **A** 23 *Si om. Lr Lp*

<sup>15</sup>C.33 q.5 c.3      <sup>16</sup>Cf. SL C.32 q.5 c.3      <sup>17</sup>C.24 q.3 c.1      <sup>18</sup>C.32 q.2 c.7      <sup>19</sup>C.1 q.1 c.23; cf. SL C.32 q.5 c.4 v. *Duo fuerunt usque unus commisit adulterium*      <sup>20</sup>C.8 q.1 c.18; cf. SL C.32 q.5 c.11 v. *set non ualet*

solummodo non potest uir uxorem dimittere uel ei debitum denegare quia  
 25 est stigmate lepre percussa. Vnde Alexander tertius: 'Quoniam sicut<sup>21</sup> ex  
 multis auctoritatibus et precipue ex euangelica ueritate apparent nemini  
 licet, excepta causa fornicationis, uxorem suam dimittere, constat si mulier  
 30 percussa fuerit lepra seu aliqua graui infirmitate detenta non est propterea  
 a uiro suo dimittenda. Leprosis autem si continere nolunt et aliquam que  
 sibi nubere uelit inuenerint liberum est matrimonium contrahendi. Quod  
 35 si uirum siue uxorem diuino iudicio lepra infici contigerit et infirmus a  
 sano carnale debitum exigat, generali precepto Apostoli quod exigitur  
 est soluendum, cui precepto nullam in hoc casu inuenimus exceptionem'.  
 Leprosum autem mulier sana sequi non cogitur nisi uelit, ut in Extra. c.  
 Peruenit ad nos<sup>22</sup>.

21. *Preceptum usque officio separabunt.* Hinc potest colligi quod si prelatus  
 aliquis tempore excommunicationis aliquid de ecclesia uendiderit, debeat  
 irritari, ut supra C.vii. q.i. Factus est<sup>23</sup> et supra C.xii. q.ii. Alienationes<sup>24</sup>.  
 Vsque quamdiu. Hoc dicit quia infamia per excommunicationem contracta  
 40 cum satisfactione aboletur, ut supra C.iii. q.i. c.i.<sup>25</sup> et supra C.iii. q.iii.  
 Beatus<sup>26</sup> et C.vi. q.i. Illi<sup>27</sup>; econtra C.iii. q.iii. Consanguineorum<sup>28</sup> et C.vi. q.i.  
 Quicumque<sup>29</sup>. Sed ibi de infamia pro crimine iniurie irrogata agitur, hic uero  
 de canonica.

23. *Christiana usque non facile*, idest non pro sola suspicione sicut uir  
 45 potest. Vel ideo dicit *non facile*, quia non sunt ita mulieres apte sicut uiri ad  
 probandum quod intendunt hiis auctoritatibus.

24 denegare] non reddere **Ba**      quia] quod **Lr A**      25 stigmate] figurate **Lr Lp<sup>ac</sup>**

27 excepta] nisi ex **P**      suam **om. A**      si] quia siue (seu **A**) **Ba A La P**      28 seu]  
 siue **A**      aliqua **om. Ba**      est **om. Lr Lp**      29 continere nolunt] contingere uolunt **Lr**  
**Lp**      30 matrimonium] arbitrum **Lr**      31 uirum] suum add. **Lr Lp**] uir **P**      uxorem]  
 uxor **P**      lepra - contigerit] inficiat **A**      contigerit] orrigerit **P**      32 Apostoli - 33  
 nullam **om. P** (*omoio.*)      34 sana **om. Lr**      c.] habetur **P**      36 *separabunt*] *separabuntur*  
**Ba**      37 aliquis] uel alias **Ba**      39 Hoc] ideo add. **A La P**      infamia] infantia **Lr Lp<sup>ac</sup>**  
 excommunicationem] executionem **P**      contracta **om. P**      40 et **om. A**      41 Beatus -  
 q.iii. **om. P**      econtra] contra **A**      42 iniurie] in iure **Ba La**] de iure **A**      44 Christiana  
 - 46 intendunt **om. P**      non **om. Lr Lp**      45 non **om. Lr Lp**      46 intendunt] unde dicit  
 Liberius add. **Ba A**

<sup>21</sup>1 Comp. 4.8.2 (=X 4.8.2), JL 13773      <sup>22</sup>1 Comp. 4.8.1 (=X 4.8.1), JL 13794; cf. SL C.32 q.5  
 c.18 v. *Si uxorem usque membris*      <sup>23</sup>C.7 q.1 c.5      <sup>24</sup>C.12 q.2 c.37      <sup>25</sup>C.4 q.1 c.1      <sup>26</sup>C.3  
 q.4 c.2      <sup>27</sup>C.6 q.1 c.3      <sup>28</sup>C.3 q.4 c.4      <sup>29</sup>C.6 q.1 c.18

## &lt;Q.VII&gt;

18. *Quod proposuisti usque opem.* Secundum quosdam consilium est istud. Vsque *infirmitas*. Hinc collige tunc demum uirum uel sponsum debere uxori inuenire necessaria cum causa infirmitatis separantur, ut supra C.vii. q.i.  
 5 Quod sit<sup>30</sup>, non cum propter adulterium dimittitur, ut supra C.e. q.i. De Benedicto<sup>31</sup>.
19. *Quedam usque dormiuit*, scilicet utroque sciente; nam si altero ignorante secus esset. Tunc enim sciens debet perpetuo a nuptiis propter incestum abstinere. Ignorans uero excusaretur, ut infra C.xxxxiii. q.i. In lectum<sup>32</sup>.
- 10 21. *Qui dormierit usque neutram ex ipsis habeat.* Secundum Alexandrum hoc obtinet cum hoc fuit publicum et notorium. Si uero fuerit occultum est ei iniungenda penitentia de incestu et uxori debet reddere debitum, licet non possit exigere, ut in Extra. c. Super eo quod a nobis<sup>33</sup>. Vel distinguitur inter consanguineos primi et secundi gradus et eos qui sunt in ulterioribus.  
 15 Et quidem in primis consanguineis non admittitur despensatio ut de cetero possint uiri cum talibus carnaliter commisceri. In aliis uero possunt, ut in Extra. Ad nostras aures<sup>34</sup>.
22. *Hii uero usque adultera uero numquam*, nisi forte iuuenilis etas eius incontinentiam minetur, ut infra C.xxxvi. c. antepenult.<sup>35</sup> et C. prox. q.ii. In

## &lt;Q.VII&gt;

2 Quod - 6 Benedicto om. P Quod - istud om. A proposuisti] posuisti F 5 Quod ] Que Lr Lp i. om. A 6 Benedicto ] Hec tamen duo capitula non sunt authentica sed a falsariis sunt conficta add. Ba A 9 xxxiiii] xxxiii. Lr Lp 10 Secundum Alexandrum om. P 11 est om. A 12 de incestu] propter incestum A incestu] incestis Lp 13 Vel] ita add. Ba 14 consanguineos] consanguineas Ba A La P eos] eas Ba A La P 15 quidem] que P despensatio] dispensatio Ba A La P ] despensatos R ut om. A 17 aures] Qui autem dicit in coniugem cuius consanguineam ante cognovit et cum occultum sit (et add. A) probare non potest, debet laborare ut eam ad continentiam inducat. Si uero non potest, penitentiam accipiat de commisso et uxori debitum reddat sed non exigat, ut in Extra. Tanta est uis (1 Comp. 4.18.6 - X 4.17.6) add. Ba A 19 minetur ] mineretur Lr ] immeretur Lp

<sup>30</sup>C.4 q.6 c.4      <sup>31</sup>C.32 q.1 c.5; cf. SL C.32 q.7 c.18 v. *opem*      <sup>32</sup>C.34 q.1-2 c.6      <sup>33</sup>1 Comp. 4.20.6, Meminimus (=X -), JL 13162      <sup>34</sup>1 Comp. 4.13.2 (=X -), JL 13163      <sup>35</sup>C.36 q.2 c.9

20 adolescentiam<sup>36</sup>.

25. *Illi qui usque membris, idest genitalibus, in quo casu, uiro non ualente uxori debitum reddere mulier eo uiuente cogitur continere.* Et est hic unus casus ubi quis sine culpa sua punitur<sup>37</sup>. Sed queritur an ille qui ui predonum uel alia ratione amisit uirilia, non tamen eis naturaliter caret, an 25 matrimonium possit contrahere. Quibusdam placet eum non posse cum non possit in eorum coniugio sacramentum Christi et ecclesie figurari nec proles ibi esse possit, que matrimonium a fornicario coitu uel adulterio excusat, ut supra C.e. q.i. § Non illi<sup>38</sup>. Alii in contrarium sentiunt, quia iste non de natura sed de accidenti est membris illis priuatus et naturaliter est potens 30 ad carnis officium, licet de accidente sit impeditus.

26. *Neque furiosus.* Subaudi in furia constitutus quo tempore, quia non potest sentire ergo nec consentire. Tempore uero quo interpolatur furia licite matrimonium possunt contrahere quia et tunc testamenta conficere ualent, ut in Inst. lib. ii., quibus non est permissum facere testamentum<sup>39</sup>. Mutus 35 uero potest, si consensum possumus deprehendere nutibus, ut supra C.xxvi. q.v. Qui recedunt<sup>40</sup> et Cod. lib.iii. Familie erciscunde, l. Filii et l. Future<sup>41</sup>.

27. *Tantum ualeat sociale uinculum.* Hoc est matrimonium, quod sociale ideo dicitur quia nisi inter duos esse non potest. Vsque ipsa procreandi causa. Subaudi cessante; unde hinc habes quod licet quedam sint ex causa

20 adolescentiam ] Vel speciale est istud (illud A) in incestuosa fornicatione; nam alioquin nullus posset (posset om. A) habere in matrimonium quam polluit per adulterium, ut (supra add. A) C.xxi.q.i. c.ii. add. Ba A 21 qui] in matrimonium add. Ba usque] aut add. Ba idest] scilicet Ba A La P non ualente] nolente Lr Lp<sup>ac</sup> 22 continere] abstinere Ba 24 eis om. Ba an om. A 25 contrahere] Et add. A Quibusdam placet] Et quibus patet P cum] enim add. A La 26 in eorum] uxor P coniugio] coniunctione Lr Lp Christi om. P 27 excusat] excusant A 28 illi] enim Ba A La P 29 illis om. Ba 30 sit om. Ba impeditus] Nam spadones adoptare possunt quamuis nequeant generare de accidente. Castrati uero, idest caste nati, hoc est frigidi adoptare non possunt quia naturaliter nec generare ualent, ut in Inst. l.i. De adoptionibus § Sed illud (Inst.1.11.9). Vnde nec matrimonium tales contrahere possunt (contrahent A) add. Ba A 31 Subaudi] furiosus add. P 32 interpolatur] interpolat A 34 Mutus] Mitius Lr Lp om. Ba 35 si] cuius Ba A La P deprehendere] comprehendere Ba R P 36 Familie erciscunde] cunte Lr Lp<sup>ac</sup> 37 Tantum] Vel non Lr Lp uinculum] matrimonium A est om. Ba 39 licet] si Ba

<sup>36</sup>C.33 q.2 c.14; cf. SL C.32 q.7 c.22 v. *Hii uero usque numquam* <sup>37</sup>Cf. SL C.32 q.7 c.25

<sup>38</sup>C.32 q.1 c.11 <sup>39</sup>Inst. 2.12 <sup>40</sup>C.26 q.6 c.7 <sup>41</sup>Cod.3.36.16,21

- 40 statuta, non tamen debent causa cessante cessare, supra C.prox. q.i. c.ult.<sup>42</sup>  
 De uinculo uero isto quod matrimonium dicitur, queritur quid sit et inter  
 quos uel in quibus, an idem sit uinculum quo uir uxori iungitur uel aliud.  
 Vinculum itaque illud nichil aliud est quam duorum animorum inseparabilis  
 iunctura ex mutuo consensu proueniens. Vel uinculum illud dici potest  
 45 quedam obnoxietas qua alter contrahentium est alteri perpetuo obnoxius et  
 ligatus<sup>43</sup>. Vtrum autem sit in altero uel in utroque queritur et quibusdam  
 placet quod aliud est uinculum quo uir uxori iungitur et aliud est uinculum  
 quo uxor marito ligatur. Cum enim dicunt ipsi uinculum illud sit accidens,  
 simul in diuersis esse accidentium regula non patitur nec permittit natura.  
 50 Sanius tamen credimus esse si dicatur quod unum idemque sit uinculum  
 quo utriusque animus iungitur et ligatur. Nam et eodem excommunicationis  
 uinculo et inuisibili plures spiritus quandoque ligantur et eodem precepto  
 obnoxia aliquando multitudo tenetur. Nec ratio illa est efficax, sed accidens;  
 ergo non est in diuersis subiectis; nam et binarius accidens est seu qualitas;  
 55 tamen, ut testantur philosophi, in duabus unitatibus consistit.

---

40 debent] deberet **Lr Lp**      supra] ut *praem. A*] contra **La**] C.e. q.i. (q.ii **Ba**) c.ii. *add. Ba*  
**A La**] et infra *add. Ba A*      prox.] ea. **Lr Lp**      ult.] ii. **P**      41 isto] illo **P**      41–42 et  
 inter quos] in quo **Ba A La P**      42 an] et *praem. A*      44 mutuo] uno **P**      45 est *om.*  
**P**      et] uel **Ba La R P**      46 altero] tantum *add. A La P*      47 uir uxori] uxor uiro **Ba**  
 iungitur] coniungitur **Ba**      aliud est uinculum] alterum **Ba**      est uinculum *om. A La*  
 48 uxor marito] uir uxori **Ba A**      *ipsi*] quod *add. Lp A*      49 diuersis] subiectis *add.*  
**Lp Ba A La**      regula *om. La P*      50 dicatur] dicamus **Ba A**      52 et<sup>1</sup> *om. Ba A La P*  
 spiritus - 53 tenetur] tenentur **Ba**      spiritus *om. La*      53 aliquando] innumera *add. A*  
**La P**      sed] scilicet est **Ba A La P**      54 in *om. P*      55 ut testantur] tamen intestantur **P**

---

<sup>42</sup>C.33 q.1. c.14

<sup>43</sup>Cf. SL C.32 q.7 c.27 (passim)

## &lt;CAVSA XXXIII&gt;

*Quidam maleficiis.*

§ *Quod uero.* Cum coeundi impossibilitas inter coniuges allegatur et proponitur, aut uterque consensit alteri aut alteri contradicit. In primo casu uterque septima manu propinquorum iurabit quod non sunt una caro effecti et matrimonium diuidetur, ut in primo c.<sup>1</sup> dicitur. Si uero sibi inuicem contradicunt, tunc secundum quorundam opinionem in ueritate uiri constabit, ut in c. secundo<sup>2</sup> dicitur. Vel tunc distinguitur quis eorum pro matrimonio, quis uero contra agat, in quo casu quicumque eorum pro matrimonio stare uoluerit alteri debet in probatione preponi, ut supra C.xxvii. q.ii. Quod autem<sup>3</sup>. Vel tunc distinguitur quis eorum probabiles et uerisimiles probationes inducat et quis ueras; et si quidem uir uult probare iuramento se cognouisse, illa uero per aspectum corporis uult probare se non esse corruptam, tunc uiro uxor est in probatione preponenda.

## &lt;Q. I&gt;

1. (§) *Quod autem usque propinquorum*, qui in anima propria iurabunt non sic esse sed potius quia sic credebant esse uerum ut principales persone iurant, ut infra C.xxxv. q.vi. De parentela<sup>4</sup> et in Extra. c. Quoties frater noster<sup>5</sup>. Nam alias si in anima propria non iurarent, non uidetur quod possent dampno infamie affici, sicut in fine c.<sup>6</sup> dicitur. Alii uero dicunt quod in anima principalium personarum iurabunt et quod de crimine

3 *Quod uero om. R F uero] autem A P Cum] Quidam R impossibilitas]*  
*possibilitas Ba P 4 aut] ut Lr Lp 5 uterque] usque Lr sunt] sit P 6 effecti]*  
*effecta P c.] casu Lr 7 tunc om. Ba 8 uiri] usque Lr] ubi Lp constabit]*  
*consistit La P Vel om. Lr Lp 9 agat] etiam add. Ba 10 probatione] alteri*  
*add. Lr Lp 11 autem] ultra Lr Lp om. Ba A La P ] scilicet R Vel om. Lr Lp ]*  
*etiam add. Ba A La P ] et R 12 probationes] rationes La P quis] quamuis Lr Lp*  
*quidem] quid Lr Lp P 14 uxor om. La est] esset A La R P preponenda] ponenda P*

<Q. I>

3 quia om. P La credebant] credant A ] credunt La P 7 personarum] non add. A  
 et] quia A

<sup>1</sup>C.33 q.1 c.1      <sup>2</sup>C.33 q.1 c.2      <sup>3</sup>C.27 q.2 c.29      <sup>4</sup>C.35 q.6 c.8      <sup>5</sup>1 Comp. 5.29.4 (=X  
 5.34.5), JL 8289      <sup>6</sup>C.33 q.1 c.1

periurii subicitur et ad principales personas tantum dicunt esse referendum. Vsque *humanum dico*. Tale istud quale est illud quod dictum est superius:

10 habeat eam quasi sororem. Vel ideo de humanitate et non de iure communi huic conceditur contrahere matrimonium, quia dubitatur adhuc et in pendentibus est an iste sit eius coniunx uel sit frigidus. Vsque *aliam acceperit*, per quod presumit ecclesia quod ab initio sit inter eos matrimonium nec fuit frigidus, sed ab alio obstaculo impeditus. Qui enim semel frigidus est,

15 semper talis existat. Frigiditas enim res naturalis est et ea que naturaliter insunt homini non nisi cum natura deficiunt et terminantur. Vsque *acta penitentia*, de periurio dicunt quidam. Vel potius de adulterio perpetrato. *Priora cogantur*. Hic queritur qualiter in hoc casu fides possit fieri ecclesie de concubendi facultate redditam ei qui frigidus dicebatur esse ad hoc,

20 ut pristinum possit redintegrari coniugium. Non enim potest ei ecclesia precipere ut alicui se commisceat cum fornicari non liceat. Item si se aliam cognouisse fatetur, ergo per consequentiam se dicit esse adulterum, unde non potest deinceps uxorem repetere, ut supra C.prox. q.i. De Benedicto<sup>7</sup>. Ad hoc dicunt quidam quod uel per iuramentum uel per inspectionem

25 corporis potest ecclesiam certiorare. Nobis autem uidetur quod numquam debet ei ecclesia fidem adhibere de facultate sibi redditam nisi cum erat cognitum eum aliam cognouisse. Sed quomodo tunc uirum adulterum mulier recipere compelleretur, ut hic dicitur, cum etiam post actam penitentiam non cogitur casta adultero reconciliari, ut supra C. prox. q.i. De

---

8 et om. **Ba A P** dicunt om. **La P** referendum] Vsque *septima manu*. Si uero tot inueniri non possunt etiam pauciores sufficerent ut supra C.ii. q.v. Presbiter (c.13). Si uero nullum possent habere non crederetur eis. Si uero consanguineos non haberent admirterentur honesti extranei, ut infra C. xxxv. q.vi. c.i. add. **Lp Ba A** 9 Tale] est add. **A P** est<sup>1</sup>] et **Lr Lp** 10 sororem om. **Lr**] uxorem **Lp<sup>ac</sup>** 12 *acceperit*] *accepit* **Lr** 13 sit] fuit **Ba** **A La P** 14 ab om. **A La P** impeditus] prepeditus **Lr Lp A La R P** Qui] Quia **Lr Lp Ba** 15 semper talis] specialiter **Lr Lp<sup>ac</sup>** existat] existit **A La R P** enim om. **La** 16 terminantur] tunc terminatur **P** 17 quidam] et refertur ad utrumque add. **Ba A** 18 *Priora*] *peiora* **Lr Lp** possit om. **Lr Lp** fieri] dari **La P** 19 de concubendi] recumbendi **Lr Lp** 20 ut] postea add. **Ba A La P** redintegrari] reintegrari **A** 21 commisceat] misceat **Ba**] contulerit **P** non] nemini umquam **Ba A La P** 22 se dicit esse] sedet cum esset **Lr Lp** esse om. **La** adulterum] adulterium **Lr Lp** 24 uel per iuramentum om. **P** 25 potest] poterit **A R P** certiorare] certificare **P** 26 fidem om. **Lr Lp** cum] enim **P** erat] erit **A** 27 eum om. **Ba** quomodo] quando **Lr Lp** quomodo - 28 compelleretur] uir adulter non potest deinceps mulierem repetere **Ba** 28 compelleretur] compellatur **Lp** 29 non om. **A** adultero] adulterio **Lr**

---

<sup>7</sup>C.32 q.1 c.5

30 Benedicto<sup>8</sup>. Ad hoc dici potest quod hic, licet fornicationem commiserit, non tamen poterit ab uxore dimitti, nam et ipsa fornicationem quodammodo commisit quantum ad actum, licet non quantum ad reatum, a quo propter auctoritatem ecclesie excusatur, cum uiro uiuente alii se coniunxit. Vnde cum sit par eorum conditio non potest alter propter fornicationem dimittere alterum<sup>9</sup>, ut supra C. prox. q.vi. Nichil<sup>10</sup> et in Extra. c. Significasti<sup>11</sup>. Adulter enim adulteram sicut nec accusare ita non potest dimittere. Michi autem uidetur quod etiam nec post actam penitentiam uir qui aliam cognouit potest uxorem repetere, que tamen potest statim ab eo diuidi cui secundo nupserit et ecclesiastica distictione compelli ut uel contineat uel si continere noluerit post penitentiam reconcilietur marito. Vnde Apostolus de ea cuius maritus adulterium commiserat ait: 'aut reconcilietur uiro suo, aut maneat innupta'<sup>12</sup>.

3. *Si quis usque aliquo tempore, lege scilicet diffinito, hoc est triennio. Ante enim non potest alter de altero conqueri quod sibi debitum non reddatur.*

45 4. *Si per sortiarias usque etiam si possiblitas ei redditia fuerit. Contrarium uidetur esse Gregorio hoc in superiori c.<sup>13</sup> ubi dicitur quod si alter potens apparuerit, priora cogantur accipere coniugia. Solutio: illud huic preiudicat, nam in decidendis causis maior est auctoritas pape quam archiepiscopi, ut supra d.xx. De libellis<sup>14</sup>. Vel refert utrum maleficium precesserit coniugium 50 uel sequatur. In primo casu quia tempore coniugii non uidetur persona*

30–31 non tamen] nisi cum Lr Lp 31 ipsa] ipsam Lr Lp quodammodo om. Lp  
 32 quantum - reatum] non quantum ad reatum sed quantum ad actum Lp 33 excusatur]  
 ut infra C.prox. q.i. c.i. (C.34) add. A alii] alteri Ba R P 34 cum om. Lp eorum om. Lp  
 conditio] con Lr propter fornicationem] fornicatorum Ba fornicationem] alterius  
 add. P 36 non] nec A 37 actam penitentiam] acta penitentia Lr Lp 38 potest<sup>1</sup>]  
 non praem. A que tamen] quantum La P potest<sup>2</sup>] debet Ba A La R P 39 nupserit]  
 nupserat A ut om. Lp 40 reconcilietur] reconciliatur A 42 innupta] Et nota quod ex  
 fine huius cap. colligitur quod sponsa debet priori restitu etiam si a secundo ducatur, quod  
 tamen Gratianus de uelata intelligit et traducta, ut (supra A) C.xxvii. q.ii. § ult. (p.c.50 § 2)  
 Vel ideo debet cogi mulier ut eum recipiat quia ille adhuc aliam non cognouit. Statim autem  
 presunit ecclesia (in add. A) eius dolum ex quo presunit (uult A) contrahere cum secunda  
 etiam si numquam eam cognoscat add. Ba A 43 lege om. Ba diffinito] diffinita Lr Lp  
 45 sortiarias] fornicarias Lr Lp<sup>ac</sup> 46 esse om. R P Gregorio] Gregorii A ] Gregorius  
 P La hoc] quod add. La P superiori] inferiori P 47 priora] peiora Lr Lp<sup>ac</sup>  
 accipere om. Lr Lp<sup>ac</sup>] recipere Ba A R 49 refert] refertur Lr Lp 50 uel sequatur om.  
 Lp

<sup>8</sup>C.32 q.1 c.5 <sup>9</sup>Juncker, 'Die Summa', 365 <sup>10</sup>C.32 q.6 c.1 <sup>11</sup>1 Comp. 4.20.4 (=X 4.19.4),  
 JL 14107 <sup>12</sup>1 Cor 7.11 <sup>13</sup>C.32 q.1 c.3 <sup>14</sup>D.20 c.1

fuisse idonea ad contrahendum matrimonium habet locum quod hic dicitur; in secundo habet locum quod ibi continetur. Vel hic de impedimento maleficii, ibi uero de frigiditate agitur. Que autem sit diuersitatis ratio is inquirat quem lectionis amor exagitat<sup>15</sup>. Vel quod melius est, in utroque de maleficii impedito agitur et Gregorius huic preuiducat. Non enim erat ille frigidus qui aliam postea cognouit, sed maleficio impeditus. Vel dicas quod nec frigidus ille erat nec etiam impeditus. Tamen priori debet redi quia ex odio eam dimisisse uidetur. Que autem sit diuersitatis ratio is inquirat quem lectionis amor exagitat<sup>16</sup>. Item habes quod ubi causa cessat non tamen effectus cessare uidetur. Qualiter autem probari possit, an precesserit maleficium uel sequatur, ad presumptiones est recurrendum. Tamen ideo uidetur quod maleficio impeditus etiam post facultatem concubendi sibi redditam non habet uxorem repeteret eo uiuente cui secundo nupsit, quia sua culpa hoc deuenisse uidetur, sicut de eo qui sua leuitate dimisit ecclesiam, non potest eam petere, nisi successor eius quiescat in Domino, ut supra C.vii. q.i. Eos<sup>17</sup>. Et hic habemus unum casum ubi matrimonium de presenti contrahitur et tamen uiuente altero alter potest ad secunda uota transire<sup>18</sup>.

### <Q. II>

§ *Quod autem.* Certo certius est quod nemini licet sua auctoritate uxorem dimittere, etiam causa consanguinitatis ut infra C.xxxv. q.vi.

---

51 habet - dicitur *om. Lr (omoio.)* dicitur ] continetur **Ba A La P** 52 hic ] ibi **Lr** 53 Que - 54 exagitat *om. A* 54 Vel quod - 61 recurrendum *om. La P* in ] de **R** 55 maleficii ] maleficio **A R** impedito] impedimento **Ba P** Gregorius] illud Gregorii **Lp Ba A** **R** enim *om. Ba* 56 Vel - 57 impeditus *om. Lr Lp (omoio.)* Vel - 61 recurrendum *om. R* 57 etiam *om. Ba* 59 exagitat] Et hic habes unum casum ubi matrimonium de presenti contrahitur et tamen uiuente altero alter potest ad secunda uota migrare *add. A* 63 habet] potest **Ba A La R P** repetere] repente **Lr Lp<sup>ac</sup>** eo uiuente] conuiuente **P** 64 culpa] ad *add. Lp Ba A P* 66 Et - 67 transire *om. A* habemus] habes **Ba La R P** presenti] consensu **Lr<sup>ac</sup>** 67 transire] migrare **La P**] Item habes quod ubi causa cessat non tamen effectos cessare uidetur. Qualiter autem probari possit an precesserit maleficium uel sequatur ad presumptiones est recurrendum *add. Ba*

---

<sup>15</sup>Cf. D.34 c.17 n.476; D.74 (75) c.7 n.778; C.5 q.2 c.2 n. 8; C.11 q.3 c.7 n.119; C.12 q.2 c.65 n. 114; C.31q. 1. c.8 n.8; C.33 q.1 c.4 n. 16. <sup>16</sup>Cf. D.34 c.17 n.476; D.74 (75) c.7 n.778; C.5 q.2 c.2 n.

8; C.11 q.3 c.7 n.119; C.12 q.2 c.65 n. 114; C.31q. 1. c.8 n.8; C.33 q.1 c.4 n. 15. <sup>17</sup>C.7 q.1 c.43

<sup>18</sup>Cf. SL C.33 q.1 c. 4 v. *Si per sortiarias usque nequibunt* (in principio et in fine)

Multorum<sup>19</sup> et in Extra. Ex litteris<sup>20</sup>. Quid autem si scit aliquis uxorem suam esse consanguineam, reddet ei debitum cum probare non poterit consanguinitatem uel non? Merito queritur et credimus quod si in tali gradu scit eam esse sibi coniunctam in quo non legitur sibi fuisse dispensatum, ut in primo et secundo, magis conscientie proprie quam ecclesie precepto acquiescat. Non enim malum est tunc non obedire precepto, ut C.xi. q.iii.

10 Non semper<sup>21</sup>. Si uero in ulterioribus, posset ei sine periculo reddere exigenti, licet ab ea debitum exigere non debet, ut infra C.e. q.v. Si dicat<sup>22</sup>. Alii distinguunt an incontinenti probare possit causam desiderii uel non. In primo casu non tenetur soluere debitum. In secundo uero compellitur ne dum diutius a coniugis amplexibus abstinet, fornicandi ei licentiam tribuere

15 uideatur.

3. *Historia usque de castitate*, scilicet uiolata uel de castitate obseruata accusabatur a marito. Volebat enim caste uiuere et uiro debitum denegare<sup>23</sup>.
4. *Siue usque formidetur*. Hinc habes quod tenetur iudex etiam de loco iudicii prouidere partibus ut in eo loco uelit de causa cognoscere ubi partes libere et secure ualeant conuenire, ut C.iii. q.ix. Hortamur<sup>24</sup>, C.xxiiii. q.i. Pudenda<sup>25</sup>, in Extra. c. Dilecti filii<sup>26</sup>.

4 Multorum ] Multarum **Lr Lp** Ex] hiis add. **Lr Lp** litteris] Si ergo causa fornicationis uir uxorem dimisit absque iudicio ecclesie cogitur primo eam recipere et postquam ei fuerit mariti possessio restituta tunc demum poterit accusari, ut infra ea. q. Historia (c.3) add. **Ba A** Quid] Quod **Lp** 5 reddet - 6 consanguineam **om. La** (*omoio.*) poterit] possit A 6 Merito] etiam add. **Ba<sup>pc</sup>**] Multo **P** et **om. Lr**] quidem add. **R** 7 scit **om. Lr** scit eam] constat **Ba** eam **om. P** sibi<sup>1</sup> **om. La P** non legitur] /// uellet **Lr** nollet **Lp**] // A sibi<sup>2</sup> **om. Ba A La P** 8 conscientie] et add. **Lr Lp** 9 tunc **om. Ba** ut] supra add. **Lp A** C.xi. **om. Lr** 10 semper] separat **Lp**] separabitur **La**] separabunt **P**] Sed melius est sentire quod debet eam ad continentiam si potest inducere. Quod si facere non poterit petenti reddat debitum sed debet penitus ab exactione cessare, ut in Extra. Tanta est uis (1 Comp. 4.18.6 - X 4.17.6) add. **Ba A** ulterioribus] et add. **A** ei sine] ea sine **P** sine periculo] non periculose **Ba** 11 exigere] exigendi **P** debet] deberet **A** 12 desiderii] dissidii **Lp<sup>pc</sup> A La** non] **om. Lr Lp R** 13 tenetur] ei add. **Ba A La R P** soluere] reddere **La P** debitum] iterum add. **Ba R P**] interim add. **A La** 16 scilicet - castitate **om. P** 17 enim caste] in castitate **P** 18 *Siue*] *Suum Ba* usque] si uir add. **Lr Lp**] *ius* add. **A**] *quis* add. **La P** etiam de] in **P** 20 ut] arg. add. **A**

<sup>19</sup>C.35 q.6 c.10

<sup>20</sup>1 Comp. 4.14.2 (=X 4.14.1), JL 14311

<sup>21</sup>C.11 q.3 c.92

<sup>22</sup>C.33 q.5

c.1

<sup>23</sup>Cf. SL C.33 q.2 c.3 v. *castitate*

<sup>24</sup>C.3 q.9 c.20

<sup>25</sup>C.24 q.1 c.33

<sup>26</sup>Collectio

Wigorniensis 6.37; 1 Comp. 2.20.1; JL 13934; cf. SL C.33 q.2 c.4 v. *formidetur* (in principio)

6. *Inter hec uel usque mundanam legem, scilicet Romanam uel Lombardam*<sup>27</sup> que permittit uiro uxorem adulteram cum adultero occidere. Sed queritur quare imputetur uiro si uxorem adulteram occiderit quam lex permittit  
 25 occidi et non peccat iudex criminosum interficiens cum lege mandante hoc agat, ut supra C.xxiii. q.v. Qui malos<sup>28</sup>. Diuersitatis autem hec potest ratio assignari, quia iudex seruat iudicarium ordinem quem lex diuina obseruat. Maritus uero eo pretermisso accenditur ad uindictam. Vnde etiam lex que uiro hoc uidetur permittere quodammodo impietatem dicitur  
 30 continere. Vel iudex hoc facit precipiente lege, maritus uero permittente. Vsque *legibus*. Supra d.x. De capitulis<sup>29</sup>, contra. Solutio: hic de legibus agitur que sanctorum canonum obuiant institutis; ibi uero de illis que canonice equitati consentiunt. Vel hic de meritis rebus ecclesiasticis, ibi uero de mixtis agitur<sup>30</sup>, ut in Extra. c. Ad hec<sup>31</sup>.
- 35 8. *Admonere usque improbe predo*. Et nota quod predonis ideo censemur nomine quia filiis moliebatur hereditatem auferre iniuste, quod predonum est proprie. Vel forte alias predo erat. Vsque *post mortem*. Hinc habes quod sicut post mortem nullus est accusandus, ita nec excommunicandus uel dampnandus, ut supra C.xxiiii. q.ii. Nec quisquam<sup>32</sup>, C.xxiiii. q.ii. § i.<sup>33</sup>,  
 40 d.xxiiii. Quorundam<sup>34</sup>, excepto eo quod de heresi uel scismate dicitur, supra C.xxiiii. q.ii. Sane profertur<sup>35</sup>. Nota quod quamuis de statu defunctorum principaliter agi non possit, ut Cod. lib. vii. l. i.<sup>36</sup>, secundario tamen causa bonorum et liberorum agi potest<sup>37</sup>, ut Cod. lib.vii. e. tit. Quamuis<sup>38</sup>. Vsque  
 45 unius testimonio. Hinc habes quod unius testimonium numquam debet recipi, nec ergo cum fama publica, ut C.iiii. q.iii. § Item in criminali<sup>39</sup>. Vsque

---

22 hec uel usque ] hunc Christus secundum Lp R uel om. Lp A R P usque ] secundum add. Ba A La P mundanam ] humanam P scilicet] idest La P ] licet non SL 24 quam - 25 occidi om. La P 25 et om. Lp non] nec A peccat] dicit P 26 xxiiii. ] xxv. A autem om. Ba 29 que uiro om. Lp 30 facit] fiat P precipiente] incipiente P permittente] iudice add. Ba 31 Supra] de eodem P 32 canonum] patrum A 35 Admonere] Monere Lr om. La improbe] improprie Lp ideo] uero P 36 iniuste om. La P 39 dampnandus] condemnandus P supra] arg. A xxiiii. ] xxvi. A 41 Nota] Et praem. A quod] et A 42 ut - 43 potest om. R (omoio.) l. i. - 43 lib. vii. om. Lr Lp (omoio.) 44 Hinc om. Lp 45 in criminali] crimen Ba

---

<sup>27</sup>Cf. supra C.11 q.1 p.c.36, n.66 ; C.22 q.5 c.14 nn. 81, 82. Lex Lombarda, cf. Liber papiensis, saec. XI. Cf. A. Padoa Schioppa, *La cultura giuridica* (= Storia di Pavia 2, 1986), 219ss. <sup>28</sup>C.23 q.5 c.29 <sup>29</sup>D.10 c.9 <sup>30</sup>Juncker, 'Die Summa', 364 <sup>31</sup>Comp. 2.20.6 (=X 2.28.6), JL 12020 (*Cum sacrosancta*) <sup>32</sup>C.24 q.2 c.4 <sup>33</sup>C.24 q.2 p.c.1 <sup>34</sup>D.23 c.14 <sup>35</sup>C.24 q.2 c.6 <sup>36</sup>Cod. 7.21.1 <sup>37</sup>Juncker, 'Die Summa', 373 <sup>38</sup>Cod. 7.21.3 <sup>39</sup>C.4 q.3 p.c.2

*malum seculum.* Et nota quod seculum malum dicitur propter ea quia in eo mala fuerint, sicut dies Iob<sup>40</sup> mali dicuntur et Apostolus: 'redimentes tempus quoniam dies mali sunt'<sup>41</sup>. Vsque *fratrum precibus adiutus*. Hinc habes quod precibus ecclesie et meritis et aliorum alii possunt iuuari, ut supra C.i. q.i. Remittuntur<sup>42</sup>. Vsque *uxorem numquam ducere*. Hoc propter delicti enormitatem fit ut numquam uxorem habeat qui uxorem temere presumpsit necare. Quid autem si acciperet, an esset matrimonium queritur. Et quibusdam placet matrimonium interuenire non posse quoniam est ibi et persone enormitas et ecclesie interdictum<sup>43</sup>. Vsque *in balneo*. Hec et cetera similia ad pene exaggerationem adduntur. Vsque *acrius erat*. Hinc collige quemlibet prelatum ecclesie posse canones penitentiales temperare et penam pro peccato debitam minuere prout penitentis animum perspexerit esse deuotum, ut supra C.xxvi. q.ult. Tempora<sup>44</sup>. *Et sanguis*, idest peccatum. Pro peccato enim sanguis accipitur, ut ibi: 'libera me de sanguinibus, Deus, Deus meus'<sup>45</sup>. Vsque *nos alieni a consortio*. Hinc collige quod non imputatur prelato subditorum malitia ex quo per eum non stat quo minus sint correpti, ut supra d.xlvii. c.ult.<sup>46</sup>, d.xliii. Ephesiis<sup>47</sup>, C.vii. q.i. § Hoc tunc<sup>48</sup>, C.xxvii. q.i. c.ult.<sup>49</sup>

9. *Si quid uerius usque utrumque*, scilicet occidere et ea uiuente aliam ducere. Secundum legem Christi, scilicet Mosaicam, ubi adulterium et homicidium prohibentur. Vsque faciat adulterium. Et nota quod hic non 65 permittit Augustinus ei adulterium facere, quia hec permissio facientem non excusat a crimine, sed duo mala comparat, adulterium scilicet et homicidium et quod horum sit minus ostendit. Et est potius sinitio quam permissio appellanda.

11. *Hoc ipsum usque septem diebus*, preter rationem hic assignatam, tamen

46 quia] que A] quoniam P 47 mala] mali La P fuerint] sunt Ba La dies] dicit Lp Iob] Iacob Lr Lp A redimentes] redimite A 48 quoniam] quia A adiutus] admittimus P 52 presumpsit] presumit Lr Lp necare om. P 53 placet] ibi add. Ba A La R P non om. Lr Lp<sup>ac</sup> 55 similia] consimilia Lr Lp adduntur] ad Lr] admittuntur Lp] audiuntur P erat] erant A F 56 temperare] temporare P 57 pro om. Ba A La P debitam] debito R perspexerit] inspexerit Lr Lp 60 meus om. La 61 prelato] marito Lr malitia] nequitia P ex quo om. Lr Lp sint om. Lr 62 ut] arg. add. A 65 Christi scilicet om. Ba 66 prohibentur] prohibetur A 67 ei om. La P 69 sinitio] seutio P 71 hic assignatam] hiis non assignat Lr Lp tamen om. Ba A La P

<sup>40</sup>Cf. Jb 21,30

<sup>41</sup>Eph 5,16

<sup>42</sup>C.1 q.1 c.7

<sup>43</sup>Cf. SL C.33 q.2 c. 8 v. *Vxorem ducere*

<sup>44</sup>C.26 q.7 c.2

<sup>45</sup>Ps 50,16

<sup>46</sup>D.47 c.10

<sup>47</sup>D.43 c.4

<sup>48</sup>C.7 q.1 p.c.48

c.43

<sup>49</sup>C.27 q.1

hec ratio potest assignari. Forte ideo septennis penitentia peccanti iniungitur ut sicut peccando septiformem gratiam Spiritus Sancti offendit sic per septenarium penitens Spiritui Sancto satisfaciat contra cuius septiformem gratiam peccando uenit.

75     15. *Latorem*. Sed queritur cur iste matricida ab uxoris non prohibetur copula cum uxoricide perpetua continentia indicatur, ut supra e. q. Admonere<sup>50</sup>. Diuersitatis hec ratio potest assignari. Proniores enim sunt homines ad uxores quam ad matres necandas. Vnde illud debuit prohiberi  
80     fortius quod solet frequentius euenire. Et hic est casus ubi quod maius est, minus punitur. Vel ibi prohibetur ne contrahat, hic uero contracto permittitur uti. Et multa impediunt contrahendum que non dirimunt iam contractum<sup>51</sup>.

85     19. *Antiqui*. Hic est casus huius capituli. Quidam cognouit consanguineam sue uxoris in tertio uel in ulterioribus gradibus, propter quod publicam penitentiam accepit. Modo queritur an uxori debeat debitum reddere. Et dicitur quod de iure, tum iste propter incestuosum adulterium tum propter publicam penitentiam, non debet uxori commisceri. Sed propter iuuenheim etatem ei conceditur ex misericordia uxori debitum reddere. Ea  
90     tamen mortua aliam ducere prohibetur, quod in uxore ipsius non obtinet. Publica uero penitentia uni coniugatorum imponi non debet et sine consensu alterius, ut infra C.e. q.iiii. c.ult.<sup>52</sup>, quia continentiam sibi habet annexam, ut supra e. q. De hiis<sup>53</sup>, que nisi de communi consensu promitti non potest<sup>54</sup>.

---

72 hec *om. Lp*     Forte] enim *add. Ba A La P*     76 *Latorem om. Lr Ba La P*     Sed queritur  
*om. Lp<sup>ac</sup>* *Ba A La R P*     non] uero *La*     77 uxoricide] uxori eidem *Lp*     perpetua]  
*perpetuo A om. P*     continentia] penitentia *Ba*     *supra* - 78 assignari *om. P*     79 necandas]  
*negandas P*     *Vnde*] Et ideo *Ba*     81 uero *om. Ba*     82 Et] quia *A*     84 *Antiqui*]  
*Vtique Lr Lp*     *Antiqui* - 93 potest *om. La P*     *capituli*] *decreti Ba*     87 iure] communi  
*add. Ba A*     *tum*] *cum R*     iste] *tunc add. R*     *tum iste*] *iniuste Lp*] *iste tum tr. A*  
88 *Sed*] *Tum Lr*] *Cum Lp*     90 uxore] muliere *Ba A R*     91 *et om. A*     92 sibi]  
*similiter add. A*     93 *De om. Lr Lp R*     *De hiis om. Ba*     *promitti*] *committi Lr Lp*

---

<sup>50</sup>C.33 q.2 c.8     <sup>51</sup>Cf. SL C.33 q.2 c.15 v. *Latorem usque oblationes*     <sup>52</sup>C.33 q.4 c.13     <sup>53</sup>C.33  
q.2 c.12     <sup>54</sup>Cf. SL C.33 q.2 c. 19 v. *Antiqui*. Summa Simonis omittit quaestionem III, De  
penitentia.

## &lt;Q. IIII&gt;

§ *Quod autem.* Tempore orationis non potest quis uacare continentie nisi fuerit ab uxore permisus, ne dum uxori debitum denegat, tribuat ei fornicandi licentiam.

5 4. *Si causa usque ratio conceptus.* Debent enim uiri saltem imitari pecudes ut postquam uxoris uenter intumuerint, non eas opprimant et emittere abortum compellant, ut supra C.xxi. q.iii. *Origo*<sup>55</sup>. Nec ipse debent ulterius dare maribus copiam sui, ut supra C.xxi. q.vii. Non solum<sup>56</sup>. Vsque *et partus*. Nam secundum legem canonicam non debet uir ad enixe 10 mulieris concubitum accedere donec qui gignitur ablactetur, ut supra d.v. Ad eius<sup>57</sup>.

7. *Vir usque sine uoluptate,* que inter coniuges est ueniale peccatum et per bona coniugii absorbetur. Vsque *ecce iniquitatibus*, idest in peccato originali 15 quod omnium iniquitatum et peccatorum est causa. Vel non prima, sed secunda conceptione hic accipitur, scilicet cum anima corpori infunditur, que sine peccato fieri non potest<sup>58</sup>.

8. *Non oportet usque ante nuptias.* In nuptiis enim solent homines comessationibus et ebrietatisbus deseruire, cum econtra illo tempore, teste Ambrosio, debeamus uti parcus cibis et potibus.

20 10. *Non oportet usque separantur,* ad tempus. Quidam dicunt hanc separationem esse faciendam quia est matrimonium. Licet enim tempus feriarum impedit matrimonium, non tamen dirimit iam contractum. Alii uero dicunt perpetuo hanc separationem esse faciendam, quia non est

## &lt;Q. IIII&gt;

2 orationis] ordinis **Ba** 6 uxoris *om.* **La P** uenter] ventres **A om.** **P** intumuerint] intumuerit **A** 8 dare] indulgere **Ba A La P**] facere **R** 10 gignitur ablactetur] gignuntur ablactentur **Lp** 12 usque] *aut Ba A uoluptate*] uoluntate **La** 13 absorbetur] absorbentur **Lr** 14 prima] de *praem.* **Ba A La P** 15 secunda] de *praem.* **Ba A La P** 17 ante] *aut F* 18–19 teste Ambrosio *om.* **A** 19 parcus] uerbis add. **Lp** **Ba A**] in his add. **La P** potibus] et uerbis add. **R** 20 tempus] Ad tempus add. **Ba** 21 quia] non add. **La** quia est matrimonium *om.* **Lp Ba A R** Licet] Quod hodie Romana tenet ecclesia; nam idem est etiam ubi nuptie sunt contra speciale ecclesie interdictum celebrate (celebratum **A**), ut in Extra. Ex litteris (1 Comp. 4.17.3 - X 4.16.2) *praem.* **Ba A** 22 matrimonium] contrahendum add. **A** 23 esse *om.* **A**

<sup>55</sup>C.32 q.4 c.5<sup>56</sup>C.32 q.7 c.15<sup>57</sup>D.5 c.4<sup>58</sup>Cf. SL C.33 q.4 c.7 v. *iniquitatibus*

- matrimonium ubi interuenit ecclesie interdictum, quod uidetur ex quodam  
 25 Extra. c. posse colligi, Sollicitudini<sup>59</sup> et in Extra. Videtur<sup>60</sup> et c. Littere quas  
 nobis<sup>61</sup>. Sponsalia tamen credimus posse contrahiri illo tempore que per  
 uerba de futuro contrahuntur, quia non statim contrahitur matrimonium,  
 non autem ea que per uerba de presenti contrahuntur.
12. § *Apostolus nec ad tempus*, scilicet longum, ne uxori tribuatur occasio  
 30 fornicandi. Non tamen credimus quod in nocte Natiuitatis ei debeat debitum  
 reddere. Vtrum tamen secundum eam regulam secundum quam nobis  
 determinare non licet quod non determinauit Apostolus, uidetur quod nec  
 breui etiam tempore debet uir orationi uacare uxore inuita.

### <Q. V>

§ *Quod autem*. Istud est expeditum, quod sine uxorii licentia uotum  
 continentie uir non potest Deo promittere quia, teste Apostolo, uir non habet  
 5 potestatem sui corporis, sed mulier; eadem ratione nec mulier sine consensu  
 mariti. Mulier enim non habet potestatem sui corporis, sed uir, nec uult  
 Deus ut de alieno quis offerat. Talia enim uota non approbat Altissimus, ut  
 infra e. q. Vna<sup>62</sup>.

1. *Si dicat usque pro sanctificatione*. Contra inuenitur supra C.xxxii. q.ii.  
 Connubia<sup>63</sup>, sed ibi presentia Spiritus Sancti, spiritus prophetandi, accipitur.  
 10 Vel dicas quod hic non meretur quis sanctificationem ex opere quod habet  
 uoluptatem sibi annexam, sed propter rectam intentionem quam uult uxori  
 debitum reddere, ne ipsa fornicetur. Vel illud intelligitur quando causa  
 incontinentie et uoluptatis uir uxori coniungitur, istud uero quando causa

24 interuenit] est A ecclesie *om. Lp* 25 Sollicitudini] Sollicitudinis *Lp*] Sollicitudo **Ba**  
 et - Videtur *om. Lp* Littere] ult. Iterum *Lr Lp* 27 quia] et tunc A quia - 28 contrahuntur  
*om. La P* 28 contrahuntur *om. Lr Lp* 30 Natiuitatis] nouitatis *La* debeat] debent *Lr*  
*Lp* 31 Vtrum] Non A Vtrum - 33 inuita *om. La P* 32 determinauit] terminauit A

<Q. V>

2 Istud] autem *add. P* 4 sed mulier - 5 corporis (*bis repetitur*) *Lp om. A (omoio.)* 5 mariti]  
 uiri *P*] sui *add. La P* enim non] nec *La P* 8 *Si dicat* - 14 tantum *om. La P* 9 *Sancti*]  
 scilicet *add. A* spiritus] presentia *Lr Lp* 10 ex] eo A 11 uult *om. Lr Lp*  
 12 ne - fornicetur *om. A*

<sup>59</sup>1 Comp. 4.4.4(6) (=X -), JL 14235      <sup>60</sup>1 Comp. 4.17.1 (=X 4.18.3), JK 384      <sup>61</sup>1 Comp.  
 4.17.2 (=X 4.16.1), JL 14055      <sup>62</sup>C.33 q.5 c.6      <sup>63</sup>C.32 q.2 c.4

suscipiende prolis tantum.

15 4. *Quod Deo usque nullus defendisset annorum.* Hoc enim ideo euenit quia usus matrimonii prescriptione non tollitur, sicut nec quedam alia, ut di.c. Contra morem<sup>64</sup>, C.i. q.i. Nullus<sup>65</sup>, C.xvi. q.iii. Prima<sup>66</sup>, d.xciii. Illud<sup>67</sup>. Vsque *sine arbitrio eius.* Hic opponitur: aut perpetuum et sollempne uotum continentie isti fecerant, aut non. Si perpetuum, ergo poterat alter inuito altero ad monasterium conuolare, ex quo a mutua seruitute inuicem se absoluuerant. Item si ad tempus uotum fecerant, quid est quod dicit 'usque in finem'. Ad hoc dicunt quidam quod ad tempus continentiam uouerant, quam debebant seruare, non dico usque ad finem uite sed uoti.

20 6. *Vna sola usque et uoluntate communi.* Hoc uerum est generaliter, nisi alter fornicationem committeret. Tunc enim alter inuito altero, posset ad monasterium conuolare, ut supra C.xxvii. q.ii. Agathosa<sup>68</sup>. Vsque *si quis ex alieno.* Alienum uocat hic illud quod non in uiri sed in potestate mulieris est, scilicet uxori debitum reddere. In hoc enim uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Exigere uero in potestate uiri est. Vnde etiam inuita uxore hoc potest Deo offerre, ne scilicet exigat<sup>69</sup>. Sed queritur: ecce uouit quis quod non exigeret debitum ab uxore; queritur modo an sit iste dicendus continens uel uxore mortua possit aliam ducere, ut non ueniat contra uotum. Et quidem licet quantum ad se sit continens, non tamen simpliciter est continens appellandus. Et forte matrimonium posset contrahere nec esset tamquam uoti uiolator notabilis si non haberet animum exigendi. Melius tamen consulti sibi si abstinet, quia in huiusmodi opere siue exigens siue reddit exactus, semper tamen est uoluptas in opere et alterius delectantur amore.

15 Deo] de eo **La** usque] *numerus te add.* **Lp Ba A La R P** *defendisset*] *offendisset* **Ba** enim *om.* **Lr Lp** 16 *ut*] *arg. add.* **A** 17 *iii.*] *ult.* **In Lr Lp** 19 *alter*] *altero* **Lr altero** *om.* **A** 20 *quo a*] *qua autem* **P** 21 *quid*] *qui R* 22 *quidam* *om.* **Ba** *ad*] *in R* **P** 23 *uite*] *non dico P* *sed uoti*] *seruare R* *uoti om.* **Lr**] *Vel dicas quod quamuis* *perpetuum continentiam promisissent, ea tamen lege est factum ut insimul habitarent add.* **Ba** **A** 25 *fornicationem - alter om.* **Lp** *enim*] *tamen Ba* 27 *hic om.* **Lp** *illud om.* **Lp La** *non om.* **Lr** *in<sup>1</sup>* *om.* **Lp P** 28 *enim om.* **Lr** 29 *uero*] *non La* *etiam*] *et Lr* 30 *scilicet exigat om.* **Lp** *queritur - 31 uxore om.* **Lr (omoio.)** 32 *uel - 33* *continens om.* **P(omoio.)** 33 *sit - est om.* **Lr Lp (omoio.)** 35 *si*] *uero add.* **Lr Lp** *non om.* **Lr** 36 *exigens*] *sit praem.* **Ba** 37 *uoluptas*] *uoluntas Lr R* *opere*] *alterius add.* **Ba** *et*] *in add.* **Ba** *alterius*] *altero BaP<sup>c</sup>*] *alterutro A La P*

<sup>64</sup>D.100 c.8      <sup>65</sup>C.1 q.1 c.124      <sup>66</sup>C.16 q.3 c.13      <sup>67</sup>D.93 c.22      <sup>68</sup>C.27 q.2 c.21      <sup>69</sup>Cf.  
SL C.33 q.5 c.6 v. *Vna sola, ex alieno*

## &lt;CAVSA XXXIII&gt;

*Quidam uir in captiuitatem.*

## &lt;Q. I-II&gt;

*§ Vtraque questio terminatur.*

1. *Cum per bellicam cladem.* In hoc c. dicitur quod si uir alicuius in captiuitatem deducitur et tandem coram ecclesia sit ei fides de morte mariti,  
 5 quod licite potest ista, si uoluerit, ad secunda uota transire et qui istam accipit sine culpa potest secum opera coniugalia celebrare, si tamen eam a uiro esse solutam existimet. Sed opponitur et queritur quomodo talis concubitus sit licitus uel possit excusari a culpa, cum hec non sit eius coniunx cuius maritum constat uiuere, licet uiuere non credatur. Ad hoc  
 10 dicimus quod excusatur talium coitus, non propter bona matrimonii, que ibi interuenire non possunt, sed per ignorantiam iustum contrahentium et ecclesie permittentis auctoritatem. Cum enim isti contra conscientiam non coeunt, non possunt edificare ad Gehennam. Vnde hic habes casum specialem ubi adulterium committitur, quia alterius thorus in ueritate uiolatur nec tamen adulterii reatu qui hec perpetrat tenetur obnoxius.  
 15 Similem casum inuenies infra, e. q. c. In lectum<sup>1</sup>. Filii autem quos isti suscipiunt eo tempore quo eorum matrimonium ab ecclesia tamquam legitimum toleratur nec infamie asperguntur macula nec a parentum hereditate possunt repelli, ut in Extra. c. Cum inter<sup>2</sup> et c. Accessit<sup>3</sup>. Qui  
 20 uero suscepti sunt postquam uir rediit alio iure censemur. Cum autem uir et maritus reuertitur, sicut mulier ad uirum primum redire compellitur, sic uir iste secundus ad alia, si uult, potest uota transire. Si uero maritus huius

2 *Quidam om. P*

<Q. I-II>

3 alicuius *om. Lp P* 4 deducitur *Lp Ba A La P* ] ducitur *R* coram ecclesia *om. Lp La P* de morte *om. A* 5 potest *om. A* ista ] secum *add. Lp* si uoluerit *om. A* 6 secum *om. Ba* 7 quomodo ] an *Ba* 8 concubitus ] coitus *Lp Ba A La P* excusari *P* 9 uiuere<sup>1</sup> *om. P* 12 permittentis ] penitentium *P* isti *om. R* 13 hic ] hinc *A* 15 tamen ] cum *P* 16 quos *om. Lr* 17 suscipiunt ] suscepserunt *Lp* 20 postquam uir rediit *om. La P* autem ] ergo *Lr* uir ] mulier *Lp* 21 maritus ] uerus *add. Ba A La P* 22 alia ] aliam *Lp* potest *om. P* ] postea *add. Lr* post *add. Lp*

<sup>1</sup>C.34 q.1-2 c.6    <sup>2</sup>1 Comp. 4.18.2 (=X 4.17.2), JL 14194    <sup>3</sup>1 Comp. 4.2.6 (=X 4.2.5), JL 13887

mulieris et uxor illius uiri morte rapta nature concesserint, non credimus quod ratione prioris uinculi ad inuicem cogantur coniungi, nisi iterum 25 uellent matrimonialiter copulari. Vsque *aut ab iniqua dominatione*. Istud membrum non prosequitur. Nam in hoc casu non liceret ei alii nubere ex quo sciret eum uiuere, licet carcerali custodia mancipatum, ut supra C.xxxii. q.v. Puto<sup>4</sup>. Vsque *qui non esse existimabatur*. Nam si sciret uel crederet uirum illius uiuere, adulterii reus esset ex quo scienter thorum alterius uiolaret. 30 Item queritur an ista que carnem suam diuisit in alium, possit uirum de captiuitate redeuntem petere iure suo. Et credimus quod sicut ille istam, ita ista potest eum petere, non obstante eo quod alteri est ignoranter coniuncta, nisi uir probaret eam scienter alteri fuisse coniunctam, cum crederet uirum, 35 licet captum, in rebus humanis existere nec fuisse morte occupatum. Tunc enim ipse peracta penitentia posset repetere, ut supra C.xxxii. q.i. De Benedicto<sup>5</sup>, ipsa uero eum nequaquam ut supra C.xxvii. q.ii. Agathosa<sup>6</sup>.

4. *Si quis.* Hic queritur an mulier teneatur uirum suum sequi cum in patria uel propter metum principis uel alia de causa non sit ei tutum morari. Et quibusdam placet eam teneri. Vnaqueque enim mulier sequi debet uirum suum, tam in uita quam in morte, ut supra C.xiii. q.ii. Vnaqueque<sup>7</sup>. Cum enim uiri et mulieris sit una caro et interueniat unio separationis signata, quomodo ergo una caro ex parte exiret prouinciam et ex parte in prouincia remaneret. Et secundum istorum sententiam, si sequi uirum contempneret, ecclesiastica deberet animaduersione compelli. Quidam uero in contrarium sentiunt et illud Augustini non precepti sed consilii esse dicunt. Simile in

23 rapta] rapti Lr Lp non credimus] dicimus La P 24 prioris om. A iterum] alterum Lr Lp R 25 uellent] uellet Lp] uelint R Jinde add. R 26 prosequitur] sequitur Lp liceret] liberet Lp ei om. La P 27 uiuere] nubere P licet om. P carcerali] carnali Lr Lp] carcerarii P 28 esse om. P uel] et Lr Lp 31 sicut om. Lr 32 eum] istum La coniuncta] adiuncta A 34 nec] non P morte] uite termino Ba A La] in termino P 35 ipse] eam add. Ba A La P 36 Agathosa] Aga. Lp] Fiet autem fides (aut add. A) ecclesie de morte uiri testibus qui morti interfuerint. Vel forte per famam communem et indicia uiolenta uel quia consulitur (consuletur A) ille sub quo mortuus militabat, ut Cod. lib. v. De repudiis, Vxor (5.17.7) et (et om. A) usque ad quinquennium expectabit, ut eodem tit. Autenticus, Hodie (-) add. BaPc A 39 eam] eum A 40 morte] uita P 41 et interueniat - signata om. Lr Lp<sup>ac</sup> et - 42 caro om. Lp<sup>ac</sup> Ba (omoio.) et om. P interueniat om. La P separationis] separationi A 42 quomodo] quoniam A ergo om. P 43 remaneret] maneret A 44 ecclesiastica] et *praem.* Lp deberet om. Lp 45 non precepti sed consilii] non consilii sed precepti A

4C.32 q.5 c.16

5C.32 q.1 c.5

6C.27 q.2 c.21

7C.13 q.2 c.3

Extra. c. Peruenit<sup>8</sup>.

5. *Si uirgo.* Arg. huius canonis uoluerunt quidam dicere quod ratione prescriptionis nullus a peccato defenditur et si sibi uult consulere, tenetur restituere que prescripsit. Michi uero non placet hec sententia. Dico enim quod si per continuum xxx annorum spatium rei alienae non habeam conscientiam, quoad utrumque forum tutus ero nec huius possessionis retentio saluti anime generat impedimentum. Quod autem hic dicitur 'cum uero scierit' etc., ante completum spatium prescriptionis intelligo.
6. *In lectum.* Si iusta ignorantia ductus iste uxoris sororem cognouit ut quid ergo penitentia ei ob hoc iniungitur et scelus dicitur quod commisit. Sed penitentia huic non propter criminis conscientiam iniungitur, sed potius ad cautelam, ut supra d.l. Presbiteros<sup>9</sup> et d.xxviii. De Siracusane<sup>10</sup> et d.lxiii. Quanto<sup>11</sup>. Item scelus hic dicitur esse commissum, non quod in coniunctione tali esset scelus ubi iusta interuenit ignorantia, sed quia scelus consuevit committi cum quis consanguineis uel affinibus impudice coniungitur et scienter miscetur. Vnde hinc habes quod uoluntas imponit nomen operi et secundum uoluntatem et propositum maleficia distinguuntur. Vel potest dici quod culpam iste commisit quare et penitentia ei iniungitur et sceleris censemur nomine quod perpetratum est. Crassa enim et supina fuit hec ignorantia nec debuit in uirum cadere diligentem. Debuit enim et per tactum corporis et per uocis differentiam ab uxore uxor sororem discernere. Non enim uerisimile est eum ignorasse qualitates corporis sue coniugis quam frequenter et familiariter tractauerat et amplexatus fuerat.

---

47 *uirgo*] *uero* P    48 *sibi om.* La P ] *anime Ba A R*    49 *prescripsit*] *scripsit* P    enim *om.* La P    50 *xxx*] *uel xl add.* Ba A    *habeam*] *habuit* Lr ] *habuerit* Lp R ] *habui* A P  
 51 *ero*] *erit* R    53 *prescriptionis om.* La P    54 *In lectum*] *Intellectum* Lr    *iste*] *est* P  
 55 *ei - 56 penitentia om.* La P (*omoio.*)    *hoc*] *id A*    56 *huic*] *hic* P    *iniungitur om.* P  
 59 *interuenit*] *inuenitur* Lp ] *interuenit rep.* La    *sed om.* La    *quia*] *scilicet add.* La P  
 61 *miscetur om.* La P    62 *et propositum*] *propositi* La P    *maleficia distinguuntur*]  
*malicia distinguitur* P    64 *perpetratum est*] *patrauit* A La P    65 *uirum*] *inuriam* La ]  
*iniuria* P    *cadere*] *decadere* Lr<sup>ac</sup>    66 *per om.* A    67 *enim om.* A P    68 *et<sup>1</sup> om.* A

---

<sup>8</sup>1 Comp. 4.8.1 (=X 4.8.1), JL 13794    <sup>9</sup>D.50 c.32    <sup>10</sup>D.28 c.13    <sup>11</sup>D.63 c.10

## &lt;CAVSA XXXV&gt;

*Quidam uir mortua uxore sua*

## &lt;Q. I&gt;

§ *Quod consanguineas nostras.* Quicquid Magister in subdito paragrapho allegando interset, quicquid disserendo inducat, non credimus quod ueritati preiudicet. Hoc ergo circa presentem articulum tradimus, hoc dicimus esse tenendum quod, sicut ab affinium copula summopere precipimur abstinere sic uicinitati sanguinis deferentes, ab eorum coniunctionibus debemus suspendi attentius que nobis sanguinis linea coniunguntur. Incestuosus enim et horribilis cunctis efficitur qui motus renum non temperans, sororis audet turpidinem reuelare et usque ad proximas sanguinis libidinose uoluptatis presunit frena laxare. In Testamento tamen Veteri duabus de causis consanguinearum coniunctio legitur fuisse permissa, tum necessitatis, tum etiam iuste rationis causa. Cum enim humanum genus per filiorum multiplicem susceptionem deberet excrescere et crescendo suscipere incrementum nec preter contribules et eiusdem stipitis compagines possent aliqui reperiri, euidens compellebat necessitas ut uiri coniuges consanguineis coniugibus iungerentur. Iusta rationis causa illa fuit ne si alienigenam quis in uxorem acciperet et uxori morem gereret et ante aram ignoti numinis thura poneret et incuruare genua cogeretur. Nunc autem quia necessitas illa sublata est de medio que hoc fieri compellebat, cessante causa cessare debuit pariter quod urgebat maxime cum illud uideatur misticum fuisse et cum lege sopitum. Vt ergo caritas se

2 *Quidam uir om. P*      *uir om. F*      *sua om. Lp Ba*

<Q. I>

2 subdito] subiecto A    3 interset] interficerat P    4 ergo om. A    5 ab affinium] a baptismum P    6 uicinitati] // Lr] uicinitatis Lp] ciuitatis P    sanguinis] linea coniungamus add. P    7 debemus] coniunctionibus add. Lr    8 horribilis] odibilis Ba A La R P    9 temperans] qui add. Lr Lp    reuelare] releuare Lr    10 sanguinis] sanguine A La P    uoluptatis] uoluntatis A La    laxare] lixare A    11 tamen] enim Ba P] autem R    12 tum<sup>1</sup>] etiam add. Lr    13 multiplicem] multitudinem Lp susceptionem] acceptionem La] exceptionem A    deberet] debent A    15 compagines] propagines A La P    16 Iusta] Iuste A    17 illa om. Lp    acciperet] duceret A 18 aram] ianuam Lr Lp    numinis] dei Lp    poneret] ponere A    19 Nunc om. P 20 pariter om. Ba A La P    urgebat] ob causam creditur fuisse introductum Ba A La P 21 fuisse] esse P    sopitum] scriptum Lr

latius extenderet et sinus suos fortius explicaret et bonis moribus receptum est et censura canonum interdictum, ne quis infra vii gradum consanguineis uel affinibus iungeretur.

### <Q. II-III>

§ *Quia ergo.* Circa consanguinitatis et affinitatis regulam nolumus noua dogmata et moras solitas adhibere, sed magistrorum uiam nostrorum sequimur et doctorum dogmata approbamus. In summis<sup>1</sup> ergo reperies quid circa hec sit tenendum.

1. *De affinitate usque per gradus cognationis.* Hinc habes quod non ex parte appositionis sed cognationis sunt gradus affinitatis computandi, ut uerbi gratia: uxor fratri mei est michi affinis in primo genere affinitatis et primo gradu est quidem consanguinitatis mee apposita. Omnes ergo qui a me descendunt erunt ei in primo genere affinitatis sed in disparibus gradibus ut: ecce filius meus est in primo genere et in secundo gradu, nepos in primo genere et tertio gradu et hoc secundum regulam que dicit, persona addita persone per carnis propagationem mutat gradum sed non genus, non autem e conuerso; nam si illa fratre meo mortuo ex secundis nuptiis filias suscepit, michi non attinebunt ratione affinitatis; sed causa publice honestatis michi coniungi non possunt. Neptis uero eius et deinceps michi non prohibetur coniungi. Vsque *nam et hereditas.* Istud 'nam' non uidetur facere ad propositum, cum leges usque ad xiiii gradum computent parentelam et extendant, sed quia dicit canon non est mirum si usque ad vii gradum consanguinitatis prohibetur, cum etiam seculi leges usque ad

22 sinus] si non Lr ] si ante Lp

23 infra] in A

### <Q. II-III>

3 dogmata] documenta Ba ] tradere add. Ba A R magistrorum] magistro P uiam] illam R nostrorum] nomine Lp om. R ] nostrum P 4 dogmata] documenta Ba 6 cognationis - 7 gradus om. P (omoio.) 7 ut om. A 8 affinitatis - 12 genere om. P 9 quidem] que Lr Lp om. Ba R ergo] igitur Ba<sup>pc</sup> 10 genere] etiam in add. Lr ] et tertio gradu add. R<sup>ac</sup> in<sup>2</sup>] secundo add. Lr 11 est] ei add. Ba A ] michi La 12 nepos - gradu om. La (omoio.) et<sup>1</sup>] in add. A tertio] in secundo P 13 propagationem] purgationis sue P 14 non autem] sed non Ba<sup>pc</sup> 15 filias] filios A 19 parentelam om. A extendant] attendant P quia] quasi A 20 consanguinitatis - 21 gradum om. P seculi] iudices add. Lr ad - 21 uel om. Ba (omoio.)

<sup>1</sup>Cf. C.11 q.3 c.10, n.36

vii. gradum et ultra etiam differant hereditatem uel usque ad vii. gradum canonicum, qui tamen est xiii. legalis, ut infra C.e. q.v. Ad sedem<sup>2</sup>.

3. *De propinquis.* In hoc c. agitur de affinitate primi et secundi generis. Et primo de secundo genere exemplificat. Eritque casus talis: uxor mea habet  
 25 consanguineum qui attinet ei in quinto gradu consanguinitatis michique attinet in primo genere affinitatis et quinto gradu eiusdem primi generis. Vxor uero eius est michi in secundo genere affinitatis et quinto gradu, propter regulam que dicit: persona addita persone per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Sic ergo ego et illa sumus affines in secundo  
 30 genere affinitatis et in v. gradu. Et hec affinitas contracta est per uirum illius quantum ad eam et per uxorem meam mediantem quantum ad me. Mortuo ergo uiro illius et uxore mea, potero eam accipere, quia secundum genus affinitatis non habet usque ad v. gradum prohibitionem ut 'usque' inclusuum intelligatur. Vsque equaliter uir etc. Per negationem hoc intelligas  
 35 et est sensus: sicut nec consanguineis ita nec affinibus primi generis debet quis matrimonialiter copulari, nam primi generis affinitas equis passibus ambulat cum consanguinitate.

4. *Qui propinquam usque separantur.* Et nota quod cum iudicio ecclesie separatur quis ab uxore, dotem ei reddere compellatur, ut in Extra.  
 40 c. Ex conquestione<sup>3</sup>. 'C. mulieris nobis innotuit quod R. quondam uir eius a quo, sicut dicitur, fuit iudicio ecclesiastico separata, dotem sibi reddere contradicit. Quia uero indecens est et a iuris ordine alienum ut predicta mulier dotem suam amittat, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si eadem mulier a predicto uiro iudicio fuit  
 45 ecclesiastico separata, ipsum moneas et si necesse fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districione compellas, ut predicte mulieri dotem suam restituat aut secundum consuetudinem terre in presentia tua iustitie plenitudinem exibeat'.

---

21 gradum *om. A* etiam] et **P** differant] deferant **A** uel] sed **R** usque *om. Ba*  
**La** gradum *om. Lr Lp<sup>ac</sup>* **A** 25 quinto] quarto **P** 26 genere] gradu **P** quinto]  
 ii. **A** 27 eius] huius **Ba** **A** 30 in *om. A* 31 ad eam - quantum *om. A* 33 v.]  
 vii. **Ba** 34 inclusuum] inclusiue **A La**] clusiuum **R** *uir*] *erat* **Lr Lp** 36 quis]  
 aliquis **A** 38 usque] *et add. A* 39 reddere] credere **P** compellatur] compelletur  
**A** 40 C.] Enim **Lr Lp**] e. **A** mulieris] mulierum **A** nobis *om. P* 41 fuit]  
 sit **P** 42 iuris ordine] iurisdictione **Lr** 43-44 per apostolica scripta mandamus *om. P*  
 44 quatenus si] in quantum sicut **P** si] sit **Lr**] sic **Lp** eadem] ea **A** 45 moneas]  
 monere **Lr Lp** 48 exibeat] exuberat **Lr Lp<sup>ac</sup>**

---

<sup>2</sup>C.35 q.5 c.2      <sup>3</sup>1 Comp. 4.21.2 (=X -), JL 13766

5. *Si quis.* Ad hoc probandum c. introducitur scilicet quod in  
 50 consanguineorum coniunctionibus scientia nocet, ignorantia uero prodest.  
 Vsque *numquam accipiat uxorem*, propter enormitatem delicti hoc statuitur.  
 Incestuosis enim scienter coniugium denegatur, ut infra e. q. De incestuosis<sup>4</sup>.

8. *De incestis usque nichil uenie reseruamus*, scilicet qui sint infames uel  
 ad hoc ut non debeant separari. Vsque *priuigne sue*, non patrui; nam patrui  
 55 uel auunculi priuignam ante eius copulam genitam possum accipere in  
 uxorem. Vel de illa priuigna dicit quam patrui uxor post mortem patrui  
 suscepit. Vsque *uel concubitu*, scilicet fornicario. Vnde patet per fornicarium  
 concubitum nasci affinitatem, ut infra e. q. Nec eam<sup>5</sup>. Vsque *ut ea*, scilicet  
 60 legitima uel que permissione Gregorii sunt concessa Anglicis, scilicet  
 in tertio gradu. Vsque *sane quibus*. Hoc de omnibus generaliter potest  
 intelligi quibus illicita sunt coniugia prohibita, licita uero concessa. Vel de  
 incestuosis quibus consanguinearum copula prohibetur, non aliarum et  
 65 hoc cum ignoranter eas acceperunt. Vel de incontinentibus hoc intelligitur  
 qui, licet scienter consanguineis iuncti fuerunt, tamen ab eis separati,  
 matrimonium contrahere non prohibitur, ut infra C.e. q.vi. Si duo<sup>6</sup>.

11. *Extraordinaria pollutio non nisi in naturalibus*, idest in membro a natura  
 concessso. *Admissa.* Hoc autem ideo dicit quia si in membro ad hoc non  
 concessso admissa esset, propter enormitatem criminis impediret, non  
 70 ratione affinitatis. *Vel*, idest etiam si sepius esset reiterata, dummodo non  
 fieret hoc maritali affectu et ita quod claustrum pudoris non sit corruptum,  
 non uidetur matrimonium impedire. Hoc est dicere si quis polluit aliquam  
 etiam sepe circa femoralia, dummodo non eam cognouisset uel maritali  
 affectu hoc non esset actum, istud tale non impediret quominus hec mulier

49 hoc probandum ] probationem **Ba** c. introducitur ] tantum inducitur **A** 53 *incestis* ]  
*incestuosis* **Ba** nichil - 54 debeant om. **P** qui ] quin **A R** 54 patrui<sup>1</sup>] uel priuignam  
 add. **R** nam - 55 auunculi om. **R** 55 priuignam om. **Lr Lp** 56 Vel] Et **Ba La P**  
 57 scilicet] idest **A** 59 concessa] permissa **Lr** 60 tertio] iiiii. **Lr** de om. **Lr Lp**  
 61 sunt] fuerunt **Lr** uero] sunt add. **La** 63 de om. **Lr Lp** incontinentibus] et  
 iuuuenibus (iuuentibus **P**) add. **Ba A La** 64 scienter om. **Lr** fuerunt] sint **Ba**] fuerint **A**  
**La** 67 *Admissa* - 68 concessso om. **R** (*omoio.*) membro] a natura add. **La** non] nisi  
**Lr Lp** 69 si om. **Ba** 70 hoc] non add. **Lp** om. **R** et ita - 73 affectu om. **P** (*omoio.*)  
 71 quis] quid **Lr** 72 etiam sepe om. **Ba A** eam om. **R** cognouisset] tunc enim  
 ratione affinitatis eam accipere prohibetur add. **A** 73 actum] nam tunc publica honestas  
 impediret add. **A**

<sup>4</sup>C.35 q.2,3 c.8    <sup>5</sup>C.35 q.2,3 c.10; Cf. SL C.35 qq.2-3 c. 8 v. *priuigne, concubitu polluerit*    <sup>6</sup>C.35  
 q.6 c.4

75 sic polluta posset matrimonium contrahere cum consanguineis pollutentis<sup>7</sup>.  
Et aliter potest exponi.

18. *In copulatione usque non diffinimus*, aliter scilicet quam sit diffinitum, scilicet usque ad vii gradum. Vel de linea ascendentis et descendenti loquitur que gradu non includuntur. Si enim hodie Adam uiueret, nullo iure posset matrimonium contrahere. Ideo tamen non inuenitur de eo specialiter prohibitum, quia non solent homines tamdiu uiuere et si uiuant, ad matrimonium contrahendum non possunt esse idonei<sup>8</sup>.

20. *Quedam usque experimento*. Subaudi legis Mosaice que dicit: 'turpitudinem sororis tue non reuelabis'<sup>9</sup>, ut infra C.e. q.viii. Hec salubriter<sup>10</sup> et etiam infra C.e. q.vii. Qui dormierit<sup>11</sup> uel experimento pene corporalis.  
85 Filii etenim ex incestuosis coniunctionibus geniti, propter paterna flagitia uariis solent infirmitatibus occupari; nam facto auctoris successio aliquando depriuatur heredis, ut supra C.i. q.i. Cito<sup>12</sup>.

21. (p.c.) § *Hac auctoritate*. Sic plane intelligas quod in paragrapho dicitur et non poteris, sicut nec audes, Gratianum improbare. Primo enim 90 soluit contrarietatem canonum qui de gradibus consanguinitatis uario modo loquuntur, tandem de affinitate interserit. Dicit ergo quod canones qui usque ad vii. gradum consanguinitatem computant et computando extendunt, patrem ponunt in primo gradu. Intelligas enim nomine patris, patris filium, qui ratione filiorum suorum pater dicitur et est tibi planum 95 quod dicitur. Item quod dicit canones qui usque ad vii gradum computant, ponunt filios in primo gradu sic exponas, idest duo nepotes. Et ita, si sic intellexeris, nulla est canonum contrarietas. Item inter Fabianum et Iulium, qui de affinitatis gradibus uidentur esse discordes, sic poteris solutionem

78 que] quo Lr Lp hodie om. Lr 79 inuenitur] constaret Lr de eo om. R  
80 specialiter] esse add. Lp A La R 81 possunt esse] sunt Lr 84 etiam om. Ba A R  
dormierit] dormierunt Lp 85 ex] de P incestuosis] incestis A flagitia] et  
add. P 86 uariis] nati Ba aliquando om. Lr 87 depriuatur] dampnatur Ba A  
La P Cito] tempore add. Ba ] Et nota quod in tertio gradu et ulterius dispensare potuit  
Gregorius. In primo uero uel secundo nequaquam, quia in lege Mosaica hoc fuit prohibitum.  
Nam sororis nomine etiam neptis intelligitur, ut supra C.xxxii. q.ii. Queritur (C.22 q.2 c.22)  
add. A 89 et non] ut Lr Primo] Priori Lr enim om. Lr 91 interserit] inter eos  
sit P 92 qui om. Ba vii] ii Lr ] secundum Lp 93 enim om. Lp ] ergo Ba A La P  
94 patris om. Lp 95 vii] vi A 96 duo] duos A

<sup>7</sup>Cf. SL C.35 qq.2-3 c. 11 v. *Extraordinaria pollutio* (in medio) <sup>8</sup>Cf. SL C.35 qq.2-3 c. 18 <sup>9</sup>Lv  
18,9; cf. Lv 18,11 <sup>10</sup>C.35 q.8 c.2 <sup>11</sup>C.32 q.7 c.21 <sup>12</sup>C.1 q.1 c.16; cf. SL C.35 qq.2-3 c.  
20 v. *experimento didicimus*

inferre, ut dicas Fabianum loqui de secundo genere affinitatis. Iulius uero et  
 100 Gregorius loquuntur de primo<sup>13</sup>. Hic ergo est sensus, licet confuse et obscure  
 hoc exponat Gratianus. Vsque *ut sunt uxores duorum fratrum*, que sunt inter  
 se in secundo genere affinitatis et ideo non possunt alicui coniungi. *Nisi in v*  
*gradu affinitatis inueniantur*. Descende in quartam lineam, repepe pretermissa  
 105 *si contigerit* etc. quasi dicat, ex hoc apparet quod uxores duorum fratrum  
 sunt in secundo genere affinitatis; nam ex hoc secundo nascitur tertium  
 genus. Si enim aliquis aliquam istarum duxerit in coniugem, ea mortua non  
 poterit alteram ducere, quoniam sunt in tertio genere affinitatis<sup>14</sup>.

22. *Porro.* Constructionis ordo: iustitia publice honestatis contradicit;  
*preter auctoritatem canonicam*, idest non solum publica honestas sed etiam  
 110 canonica institutio prohibet coniuges duorum consobrinorum nubere uni  
 uiro, alterum scilicet post alterius obitum. Et hoc est quod dicit, 'quamuis  
 diuersis temporibus'. Vno enim tempore pluribus nupta esse non potest<sup>15</sup>,  
 ut in Inst. l. i. de nuptiis, § Affinitatis<sup>16</sup>. Et nota quod sic prohibetur hic tertii  
 115 generis affinitas usque ad secundum gradum. Cum enim uxores duorum  
 consobrinorum sint in secundo genere affinitatis et in secundo gradu  
 eiusdem generis, ergo si quis alicui earum coniungitur, per carnis copulam  
 efficitur alteri in tertio genere affinitatis et in secundo gradu, quorum copula  
 hic prohibetur, quia sunt sibi affines in tertio genere affinitatis et in secundo  
 gradu.

### <Q. V>

#### § De gradibus.

3. *Porro* usque *filius uero eius*. Hinc collige affinitatem computandam esse  
 ex parte cognationis, non appositionis, supra C.e. q.ii. c.i.<sup>17</sup> Vsque *a me*. Non  
 5 dixit in secundo gradu erit mecum, sed *a me*, quasi dicat secundo gradu *a*  
*me distat*. Aliud est enim esse in gradu et aliud est distare gradu seu attinere

100 sensus] § add. **Ba A La P** 101 hoc] hic **A** 102 se in *om. Lr* 103 Descende]  
 descendit **A** 104 duorum] quarum **Lr** duorum - 105 secundo *om. P* fratrum]  
 non add. **Lr** 105 genere *om. Lr* 107 alteram] aliam **Lr** genere] gradu **Ba**  
 109 *preter om. P* etiam *om. A* 110-111 uni uiro *om. P* 111 alterum] alteram **A**  
 112 diuersis *om. A* 113 in Inst.] Institutionum **A** 114 generis *om. P* 116 quis]  
 aliquis **A** 117 quorum - 119 gradu *om. La P (omoio.)* 5 erit - gradu *om. P (omoio.)*

<sup>13</sup>C.35 q.2-3 p.c.21 § 1      <sup>14</sup>Cf. SL C.35 qq.2-3 p.c.21 v. *Hac auctoritate, si contigerit*      <sup>15</sup>Cf.  
 SL C.35 qq.2-3 c. 22 v. *porro, preter auctoritatem canonicam*      <sup>16</sup>Inst. 1.10.6      <sup>17</sup>C.35 q.2 c.1

gradu. Esse enim in gradu illi soli dicuntur qui equaliter descendunt ab eodem stipite, ut duo fratres sunt in primo gradu, duo nepotes in secundo, et sic de ceteris, ut infra c.i.<sup>18</sup> Distare uero uel attinere gradu dicuntur illi  
 10 qui inequaliter descendunt a stipite, ut nepos et patruus. Nepos ergo habito respectu ad stipitem dicitur distare duobus gradibus a patruo. Patruus uero uno et a nepote, quod est dicere nepos duobus gradibus descendit a stipite in quo fuit unum cum patruo. Patruus uero uno gradu descendit a stipite in quo fuerat unum cum nepote. Habito tamen respectu ad ipsos, patruus  
 15 dicitur distare a nepote uno gradu et nepos a patruo duobus. Quod stare nequit, ideo quia iam uicinior esset nepoti patruus quam patruo nepos<sup>19</sup>.

### <Q. VI>

#### § De gradibus.

1. *Consanguineos usque extraneorum*, qui scilicet sint male uite et sinistre opinionis. Alias enim extranei repelli non possunt. Vel de talibus extraneis  
 5 loquitur qui sicut a consanguinitate ita a consanguinitatis notitia sunt extranei et alieni. Et nota quod in causa matrimonii fides adhibetur consanguineis, quia ipsi precipue consanguinitatem nouerunt. Sunt etiam alia in causa matrimonii specialiter indulta propter fauorem matrimonii. Ibi enim testimonium de auditu recipitur, ut infra e. q. De parentela<sup>20</sup>.
170 9. *Pacem igitur.* Et nota quod propter ministerii huius significationem, que hic ponitur, semper debet pax in ecclesia dari, quamuis Bononiensis ecclesie aliter se habeat consuetudo. In missa uero mortuorum pax dari non consuevit. Et forte ideo duplex: est enim pax et temporis et peccatoris et ultraque indigemus nos qui sumus in hoc mundo, ut scilicet sint tranquilla nobis tempora et ne immerito ab immundis spiritibus infestemur quorum neutra indigent mortui. Requiescant enim a laboribus et in illa die pereunt omnes cogitationes eorum et quia ostenditur eos iam ad ueram peruenisse pacem. Eadem consideratione nec in missis monachorum pax datur, quia et ipsi in mundo sunt mortui, Deo autem uiuunt, ut supra C.xvi. q.i c.i.<sup>151</sup> et c. Si cupis<sup>152</sup>.

13. *Cotidie usque litigauerunt.* Hinc collige quod non sunt dicendi contrarii qui diuersa et contraria appetunt si ad unum eumdemque finem eorum intentio tendat, ut supra C.viii. q.i. In scripturis<sup>153</sup> et C.xxii. q.ii. Beatus<sup>154</sup>.

15. *Si non sunt usque ut excommunicetur,* idest pro quibus debeat quis excommunicari, quod est pro quolibet peccato criminali agendum de quo ecclesie satisfacere contempnit, ut supra C.xi. q.iii. Nullus<sup>155</sup>. Pro uenialibus ergo nullus abstinere cogitur, ut supra d.vi. Testamentum<sup>156</sup>.

17. *In cena usque criminibus,* scilicet enormibus que ecclesiam scandalizant,

---

164 sua ] sui A P ] scilicet propter // add. A (glossa in margine b fol. 67vb) Quid ] enim add. Ba A La P et sanguine om. La 166 in om. Lp et om. A dimittuntur ] delentur A infra om. A 167 Sacramentum ] uero add. La P maioribus ] ecclesie add. A (fol. 67vb, in margine b) 170 propter om. P 171 Bononiensis ] Boloniensis A Bononiensis ecclesie ] quarundam ecclesiarum La 173 ideo ] quia add. La est om. Lr enim om. La et<sup>4</sup>] quarum La quam P 175 inmerito] inmerite A 175–176 quorum neutra] sed neuter earum La 178 et om. A 179 in om. A La P 181 litigauerunt] litigant Lr Lp 183 supra om. A 187 vi.] proxima Lp 188 In cena om. R criminibus] criminalibus P

---

<sup>147</sup>C.1 q.1 c.84

<sup>148</sup>De cons. D.4 c.134

<sup>149</sup>De cons. D.5 c.3

<sup>150</sup>De cons. D.5 c.4

<sup>151</sup>C.16 q.1 c.1

<sup>152</sup>C.16 q.1 c.5; cf. SL

De cons. D. 2 c. 9

<sup>153</sup>C.8 q.1 c.9

<sup>154</sup>C.22 q.2

c.5; cf. SL De cons. D. 2 c. 13 v. *quamuis non uno modo*

<sup>155</sup>C.11 q.3 c.42

<sup>156</sup>D.6 c.1

- ut pro sacrilegio, ut supra C.xii. q.ii. De uiro<sup>157</sup> et homicidio, maxime in  
 190 uxore commisso, ut supra C.xxxiii. q.ii. Admonere<sup>158</sup>. Pro quibus autem  
 criminibus sollempnis sit penitentia iniungenda, inuenies supra d.l.  
 c. penult.<sup>159</sup> Et nota quod sollempniter penitentes non debent recipi  
 ad sacramentorum participationem nisi finito tempore penitentie, nisi  
 infirmitate superueniente, ut supra C.xxvi. q.vi. Qui recedunt, Is qui<sup>160</sup>.
- 195 Vnde quod in fine capituli dicitur uel secundum quarundam ecclesiarum  
 consuetudinem debet intelligi, uel expleta penitentia<sup>161</sup>. Quamuis enim  
 penitentes in cena Domini annuatim reconcilientur ecclesie, non tamen nisi  
 penitentia finita sunt reconciliandi ad sacramentorum participationem.
- 200 20. *Hii qui usque si non communicant*, idest si communione se dicunt  
 indignos, ad penitentiam accedant ut per penitentiam communione se  
 constituant dignos. *Si communicant*, idest si communione se dignos dicunt;  
*non semper abstineant*, a sacramentorum perceptione uel siue non; legetur  
 ita: *si communicant*, uitiis; *semper abstineant*, a sacramentis, quamdiu in uitiis  
 perseuerant<sup>162</sup>. *Si non fecerint*, idest si se non correxerint a uitiis, abstineant  
 205 a sacramentis. Vel aliter *si non fecerint*, idest si se corrigere contempserint,  
 abstineant ab ecclesie ingressu, quasi dicat sunt excommunicandi.
- 210 22. *Triforme est corpus Domini*, idest tres partes debent fieri, non quod  
 corpus diuidatur in se, sed quia sacramentaliter hec fieri dicuntur, ut infra e.  
 d. Qui manducat<sup>163</sup>. Et nota quod quamvis pars hostie pro infirmis seruetur,  
 non tamen debet de sanguine seruari. Vinum enim facilius corrumpitur et  
 citius posset effundi et quia sub una specie utrumque accipitur.
23. *Tribus gradibus usque tanta in altario* etc. Sed queritur de hostiis que  
 in Pasca Domini in altari ponuntur, an dicantur omnes transire in corpus

---

192 quod] non add.Lr 193 nisi<sup>2</sup> om. Lp 195 fine] huius add. A La P 196 penitentia] penitens La 197 reconcilientur] reconcilietur La non] nec A nisi] ubi A om. R 198 penitentia finita] penitentie finite R sunt reconciliandi] reconcilientur Lr ] est reconciliandus La sacramentorum] ecclesie add. Lr 202 non] om. Lr Lp legetur] legitur A 203–204 quamdiu in uitiis perseuerant] uel aliter La 204 idest] etsi La se om. P 205 non] uero La idest si se] etsi La 206 dicat] dicant A 207 partes] forme A 208 corpus] Domini add. A dicuntur] dicitur Lp e. om. A 209 seruetur] seruatur A 210 de sanguine] consanguine P ] aliquem add. A seruari] aliquid add. La P 211 accipitur] sumitur La 212 hostiis] officiis A<sup>ac</sup> P 213 Domini om. La in om. P

---

<sup>157</sup>C.12 q.2 c.17    <sup>158</sup>C.33 q.2 c.8    <sup>159</sup>D.50 c.68    <sup>160</sup>C.26 q.6 c.7,8    <sup>161</sup>Cf. SL De cons. D. 2 c. 17    <sup>162</sup>Cf. SL De cons. D. 2 c. 20    <sup>163</sup>De cons. D.2 c.75 ; cf. SL De cons. D. 2 c. 22 v. *Triforme est corpus Domini*

Christi. Quod uidetur, nam omnes presentes esse debent quando insecura  
 215 uerba illa celestia ibi dicuntur per que uidentur transire in corpus Christi.  
 Nam alioquin non acciperet populus corpus Dominicum cui tales hostie  
 proponuntur. Item queritur an uinum illud quod in calice sepe additur  
 in Pasca Domini propter populi multitudinem dicatur transire in calicem.  
 Quod quibusdam uidetur. Sacrum enim uinum quod erat in calice ad se  
 220 non sacrum trahit. Verius tamen uidetur dicendum quod illud quod postea  
 additur non transeat in sanguinem. Vsque *in secessum*. Nam omne quod in  
 os intrat, subaudi unde corpus sustentatur tantum, in uentrem uadit, quod  
 de Dominico corpore non uidetur dicendum quia non corporis sed cibus est  
 225 anime, ut infra e. d. Non iste<sup>164</sup>. Non enim uadit in secessum sed tendit in  
 excelsum. Vsque *si a mulieribus*. Inter alia crimina istud eligit quia ab aliis  
 multi et sepe mundi, ab huiusmodi uero criminis pauci et raro inueniuntur  
 immunes.

26. *Et dixit usque sanctificata.* Et nota quod pena talium sanctificata  
 dicitur quia alii timore pene talia metuentes abstinebant ab illicitis et ita  
 230 saluabantur<sup>165</sup>. Vnde subdit: 'sed notandum est' etc.

28. *Si quis per ebrietatem usque eucharistiam,* idest statim post eucharistie  
 susceptionem euomunt, nec hec pena ideo istis imponitur quod eucharistiam  
 euomant que non uadit in corpus sed quia sacramentis non deferentes a  
 uoracitate abstinere noluerunt<sup>166</sup>.

235 32. *Sacrificium,* idest sacrum Christi corpus uisibile est quoad species que  
 ibi uidentur. Vel sacrificium appellari potest quidquid in missa agitur quod  
 quicquid inuisibile est. *Inuisibile sacramentum,* idest corpus Christi quod  
 traxit de Virgine quod quidem est sacramentum unitatis ecclesie. Ipsum  
 enim corpus inuisibile nunc nobis est secundum quod est in dextera Patris,

214 Quod uidetur *om. P*      Quod - 215 Christi *om. R* (*omoio.*)      insecura] secuta **Ba**  
 ] in secreta **P**      215 que] quem **P**      in *om. Lr*      216 alioquin] aliter **La**      non  
*om. Lr*      acciperet] accipit **Lr**] accipiet **Lp**      218 calicem] sanguinem **Ba R**] Domini,  
 scilicet in sanguinem eius *add. La*      222 intrat] uadit **Lp**] mittitur **La**      tantum] ante  
**R**      225 istud] hoc **R**      eligit] excellit **Lp**] intelligitur **Ba<sup>ac</sup>**      226 huiusmodi] huius  
**R**      crimen] criminibus **Ba**      229-230 ita saluabantur] ideo uacantur **R**      232 pena]  
 penitentia **P**      233-234 a uoracitate] auctoritate **A**      235 *Sacrificium* *om. R*      quoad - 238  
 sacramentum *om. R*      236 quidquid] quidem **A La**      237 quicquid *om. P*      inuisibile]  
 uisibile **P**      238 de] ex **A**      Virgine] per *add. Lr*      quidem *om. Lr Ba*      239 nunc]  
 non **A** *om. R*      est<sup>1</sup> *om. La*

<sup>164</sup>De cons. D.2 c.56; cf. SL De cons. D. 2 c. 23 v. *Tanta, secessum*      <sup>165</sup>Cf. SL De cons. D.2 c.  
 26 v. *sanctificata*      <sup>166</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 28 v. *Si quis usque eucharistiam*

240 ut infra e. d. Prima<sup>167</sup>.

34. *Species et similitudo panis et uini sunt*, idest retinent uocabula illarum rerum que ante consecrationem scilicet fuerunt. Species et similitudo ideo dicit quia post consecrationem non est ibi substantia panis et uini, sed species tantum et similitudo. Vbi autem fundentur accidentia illa in summa 245 huius distinctionis est dictum. Vel sic species et similitudo, idest forme ille scilicet panis et uini nominibus earumdem rerum quarum forme fuerunt significantur<sup>168</sup>.

35. *Quia corpus usque meruisti*. Hinc collige uirtutem aliquam mereri sibi dari et incorporari unitati ecclesie. Sed dicitur quis ista mereri quia ad hec 250 accipienda est dignus, ut illud: 'que meruisti portare regem'<sup>169</sup>, idest digna fuisti inuenta.

36. *Quia passus usque quod etiam fecit*. Simplex est hec relatio ut ibi: mulier que dampnauit, saluauit. Aliud est enim corpus quod nobis dedit et aliud quod nos sumus.

255 39. *Panis fit nobis mysticus*, non qualibet consecratione sed certa illa, scilicet quam Dominus in cena constituit. Vsque *quamuis sit panis et calix*, idest quamuis panis calicisque ibi sit species, *est tamen alimentum resurrectionis*, idest spiritualis refectio anime a uitiis resurgentis non *sacramentum religionis*, idest ab ecclesiastica religione inuentum sed a Christo 260 dumtaxat institutum<sup>170</sup> et iste cibus, subaudi non est sicut alias cibus quem benedicimus et de quo gratias agimus Domino, quod scilicet agere gratias debemus facere in omni eius munere. *Non solum* etc. Vnde et religiosi dicunt: 'gratias agimus tibi omnipotens Deus de uniuersis beneficiis tuis'<sup>171</sup>.

242 scilicet *om. A La Species*] uero *add. A R P* 243 ibi *om. Lp* 245 huius distinctionis ] huiusmodi *La* est dictum ] edictum *A similitudo*] ut autem funderentur accidentia illa *add. La* 246 nominibus] non in omnibus *P* fuerunt *om. R* 248 uirtutem ] uirginitatem *Ba* uirtutem aliquam] unitatem ecclesiam *Lr* 249 et - mereri *om. Lr* quis *om. Ba* 252 hec] hic *A* 255 *Panis*] usque *add. Lr* 256 scilicet *om. La* 260 dumtaxat] est *add. Lp* 261 *Domino*] *Deo Lp* 262 facere *om. R P* omni *om. R*] omnibus *P* 263 de] pro *La om. R* de - tuis] etc. *Lp* tuis *om. Ap<sup>c</sup> R*

<sup>167</sup> De cons. D.2 c.44; cf. SL De cons. D.2 c. *Sacrificium, inuisibile sacramentum* <sup>168</sup>Cf. SL

De cons. D. 2 c. 34 v. *Species usque uocabula sunt, Species et similitudo* <sup>169</sup>Cf. anthipona

O gloria Dei genitrix (in Pontificale Romanum, Romae 1895 – De benedictione imaginis B.M.V.) <sup>170</sup>Cf. SL De cons. D. 2 c.39 v. *alimentum est resurrectionis, non est sacramentum religionis* <sup>171</sup>Petrus Comestor, *Sermones*, PL 198.1804

42. *Ego Berengarius.* Huic imponebatur quod diceret post consecrationem  
 265 non esse in altare uerum corpus sed dumtaxat sacramentum et quod non  
 posset nisi in sacramento corpus Christi tractari. Vnde huius criminis  
 a se suspicionem remouens ait non solum sacramentum ibi esse post  
 consecrationem sed etiam uerum corpus Christi. Vsque *atteri*, idest sub  
 attricis speciebus sumi. Et nota quod in corpore non fit fractio. Mori  
 270 enim non potest Christus quia, teste apostolo, 'mors eum ultra non  
 dominabitur'<sup>172</sup>. Vnde relinquitur quod in speciebus fiat fractio et ita  
 in accidentibus. Et hoc totum preter naturam contingit sicut ibi, teste  
 Augustino, accidentia sine subiecto consistunt<sup>173</sup>. Quid enim queris nature  
 ordinem in Christi corpore cum preter naturam sit ipse partus de Virgine?  
 275 Alii tamen dicunt quod fractio illa fiat in aere et aliorum est opinio quod  
 nichil ibi frangitur quamuis fractio fieri uideatur sicut remus in aqua  
 uidetur frangi, qui tamen in ueritate non frangitur. Quid tamen sit uerius  
 igni relinquimus comburendum. Vsque *homousion*, idest unius et eiusdem  
 substantie.
- 280 43. *Forte usque genera.* Ordo constructionis hic est: primo omnium dixit  
 de sermone Christi qui operatur ut possit conuertere et mutare genera et  
 instituta nature, deinde ubi non tulerunt sermonem discipuli eius etc.
44. *Prima usque spiritus est qui uiuificat*, idest spiritualis sensus prodest  
 ad salutem. *Caro uero*, idest carnalis sensus non prodest. Carnalem autem  
 285 sensum hic appellat eorum intelligentiam qui credunt corpus Christi per  
 partes et frustra diuidi. Vnde subditur: quomodo in cadauere uenditur aut  
 in macello dilaniatur. Vsque *in uno loco*, in forma scilicet uisibilis humanitatis  
 qualiter sedet in dexteram Patris, licet sacramentaliter sit in quolibet altari.  
 Vsque *ueritas autem*, idest uerum eius corpus ubique est, idest omni altari

---

264 *Ego*] *Vel R* diceret] dicitur **A** 267 a se *om. Lp* remouens - 268 consecrationem  
*om. R* ait *om. Lr*] asseruit **Ba** solum] tantum **Ba** 268 Christi *om. R* *atteri*]  
*altari Lr Lp* 269 attricis] aliis *Lr Lp* 270 quia] cui **Ba** *om. R* eum *om. Ba P*] ei **A**  
**La**] illi **R** 275 in aere *om. P* 278 Vsque *homousion* *om. P* et eiusdem] eiusque  
**R** 280 *Forte om. R* dixit] dixi tibi **Ba La** 282 ubi] usque add. **R** discipuli  
*eius om. R* 283 *spiritus*] *species La* *uiuificat*] *iustificat* **Lp A La** 284 *uero om. R*  
*autem*] enim **Ba** 285 credunt *om. Lp* 286 et frustra *om. Lp* quomodo] quando  
**A** 287 *uisibilis*] *uisibili La A* 288 dexteram] dextera **A** 289 Vsque - altari *om.*  
*R (omoio.) autem*] *eius add. Lp A La* idest *om. P* omni] in Dei **A P** altari]  
*altaris c. P*

---

<sup>172</sup>Rm 6,9      <sup>173</sup>Revera Petri Lombardi verba, *Sententiae*, PL 192.864

290 est ubi consecratur. Vel *ueritas*, idest diuinitas eius ubique diffusa est. Vnde dicit: 'celum et terram ego impleo'<sup>174</sup>. Et alibi: 'si ascendero in celum tu illic es; si descendero ad infernum, ades'<sup>175</sup>.

46. *Quid est Christum usque qui enim manducat carnem meam*, idest qui participat unitati ecclesie per carnem meam significate in me manet et ego in eo<sup>176</sup>, idest michi per dilectionem adheret et ego per gratiam inhabitantem in eo maneo<sup>177</sup>.

47. *Vt quid paras*. Et nota quod hic non prohibet ne sacramentaliter accipiatur corpus Domini sed quia necessitate instante ei non obest si non accipit ex quo per eum non restat. Cum enim credit manducat spiritualiter<sup>178</sup>.

48. *Hoc est quod dicimus usque duobus constare*. Hoc est duo dicimus in altari esse cum corpus Christi sumitur, scilicet uisibilem elementorum speciem et inuisibilem Domini nostri Iesu Christi carnem et sanguinem. Vsque Christi persona constat et conficitur. Et nota quod improprie Christus dicitur constare ex diuinitate et humanitate tamquam ex partibus. Non enim humanitas est pars Christi. Alioquin erat quod non erat totum et creuit cum humanitas eius diuinitati accessit. Dicitur ergo ex hiis duobus constare, quia hec duo sibi habet unita<sup>179</sup>.

49. *Dupliciter usque nisi manducaueritis*. Si de carne Christi quam traxit de Virgine hoc intelligatur, de contemptoribus est intelligendum. Qui enim contempnit carnem Christi accipere mortaliter peccat. De spirituali eius carne, idest de unitate ecclesie est intelligendum. Ita 'nisi manducaueritis carnem meam'<sup>180</sup>, idest nisi uniti eritis unitati ecclesie per carnem meam

290 Vel] usque **Ba** *ueritas*] *iam eius add.* **La** 291 et *om.* **A** 292 si - ades] etc.  
**Lp** *om.* **R** 293 *Quid est*] *Quidem Lp R* usque *om.* **Lp** 294 et - 295 *eo*] etc.  
**R** 295 *dilectionem*] *dilectionem R* adheret *om.* **Lr** ] *adesit R* 299 *restat*] stat  
**Ba R** ] *constat La* 301 *duo dicimus om.* **La** 302 *cum*] *quod P* elementorum]  
*sacmentorum Ba* 304 *conficitur*] Et nota inuisibili, spirituali, intelligibili in aduerbia resoluenda et corpus Christi dici uisibile et palpabile quia adhuc in eo seruantur cicatrices et huiusmodi *add.* **Ba** 306 *Christi om.* **R** Alioquin] *Nam praem.* **Ba A** *quod*] quando  
**Ba A P** 308 *habet*] *sunt Ba La R* unita] *unitas P* 311 *eius*] *ergo praem.* **Ba A**  
312 *unitate*] *diuinitate Lr Lp* est *om.* **Lp** 313 *carnem meam om.* **Lr Ba** carnem  
- eritis *om.* **Lp R**

<sup>174</sup>Ir 23,24      <sup>175</sup>Ps 138,8; cf. SL De cons. D.2 c.44 v. *ueritas enim eius, ubique est*      <sup>176</sup>Io 6,57

<sup>177</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 46 v. *manducat, in me manet et ego in eo*      <sup>178</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 47 v. *Vt quid paras*      <sup>179</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 48 v. *Hoc est usque duobus confici*      <sup>180</sup>Io 6,53/54

significate non habebitis uitam eternam<sup>181</sup>.

315 52. *Semel usque Deo Patri.* Hinc habes quod non diabolo sed Deo Patri obtulit Christus pretium sanguinis. Vsque *presciuit*. Hinc habes quod pro solis predestinatis Christus mortuus est, licet dicatur quod pro omnibus est mortuus quoad pretii sufficientiam.

320 54. *Liquido usque ad passionem digressurus erat.* Vnde et ipse dixit: 'uos omnes fugietis et ego uadam immolari pro uobis'<sup>182</sup>.

325 55. *Panis usque et in aliud commutentur,* idest transeant. Vsque *ex pane fit corpus Christi*, idest panis transit in corpus Christi. Vsque *accipite*. Hec sunt uerba illa per que fit transmutatio panis in carnem et uini in sanguinem. Sed queritur si uerbis istis prolatis a presbitero nullis aliis solempnitatibus premissis, an consecrari ibi corpus Domini possit. Quod uidetur, quia cetera que in missa dicuntur dumtaxat pertinent ad decorem, ut supra, eodem capitulo<sup>183</sup> dicitur. Dominus etiam nullis premissis solempnitatibus creditur consecrasse. Puniendus tamen esset qui prepostero ordine sic sacrificaret quia contra ecclesie statutum hoc faceret.

330 56. *Non iste usque qui uadit in corpus.* Non est uerum quod omne quod in os intrat in uentrem uadit, supra e. d. Tribus<sup>184</sup>. Sed an ex tali cibo dumtaxat diu sustentari corpus ualeat et ineibriari ex tali calice aliquis possit, nouit ille qui condidit<sup>185</sup>.

335 60. *Corpus usque quod ex fructibus terre,* idest corpus Christi dicitur illud in quo transit hoc quod ex frugibus terre accipitur, scilicet panis.

66. *Et sancta,* idest sanctorum abusio. Vsque *salutem*, et illud quod salutis causa esse poterat si digne sumeretur. Vsque *mala*, idest digna patientia

314 uitam] in uobis add. **Lp** 315 *Deo om. F* 318 sufficientiam] etsi non quoad deficitiam add. **R** 320 fugietis] sustinetis **La** 321 *Panis om. R* 322 *Christi om. La* 323 per que om. **La** transmutatio] transsubstantiatio **A** 324 si om. **P** nullis nullis om. **P** 325 ibi om. **A** Quod om. **Lr Ba** 328 qui] si **Ba**] quod **A** 330 est] ergo add. **Ba A La P** 331 intrat] mittitur **La** uadit] ut add. **A** tali cibo om. **La** 332 ualeat] possit **La** tali om. **La** possit] ualeat **La** 334 *fructibus*] *frugibus Lp* **La** *Christi om. La* 335 quo] quod **A** scilicet panis om. **R** 336 *Et*] *Sed La* *Et - idest om. R* sanctorum] secretorum **A** Vsque *salutem om. R* *salutem*] *saltem* **A**] *solum P* et] idest **A P** 337 sumeretur] susciperetur **Ba A La P** Vsque] et add. **A La**

<sup>181</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 49 v. *Nisi manducaueritis*

<sup>182</sup>Io 16,32

<sup>183</sup>De cons. D.2 c.55

<sup>184</sup>De cons. D.2 c.23

<sup>185</sup>Cf. SL De cons. D. 2 c. 56 v. *Non iste panis*

malorum aduersorum prodest bonis.

67. *Non prohibeat.* Hic dicitur quid faciendum sit in omnibus ubi occulte peccantes ad sacramentorum participationem uel iuramenta prestanda se ingerunt, licet quidam distinguant an sacerdos uel iudex posset occulta crimina probare uel non. In primo enim casu non debent petenti quod petit concedere. In secundo uero tenetur ne non sit corrector sed proditor, ut supra C.ii. q.i. Si peccauerit<sup>186</sup> et C.xv. q.v. c.ult.<sup>187</sup>
- 340
69. *Reuera usque panem angelorum,* idest manna ab angelis ministratur. Vsque *omnes*, pro maiori parte. Vsque *cum biberis non sitire*. Hec est aqua illa saliens in uitam eternam de qua si quis biberit non sitiet amplius<sup>188</sup>, sicut dixit Dominus Samaritane. Aqua autem illa est caritas. Vsque *de consequenti eos petra*, quod est bibebant de aqua profluenti de petra, que aqua sequebatur eos quocumque irent.
- 345
71. *Iteratur usque immolatur*, idest cotidie Christi immolatio pro nobis facta sacramentaliter representatur. Vsque *peccata relaxet*. Si de uenialibus peccatis hoc intelligitur, planum est. Si uero de mortalibus, dicimus ea relaxari per fidem sacramentorum, non eorum subreptionem. Simile inuenitur supra e. d. Cum omne<sup>189</sup>. Vsque *uicem debemus reprehendere*. Vnde propheta: 'quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit michi? calicem'<sup>190</sup> etc. Vsque *Gehenne filii*. Et nota quod non in hoc quod eramus Gehenne filii nos dilexit, sed in hoc quod eramus eius creatura. Non ergo uitia sed creaturam Deus in nobis amauit.
- 350
72. *Vtrum usque per Spiritum uera caro.* Sed cum opera Trinitatis indiuisa sint et inseparabilia, mirum est quod incarnationis misterium potius Spiritui

---

338 malorum] et add. **A** **La** **P** bonis] homini **Lp** 339 *Non*] quis add. **Lr** *Non* - Hic *om.* **R** *prohibeat*] *prohibebat* **Lp**] *prohibet* **A** Hic *om.* **Lr** **Lp**] Hinc **La** **P** dicitur] habes **A** **La** **P** 341 posset] possit **A** 342 crimina *om.* **Ba** probare] prodere **Ba** **R** uel] scilicet peccata *praem.* **Ba** **R** debent] debet **A** 345 usque *om.* **R** 346 Vsque *omnes* *om.* **R** non *om.* **A** **R** **P** est] enim add. **A** **P** illa *om.* **La** 347 saliens] habens **A** biberit] bibit **Lp** **A** amplius *om.* **Lr**] iterum **Lp** 349 profluenti] profluente **A** 351 *Iteratur*] *Iterantur* **La** usque] idest **Lp** *immolatur*] *immolantur* **La** 352 *Si*] Sed **A** 353 hoc intelligitur *om.* **A** 354 subreptionem] susceptionem **Lp** **A** **La** **P** 355 *reprehendere*] *impendere* **A**] *repitere* **La** 356 retribuit - etc. *om.* **R** calicem] salutarem accipiam add. **La** calicem etc. *om.* **Lp** 359 nobis] nos **A** **P** 361 misterium] ministerium **La**

---

<sup>186</sup>C.2 q.1 c.19

<sup>187</sup>C.15 q.5 c.2

<sup>188</sup>Io 4,13

<sup>189</sup>De cons. D.2 c.7

<sup>190</sup>Ps 115,12

Sancto quam aliis personis ascribatur. Quod ideo factum esse credimus quia incarnatio opus fuit summe benignitatis que Spiritui Sancto principaliter attribuitur. Vel ideo de Spiritu Sancto dicitur conceptus Filius quia per plenitudinem donorum que operatur Spiritus Sanctus est conceptus<sup>191</sup>.  
 365 Vsque *iube inquit*. Ordo littere: O Domine Pater, *iube*, hoc est fac, subaudi hanc hostiam; *offerri*, idest transire *in sublime altare tuum*, idest in corpus Christi super choros angelorum exaltatum et hoc *per manus angeli tui*, idest ministerio angelorum uel sacerdotum qui angeli dicuntur. Vsque  
 370 *similitudinem mortis*. Nam sicut Christus in morte mortuus est uetustati pene, ita nos in baptismo morimur uetustati pene et culpe quia post baptismum pena pro peccatis debita non imponitur. Vsque *a paganis*. Hinc habes quod pretermittendum est aliquid ne etiam ab infidelibus derideri possimus, ut supra C.xi. q.iii. Rursus<sup>192</sup>.

375 73. *Quid sit usque moritur*, idest mortis eius similitudo ibi representatur sicut etiam dicitur immolari in sacramento, quia per sacramentum eius fit memoria passionis. Vsque *chorus angelorum*. Non est enim mirum si consecrationis tempore adest angelorum presentia, cum etiam in illo triduo quo Christus iacuit in sepulchro in albis leguntur angeli apparuisse quibusdam. *Celos aperiri*. Celi tunc aperire dicuntur quia in id quod in celum est, scilicet corpus Christi, panis transit uel quia hostia illa nobis aditum celi aperit cum nos facit celestes. Vsque *summa et una sociari*, idest una in summa transire, scilicet substantiam panis et uini in corpus et sanguinem Christi transire et hoc est quod subdit: 'unum quidem ex uisibilibus et inuisibilibus fieri'<sup>193</sup>, idest uisibilia in inuisibilibus transire. Vsque *et in celum rapitur*, idest in hoc quod est in celo transit, scilicet in corpus Christi. Vsque *uidetur*, subaudi sacramentaliter. Vel *uidetur*, idest significatur, ut

362 ascribatur] ascribitur **La** esse *om.* **La** quia] quod **Lp** 363 benignitatis]  
 bonitatis **La** principaliter - 364 Sancto *om.* **P** (*omoio.*) 365 donorum] bonorum **P**  
 que] qua **Lp**] quam **A** 369 qui] et add. **A** 370 in morte *om.* **La** 371 pene  
 - uetustati *om.* **R** (*omoio.*) in baptismo *om.* **La** et *om.* **Lr** 374 Rursus *om.* **R**  
 375 representatur] deprehensatur **Ba** 376 sacramento] memoria passionis *add.* **Lp<sup>pc</sup>** **Ba**  
**La R P** 377 enim *om.* **Lr** 379 leguntur] legantur **A** 380 *Celos*] Vsque *praem.* **Ba**  
 quia in id *om.* **R** 381 scilicet] in *add.* **Ba A R** panis] carnis **P** hostia] honus **P**  
 illa *om.* **A** 382 *una*] *ima* **F** idest] et **A** 385 inuisibilibus] transire usque *et in celum rapitur* *add.* **P** in inuisibilibus] et inuisibilia **La** 386 idest] unde **Lr**] ut **La** *om.* **P**

<sup>191</sup>Cf. SL De cons. D.2 c.72 v. *Spiritus Sancti*

<sup>192</sup>C.11 q.3 c.36

<sup>193</sup>Hb 11,3

supra e. d. Reuera<sup>194</sup>. In fine etiam istius capituli dicitur quod aliud ibi uidetur et aliud creditur. Vsque *sacerdos catholicus*. Hinc nota sacerdotem non catholicum non posse corpus Domini conficere<sup>195</sup>.

80. *Necessarie usque incruentam*, idest sine cruore et dicit hoc ad differentiam sacrificii Veteris Testamenti ubi sine cruore hostia non offerebatur. Vsque *nec uiri sanctificati*, idest sumus percipientes eo modo tantum quia unimur per unionem caritatis innocentie ipsi Christo cuius humanitas est sanctificata cum Verbo est coniuncta, sicut quidam heretici tradiderunt. *Sed uere in uiuificationem et ipsius uerbi propriam factam*. Hoc est uere et essentialiter ipsam carnem ad uitam percipientes sumus quam proprie Verbum suscepit cum est incarnatum<sup>196</sup>.

82. *In Christo Pater*. Hilarius notat in hoc capitulo Arrianos<sup>197</sup> qui Patrem et Filium unum quidem in uoluntate esse affirmabant sed in natura eos esse unum negabant, inducentes ad hoc probandum quod Dominus in euangelio Ioannis dicit: 'non pro hiis rogo tantum sed pro hiis qui per uerba eorum credituri sunt in me ut unum sint sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi unum sint in nobis'<sup>198</sup>. Ecce, inquiunt Arriani, ita rogabat illos esse unum in se et in Patre sicut Pater erat in eo et ipse in Patre. Cum itaque ipsi non essent futuri unum cum Patre et Filio nisi in unitate uoluntatis, patet quod Pater in Filio et Filius in Patre tantum unitate uoluntatis et non nature unitate consistit. Vnde unum non sunt in natura sed tantummodo uoluntate. Contra hoc Hilarius respondens et ratione et auctoritate probat quod non solum unum sunt in uoluntate sed in natura. Ratione tali: sacramentum

388 Reuera ] in fine capituli add. A La capituli] cause R dicitur ] queritur R ibi om. R 389 nota om. R sacerdotem ] sacerdos R 391 hoc ] non A 393 uiri ] enim Lp sanctificati ] sanctificatione Lr Lp A ] sacrificii La idest ] ne add. Ba ] nec add. A La P percipientes ] participantes Lp eo ] hoc P 394 per ] uel Lr unionem ] timorem Lr Lp<sup>ac</sup> ipsi ] idest add. Lr ] in add. Lp ] uiro add. Ba A P ] Christi uiro La 395 humanitas ] humanitatis La ] unitas R sanctificata om. La 396 tradiderunt ] tradunt La Sed ] Sine R uere - uiuificationem om. R in om. A uiuificationem ] uiuificantem P ] uiuificatricem F 397 ad uitam ] adiunctam A om. R 398 cum est om. La 399 Hilarius om. R notat] negatur P in hoc capitulo om. R 400 eos om. R 402 sed ] etiam add. Ba A La R P hiis] eis A qui - 404 nobis] etc. R qui per ] quia P 403 unum ] una La in<sup>1</sup> om. A La 406 patet - 407 uoluntatis om. La R (omoio.) 408 sed - uoluntate om. R

<sup>194</sup> De cons. D.2 c.69

<sup>195</sup> Cf. SL De cons. D.2 c. 73 v celos aperiri, *catholicus*

<sup>196</sup> Cf. SL

De cons. D.2 c. 80 v. Necessae usque *Incruentam*, *nec uiri sanctificati*, *set uere uiuificatricem et ipsius uerbi propriam factam*

<sup>197</sup> C.1 q.1 c.73

<sup>198</sup> Io 17,20-21

eucharistie sacramentum est unitatis per quod unum cum Christo efficimur non solum unione uoluntatis quod primo eramus, sed etiam in unitate nature. Auctoritate tali: Dominus dicit in euangelio: 'Ego in Patre meo et uos in me et ego in uobis'<sup>199</sup>, quod de nature unitate intelligitur. Sic  
 415 ego in Patre meo per unionem nature et uos in me per assumptionem carnis et ego in uobis per carnis mee perceptionem. Dicit ergo: *Pater est in Christo*. Et nota quod Pater dicitur esse in Filio non tamquam liquor in uase ut heretici garriunt, ut supra C.xxiiii. q.iii. Quidam autem<sup>200</sup>, sed quia eiusdem substantie est cum eo. Vsque *cum naturalis proprietas*, idest propria  
 420 et naturalis caro Christi quam per sacramentum, idest sacramentaliter accipimus, sit perfectum sacramentum unitatis ecclesiastice. Corpus enim quod traxit de Virgine est sacramentum unitatis. Vel sacramentum unitatis dicitur caro Christi quia per susceptionem illius carnis unum cum illo efficimur. Vsque *neque per violentiam*. Ordo constructionis: neque peruersitas  
 425 alienae atque impie intelligentie extorquenda est per uiolentiam atque imprudentem predicationem sanitati dictorum celestium, idest insanis hoc est catholicis dictis celestibus, quod est sana et authentica dicta celestia non debent extorqueri per uiolentiam, quod illi faciunt qui extorquent litteram et uim littere facientes. Vsque *quoniam ego in Patre*, quia eiusdem substantie  
 430 sum cum eo et *uos in me*, quia carnem uestram accepi in utero Virginis, *et ego in uobis*, per carnem meam quam in sacramento accipitis. Vsque *per corporalem eius natuitatem*, idest quia carnem nostram in Virgine nascendo accepit. Vsque *per sacramentorum esse misterium*, idest per carnem suam quam sacramentaliter accipimus. Vsque *cum ille*, scilicet Christus. *Qui in eo*,  
 435 scilicet Patre. Vsque *tamquam nobis ad Filium et per Filium ad Patrem obsequio tantum et uoluntate etc.*, idest dicebant heretici quod inter nos et Filium non sit unio nisi uoluntatis et eodem exemplo inter Patrem et Filium sola unio uoluntatis. Non autem erat unio naturalis, quod tamen est falsum. *Cum per honorem Filii nobis datum*, idest per honorabile sacramentum ipsius

---

411 sacramentum - 413 tali *om. R* (*omoio.*) 412 in *om. A* 413 Dominus] Ihesus  
 R] enim add. **Ba A P** dicit] ait **R** 414 uobis] per assumptionem carnis add. **Lr**  
**Lp<sup>pc</sup>** 415 per unionem] unitate **A** per - 416 carnis mee *om. La* 416 ergo] ita  
 add. **P** *Pater*] *ita praem. A La* 419 eo] illo **A** 420 Christi *om. R* idest -  
 421 sacramentum *om. R* (*omoio.*) 421 unitatis] ecclesiastice add. **P** 423 illo] Christo  
**Ba A La P** 424 constructionis - 425 intelligentie *om. La* 425 atque] usque **Lr Lp**  
 427 dicta *om. Lr Lp* 432 *natiuitatem*] *unitatem La* 436 et<sup>1</sup> - 437 uoluntatis *om. P*  
 438 erat] illa add. **Ba R** 439 *datum om. P* honorable] honore rationabile **P**

---

<sup>199</sup>Io 14,20      <sup>200</sup>C.24 q.3 c.39

- 440 Filii carnis et per ipsum Filium manentem in nobis carnaliter et nos in eo corporaliter et inseparabiliter maneamus sit nobis predicandum misterium unius uere ac naturaliter unitatis, idest nos debemus predicare nos esse unum cum Christo propter honorabilem eius carnem quam accipimus in sacramento<sup>201</sup>.
- 445 83. *In calice usque aqua et sanguis.* Notatur et aliud misterium in aque appositione. Per aquam enim significatur populus. Vnde in Apocalipsi: 'aque quas uidisti populi sunt et gentes'<sup>202</sup>. Vnde per aquam plebis redemptio designatur, ut supra e. d. Cum omne<sup>203</sup>. Vsque *hec redemit*. Humanitas enim mundum redemisse dicitur quia Christus humanatus redemit uel per ea que in humanitate sustinuit. Vsque *in quo*, scilicet ineibriando. Vel *in quo*, uino. *Est luxuria*, per causam. Luxuriosa enim res est uinum, contumeliosa ebrietas. Venter enim mero estuans facile despumat in libidinem, ut supra d.xxxv. Luxuriosa<sup>204</sup>, Venter<sup>205</sup>. Vsque *sanguine Christi pacificata sunt omnia*. Ante enim quam Christus ueniret in Virgine discordia erat inter immortalem iustum et mortales peccatores, inter angelos et homines. Sed ipse factus mediator coniunxit utrumque parietem et fecit utrumque unum. Vnde in nativitate eius angeli cecinerunt: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus'<sup>206</sup>. Et de eodem propheta: 'orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis'<sup>207</sup>. Vsque *sanctificatum est celum*, idest sanctis est apertum, nam ante Christi aduentum ianua celi clausa erat Ade peccato<sup>208</sup>.
- 450 455 460 465 84. *Sicut uerus usque per gratiam*, adoptionis. Vnde hinc colligitur quod Christus secundum quod homo non est filius adoptionis teste Ambrosio qui ait: 'legi et relegi et filium Dei adoptuum dici non inueni'<sup>209</sup>. Vsque *descendit*. Descendisse de celo Filius Dei dicitur non quod locum mutauerit qui est ubique, sed quia se exinanuit, formam serui accipiens, hoc est

---

442 naturaliter] naturalis **La** idest *om. Lp* 445 *aqua et sanguis*] *aqua et sanguinis* **La**  
 Notatur] etiam *add. A* 447 gentes *om. La* 448 Cum omne *om. R* 450 humanitate] unitate **Lp** *in quo*<sup>1</sup> *om. R* 451 enim *om. Lr* res est *om. La* 452 enim *om. R* 453 Venter *om. Lr* 455 immortalem] mortalem **Lp** 456 et homines *om. La* 457 fecit utrumque] facit utraque **La** unum *om. Lr Lp* angeli *om. P* Deo *om. R* 458 et - hominibus *om. Ba R* propheta *om. Ba La R P* 459 eius] iustitia *om. Lr* iustitia - pacis] etc. **Lp** pacis] etc. **R** 463 secundum quod *om. La* adoptionis] adoptiuus **Lp A** 466 quia] qui **Lp**

---

<sup>201</sup>Cf. SL De cons. De 2 c. 82 (passim)  
 c.3      <sup>205</sup>D.35 c.5      <sup>206</sup>Cf. Lc 2,14  
 Mediolanensis, *De fide*, PL 16.692

<sup>202</sup>Ap 17,15      <sup>203</sup>De cons. D.2 c.7      <sup>204</sup>D.35  
 Is 58,8      <sup>208</sup>Cf. Lc 2,14      <sup>209</sup>Cf. Ambrosius

quia uniuuit sibi naturam inferiorem sicut nobilis aliquis descendere dicitur quando ignobilem aliquam accepit in uxorem.

86. *Si credis usque recte.* Sed opponitur: id solum recte dicitur fieri quod ex caritate fit et debito fine. Quod autem sic fit, sine peccato fit. Non ergo peccat qui recte offert. Solutio: in modo aliquando opus intelligitur et econuerso. Cain ergo obtulit recte, idest rectum fuit quod optulit, quia creaturam optulit Creatori, sed non recte diuisit, quia se Deo substraxit<sup>210</sup>. Et aliquando opus, quod intentio pia commendat, indiscretio agendi coinquinat.

475 87. *Nec Moises, usque conuiuia et conuiuum comedens et qui comeditur.* Hinc uolunt quidam quod in cena Christus corpus suum comedit, nam euangelista ait: 'accepit et dedit discipulis'<sup>211</sup>, nisi quis uelit dicere quod acciperet in manu ut porrigeret discipulis, non autem in ore ut manducaret.

480 89. *Sacerdos.* Et nota quod secundum humanitatem Christus sacerdos dicitur quia sacerdotis officium gessit quando seipsum Patri obtulit et lintheo se precingens lauit pedes discipulorum et quando in cruce pendens orauit dicens: 'Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt'<sup>212</sup>.

485 92. *Accesserunt usque nemo autem illam carnem manducat, scilicet spiritualiter ut ei prosit ad uitam. Nisi prius adorauerit, credendo et uenerando.* Vel de alia manducatione potest intelligi. Iudei enim et gentiles non possunt corpus Domini manducare cum non credant ipsum sub specie panis latere<sup>213</sup>. Vsque ferebatur enim Christus manibus suis. De quo quidam ait: 'rex sedet in cena, turba cinctus duodena, se gerit in manibus, se cibat ipse cibus'<sup>214</sup>.

490 94. *Qui bene usque illud comedenterit.* Et nota quod quamuis sacrificium

467 inferiorem] se add. A descendere] descendisse Lp dicitur] uidetur Lp  
 468 ignobilem] nobilem Lp accepit] accipit A 471 Solutio in modo om. R in  
 modo] immo La 472 Cain om. La recte om. R 474 pia om. R 475 Nec] Nunc  
 Lr Lp Moises] mores La et conuiuum - comeditur om. La 476 nam] et add. A  
 477 discipulis] suis add. La 478 acciperet] acceperit A R ] accepit P discipulis om.  
 Lp autem in ore om. R manducaret] manducans Ba 480 quia - 482 faciunt om. Lp  
 483 scilicet om. La 486 possunt om. Ba R P Domini] Christi La manducare]  
 manducant Ba R 488 rex sedet] hic ex sedet P 490 Qui bene usque om. La

<sup>210</sup>Cf. SL De cons. D.2 c. 86 v. *si recte*

<sup>211</sup>Mt 15,36; Mt 26,26

<sup>212</sup>Lc 23,34

<sup>213</sup>Cf. SL

De cons. D.2 c.92 v. *Accesserunt usque manducat, nisi prius adorauerit*      <sup>214</sup>Gregorius I Papa,  
*Moralia* PL 76.141. Cf. Odo Cluniacensis, *Moralia in Job*, PL 105.1255; cf. SL De cons. D.2 c. 87

ipsum quoad species uisibiles posset comedи a brutis animalibus, numquam tamen ipsum corpus. Quid autem fiat de corpore quod prius sub speciebus illis latebat et an species illa que est in ore muris sit sacramentum, diuinum oraculum est implorandum in talibus.

- 495 97. *In altari.* Et nota quod propter reuerentiam episcopalem est constitutum quod in presenti capitulo dicitur<sup>215</sup>.

### <DISTINCTIO III>

1. *Pronunciandum.* Postquam de missarum celebratione et eucharistie consecratione tractauerat, de feriis interserit ostendens quibus et quot diebus in anno sit feriandum. Vsque *ad uesperam*, scilicet sabati. Tunc incipit  
5 Dominicus dies, nam secundum ecclesie computationem dies incipit a uespere unius diei et durat usque ad uesperam diei sequentis, ut supra d.lxxv. Quod a patribus<sup>216</sup>. Secundum Romanas uero leges a medietate noctis usque ad medietatem alterius noctis.
3. *Rogationes.* Hodie immutatum est quod hic dicitur; a Pasca usque  
10 ad Pentecosten non inducuntur ex precepto ieunia excepto eo quod de uigilia Pentecostes dicitur supra d.lxxvi. Necessario<sup>217</sup>. Vel dicas hoc esse consilium, non preceptum.
9. *Placuit ut omnes ecclesie ieunient,* in quadragesima et in die sabati de quo forte non uidetur exceptis diebus Dominicis; nec comedant, subaudi  
15 nisi sacerdotali oratione finita hora nona et *discretionis communione* scilicet percepta, idest non debent comedere nisi prius missarum celebratis officiis

---

491 posset] possit A animalibus] peccatis mundabat ut supra  
C.xii add. P 493 est om. R 494 in talibus om. R

### <DISTINCTIO III>

2 *Pronunciandum om. P* 4 *uesperam*] *uespera P* Tunc] *Et praem.*] enim add. **L**  
7 *uero om. P* 8 usque ad medietatem om. P noctis om. P] Dicuntur autem ferie  
quasi foerie quia foro occasione (foro occasione) a foro uacionem A) prestant. In diebus  
feriatis enim non est litigandum (dies enim feriati non sunt nundici add. A) ut (supra add. A)  
C.xv. q.v. c.i. (d.i. add.A) add. **B** a A durat add. **L** 9 Hodie] Ideo add. A immutatum]  
non mutatum R dicitur] nisi add. Lr a] nam *praem.* **Lp**<sup>Pc</sup> **A** **L** **P** 10 inducuntur]  
indicuntur **L** 11 Necessario] De *praem.* A om. R 13 quadragesima et om. R et]  
etiam A P] etiam add. **L** 15 et] sed A

---

<sup>215</sup>Cf. SL De cons. D. 2 c. 97      <sup>216</sup>D.75 c.4      <sup>217</sup>D.76 p.c.8

et uespertinis, ut supra de con. d.i. Solent<sup>218</sup>.

11. *De esu.* Secundum regulam que hic ponitur uidetur quod in die martis uel iouis post uesperas non licet alicui carnes comedere, quod uel consilium esse dicas uel preiudicatum ei esse per contrariam ecclesie consuetudinem.

12. *Peruenit usque in die sabati,* et Dominus requieuit die septimo ab operibus que patrarat, ostendens nos per totam hebdomadam per sabatum significatam a seruilibus operibus, idest peccatis que seruum diaboli faciunt, abstinere. Vnde dixit: 'seruile opus non facietis in eo'<sup>219</sup>. Vel ideo requieuit die vii quia nos per uitam presentem que vii dierum repetitione peragitur debemus a uitiis abstinere. Vnde ferie nomine dies quilibet appellatur quia diebus omnibus est a uitiis feriandum<sup>220</sup>.

13. *Sabato usque isto biduo sacramenta,* scilicet missarum, nam missa illa que in sabato magno canitur non ad ipsum diem pertinet, sed ad noctem Pascalis festivitatis. Vnde in eius oratione dicitur: 'Deus qui hanc sacratissimam noctem'<sup>221</sup>. Inde est etiam quod tunc non debet cantari missa nisi in uesperis, ut supra d.lxxvi. *Dilectionis*<sup>222</sup>. Ideo autem illis duobus diebus hostia non immolatur, ut ait Pascarius in trenis Ieremie<sup>223</sup>, quia ipse pontifex Christus qui eam recte offert tunc per seipsum ad inferos descendit uel quia tunc in ueritate immolatus est Christus, cuius immolationis ceteris diebus hec hostia est representatio<sup>224</sup>.

16. *Ieiunia.* Secundum tempora sua loquitur hoc c. Vel consilium est quod in eo dicitur, non preceptum<sup>225</sup>.

20. *Aquam usque sanctificantur.* Hoc ideo dicitur quia forte per eam uenialia dimittuntur peccata. Vel sanctificari per aquam benedictam dicuntur homines quia in sanctitate confirmantur, expulsis demonibus<sup>226</sup>. Vsque *sanctificabat*, idest a uenialibus peccatis mundabat, ut supra C.xii. q.ii.

17 Solent om. **La** 18 *De esu* om. **La** *esu*] usu **R** 19 uesperas] uesperam **A**  
 23 seruum om. **La** 24 Vel] Et **P** 31 est] simile add. **Ba<sup>pc</sup>** etiam om. **Lp R** tunc  
 om. **R** 33 ut - Ieremie om. **La** Ieremie om. **R** 34 recte om. **P** 36 est om. **P**  
 39 *sanctificantur*] *sanctificantur* **F** 40 dimittuntur] admittuntur **P** 41 in sanctitate om.  
**La** 42 idest om. **P**

<sup>218</sup> De cons. D.1 c.50. Cf. SL De cons. D.3 c.9 v. *sacerdotali oratione, discretionis communione* (in principio). <sup>219</sup> Lv 23, 7.21.25.35.36, Cf. Nm 28,25 <sup>220</sup>Cf. SL De cons. D. 3 c. 12 <sup>221</sup>In

Vigiliis Paschae ad missam, Cf. MR 280 <sup>222</sup>D.76 c.12 <sup>223</sup>Cf. Pascharius Radbertus,

*Liber de corpore et sanguine Domini*, PL 120.1341; Cf. PL 120.1293 <sup>224</sup>Cf. SL De cons. D.3 c.

13 v. *ista biduo sacramenta* <sup>225</sup>Cf. SL De cons. D.3 c.16 v. *ieiunia usque quarta et sexta* (in fine)

<sup>226</sup>Cf. SL De cons. D.3 c.20 v. *sanctificantur*

45 Gloria<sup>227</sup>. Vel secundum eorum loquitur opinionem. Vsque *et si sale asperso per Eliseum*. Inde est etiam quod cum aqua exorcizatur dicit sacerdos: 'Deus qui per Eliseum prophetam salem in aquam mitti iussisti'<sup>228</sup>.

22. *Celebritatem usque catholicum*, idest communem et uniuersalem. Catholicum grece, latine commune. Vnde hec est fides catholica, idest communis et uniuersalis<sup>229</sup>. Vsque *nouitate*, idest constitutione noua. Vsque *quia alia est ratio causarum secularium* etc. In legibus enim principum posteriora trahunt ad se priora et eis derogant, quod tamen non prouenit in canonibus indistincte, maxime in hiis statutis que ad fidei articulos et statum uniuersalem ecclesie pertinent. Simile supra C.ii. q.vi. Non ita<sup>230</sup>.

27. *Perlatum*. In hoc c. dicitur quod nullus debet imagines adorare, quod tamen in primo sequenti c. conceditur. Vnde sciendum est quod due sunt species adorationis, scilicet latria et dulia. Latria est cultus soli Deo debitus. Adoramus enim Deum, uenerando, credendo in eum et diligendo ipsum tamquam omnium bonorum auctorem. Vnde idolatra dicitur quia latram exhibet idolo. Dulia uero est cultus creature debitus. Vnde dicimus: 'crucem tuam adoramus, Domine<sup>231</sup>, idest ueneramus<sup>232</sup>. Adoramus et sanctos. 60 Impropie enim ibi ponitur adorare pro orare nec obuiat illud propheticum: 'confundantur omnes qui adorant sculptilia'<sup>233</sup>, subaudi latria et spem in eis ponentes.

29. *Sextam*. In primitivo tempore in specie agni Christus depingebatur in imaginibus dupli ratione: tum quia in lege Mosaica immolabatur agnus Christum significans, tum quia a Ioanne agnus est nuncupatus qui ait: 'ecce

43 Gloria *om. La* 46 idest *om. Lp* communem] commune **A** uniuersalem] uiuiuersale **A** 47 grece] enim *praem. Lp La P* Vnde] dicitur *add. A praem. La* hec *om. Ba* 48 et] uel **A P** 49 enim] cum **P** 50 trahunt] trahit **P** et *om. A* prouenit] uenit **La** 52 statum] statuta **La** uniuersalem] uniuersalis **La** 53 *Perlatum*] *Prelatum Ba*] *Relatum R*] *In*] et *praem. Lp* c. dicitur *om. Lr*] patet **R** quod nullus debet] non debere **La** 54 primo *om. P* 55 latria] latera **La** Latria] latera **La** *om. P* cultus] occultus **La** 56 Deum] idest *add. A* uenerando *om. Ba* et *om. A* diligendo] distinguendo **A<sup>ac</sup>** 57 quia latram] qui lateram **La** 58 exhibet] adhibet **La** creature] nature **A** 60 enim ibi *om. R* adorare *om. R* pro] idest *praem. A* obuiat] obuia **Lp** illud *om. Lr* 61 latria] latera **La** 63 Christus] agnus Christi **Lp** 64 tum] etiam *add. La* 65 ecce - 66 mundi] etc. **Lp**

<sup>227</sup>C.12 q.2 c.71      <sup>228</sup>In Vigiliis Paschae ad benedictionem salis, MR 919.      <sup>229</sup>Cf. SL De cons. D.3 c. 22 v. *catholicum*

<sup>230</sup>C.2 q.6 c.18      <sup>231</sup>MR in feria quinta hebdomadae sanctae.

<sup>232</sup>Cf. SL De cons. D.3 c. 28 v. *Venerabiles usque adorauit*

<sup>233</sup>Ps 96,7

agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi<sup>234</sup>. Sed quoniam legalia transiebant,  
 ideo statuit sexta sinodus<sup>235</sup> ut in specie hominis depingatur<sup>236</sup>. Huic tamen  
 constitutioni hodie derogatur, nam et in specie agni Christus depingitur.  
 Dicas ergo sic: *in quibusdam scripturis*, idest picturis, agnus dico ostensus  
 70 digito precursoris, scilicet Ioannis, agnus dico premonstrans nobis per legem  
 Moysi ubi immolabatur, agnus premonstrans dico uerum agnum, scilicet  
 Dominum nostrum Iesum Christum ergo nos dicentes: *uale*, idest terminum  
 imponentes in quibus antiquis figuris etc.

### <DISTINCTIO IIII>

1. *Necessarium est uisibile*. De sacramento baptismi tractatur, uideamus  
 prius ergo de baptismo Ioannis qui antiquior est tempore, sed non  
 excellentior dignitate. Baptismum ergo Ioannis assuefactio fuit ad Christi  
 5 baptismum non eius sacramentum. Nisi enim precessisset Ioannes suo modo  
 baptizans, exhorrescerent homines Christi baptismum ueluti inusitatum,  
 ut infra e. d. Non regenerabantur<sup>237</sup>. Baptizabat autem Ioannes in nomine  
 uenturi, scilicet Christi, qui quamuis ad quedam iam uenerat, uenturus  
 tamen erat ad predicationem et ad mortem. Cum autem baptismio Ioannis  
 10 Christus baptizatus fuerit in hoc nomine eum credimus esse baptizatum.  
 Dicitur autem baptismus Ioannis intinctio sub hac forma uerborum a  
 Ioanne instituta, scilicet in nomine uenturi te baptizo. Quidam autem de  
 hiis qui Ioannis baptismo sunt baptizati, rebaptizati sunt baptismio Christi,  
 quidam uero nequaquam. Illi autem sunt rebaptizati qui dixerunt: 'neque si

66 mundi om. R      legalia ] illa add. Ba A La P      transiebant] transierunt A  
 La ] transierant P      67 statuit] constituit Ba A La P ] instituit R      sexta] vii R  
 69 quibusdam ] quibus F      picturis] agnus depingitur add. A La P      dico] depingitur  
 P      70 scilicet] idest P      73 in om. A La P      quibus om. Lp<sup>pc</sup> Ba A La P

### <DISTINCTIO IIII>

2 Necessarium est om. P      Necessarium est] Ecclesiarum ut R      uisibile] nisi Lr om. Lp  
 La R      De om. P      3 prius] primo A La ] prima P om. R      ergo om. Lp A La P  
 qui] quidem add. P      qui - 4 fuit om. R      est] in P      5 non eius sacramentum om. La  
 enim] sacramentum add. La      7 regenerabantur] regenerantur A      autem] enim  
 R      9 et om. Lr Lp A      10 nomine eum] uere La      eum om. R      esse om. A  
 11 intinctio] intentio Ba      12 autem om. R      13 rebaptizati sunt om. R      baptismio]  
 in nomine Ba

<sup>234</sup>Io 1,29

<sup>235</sup>Concilium Nicaenum II. Cf. COD 137.

<sup>236</sup>Cf. SL De cons. C.3 c. 29 v.

Sextam

<sup>237</sup>D.4 c.135

- 15 Spiritus Sanctus est audiuimus<sup>238</sup>. Vnde Ieronimus: 'qui Spiritum Sanctum nesciebant cum baptismum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati sunt ne quis ex Iudeis uel gentibus putaret aquam sine Spiritu Sancto ad salutem posse sufficere'<sup>239</sup>. De baptismo Christi tractaturi uideamus prius que pertinent ad substantiam baptismi et que sit forma baptizandi et quid per baptismum Christi intelligatur et quando fuerit hoc sacramentum institutum et quare in aqua tantum et quid tres immersionses significant et quid una et quot sunt genera baptismi et an sine baptismo aliquis saluari possit et quid conferat baptismus hiis quibus per fidem sunt iam peccata dimissa et an potestatem baptizandi potuit seruis dare et an sit necessaria intentio baptizantis uel uoluntas baptizandi. Ad substantiam ergo baptismi pertinet uerbum, scilicet inuocatio Trinitatis et elementum. Cetera fiunt ad decorum. Accedit enim uerbum ad elementum et fit sacramentum. Forma autem quam Dominus tradidit hec est quam ostendens discipulis ait: 'ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.
